# BÍBLIA

## Versão Bilingue

Português – Vulgata

Em Português – Versão Católica Ave-Maria
Vulgata Latina

# BÍBLIA

**Versão Bilingue**

Português – Vulgata

Em Português – Versão Católica Ave-Maria
Vulgata Latina

2020

# Índice dos Livros da Bíblia

| Velho Testamento | Vetus Testamentum | |
|---|---|---|
| Amós | Amos | 2.149 |
| Abdias | Abdias | 2.162 |
| Jonas | Jonas | 2.164 |
| Miqueias | Michæa | 2.169 |
| Naum | Nahum | 2.179 |
| Habacuque | Habacuc | 2.184 |
| Sofonias | Sophonias | 2.189 |
| Ageu | Aggæus | 2.194 |
| Zacarias | Zacharias | 2.198 |
| Malaquias | Malachias | 2.217 |

| Novo Testamento | Novum Testamentum | |
|---|---|---|
| Mateus | Matthæus | 2.225 |
| Marcos | Marcus | 2.300 |
| Lucas | Lucas | 2.348 |
| João | Joannes | 2.429 |
| Atos | Actus Apostolorum | 2.490 |
| Romanos | ad Romanos | 2.568 |
| 1 Coríntios | ad Corinthios I | 2.602 |
| 2 Coríntios | ad Corinthios II | 2.635 |
| Gálatas | ad Galatas | 2.657 |
| Efésios | ad Ephesios | 2.668 |
| Filipenses | ad Philippenses | 2.679 |
| Colossenses | ad Colossenses | 2.687 |
| 1 Tessalonicenses | ad Thessalonicenses I | 2.695 |
| 2 Tessalonicenses | ad Thessalonicenses II | 2.702 |
| 1 Timóteo | ad Timotheum I | 2.706 |
| 2 Timóteo | ad Timotheum II | 2.715 |
| Tito | ad Titum | 2.722 |
| Filemon | ad Philemonem | 2.726 |
| Hebreos | ad Hebræos | 2.728 |
| Tiago | Jacobi | 2.752 |
| 1 Pedro | Petri I | 2.760 |
| 2 Pedro | Petri II | 2.769 |
| 1 João | Joannis I | 2.775 |
| 2 João | Joannis II | 2.783 |
| 3 João | Joannis III | 2.785 |
| Judas | Judæ | 2.787 |
| Apocalipse | Apocalypsis | 2.790 |

# VERSÃO BILINGUE
Português – Vulgata Latina

## VELHO TESTAMENTO
Português
Versão Católica Ave-Maria

## VETUS TESTAMENTUM
Vulgata Latina

## Gênesis

### Gênesis 1

1 No princípio, Deus criou o céu e a terra.

2 A terra estava sem forma e vazia; as trevas cobriam o abismo e o Espírito de Deus pairava sobre as águas.

3 Deus disse: “Faça-se a luz!”. E a luz foi feita.

4 Deus viu que a luz era boa, e separou a luz das trevas.

5 Deus chamou à luz dia, e às trevas noite. Sobreveio a tarde e depois a manhã: foi o primeiro dia.

6 Deus disse: “Faça-se um firmamento entre as águas, e separe ele umas das outras”.

7 Deus fez o firmamento e separou as águas que estavam debaixo do firmamento daquelas que estavam por cima.

8 E assim se fez. Deus chamou ao firmamento céu. Sobreveio a tarde e depois a manhã: foi o segundo dia.

9 Deus disse: “Que as águas que estão debaixo do céu se juntem num mesmo lugar, e apareça o elemento árido”. E assim se fez.

10 Deus chamou ao elemento árido terra, e ao ajuntamento das águas mar. E Deus viu que isso era bom.

11 Deus disse: “Produza a terra plantas, ervas que contenham semente e árvores frutíferas que deem fruto segundo a sua espécie e o fruto contenha a sua semente”. E assim foi feito.

## Genesis

### Genesis 1

1In principio creavit Deus cælum et terram.

2Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi: et spiritus Dei ferebatur super aquas.

3Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux.

4Et vidit Deus lucem quod esset bona: et divisit lucem a tenebris.

5Appellavitque lucem Diem, et tenebras Noctem: factumque est vespere et mane, dies unus.

6Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: et dividat aquas ab aquis.

7Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita.

8Vocavitque Deus firmamentum, Cælum: et factum est vespere et mane, dies secundus.

9Dixit vero Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum: et appareat arida. Et factum est ita.

10Et vocavit Deus aridam Terram, congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum.

11Et ait: Germinet terra herbam virentem, et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.

[12] A terra produziu plantas, ervas que contêm semente segundo a sua espécie, e árvores que produzem fruto segundo a sua espécie, contendo o fruto a sua semente. E Deus viu que isso era bom.

[13] Sobreveio a tarde e depois a manhã: foi o terceiro dia.

[14] Deus disse: "Façam-se luzeiros no firmamento do céu para separar o dia da noite. Que sirvam eles de sinais e marquem o tempo, os dias e os anos,

[15] e resplandeçam no firmamento do céu para iluminar a terra". E assim se fez.

[16] Deus fez os dois grandes luzeiros: o maior para presidir o dia e o menor para presidir a noite; e fez também as estrelas.

[17] Deus colocou-os no firmamento do céu para que iluminassem a terra,

[18] presidissem o dia e a noite, e separassem a luz das trevas. E Deus viu que isso era bom.

[19] Sobreveio a tarde e depois a manhã: foi o quarto dia.

[20] Deus disse: "Pululem as águas de uma multidão de seres vivos, e voem aves sobre a terra, debaixo do firmamento do céu".

[21] Deus criou os monstros marinhos e toda a multidão de seres vivos que enchem as águas, segundo a sua espécie, e todas as aves segundo a sua espécie. E Deus viu que isso era bom.

[22] E Deus os abençoou: "Frutificai – disse ele – e multiplicai-vos, e enchei as águas do mar, e que as aves se multipliquem sobre a terra".

[23] Sobreveio a tarde e depois a manhã: foi o quinto dia.

[24] Deus disse: "Produza a terra seres vivos segundo a sua espécie: animais domésticos, répteis e animais selvagens, segundo a sua espécie". E assim se fez.

[25] Deus fez os animais selvagens segundo a sua espécie, os animais domésticos igualmente, e da mesma forma todos os animais, que se arrastam sobre a terra. E Deus viu que isso era bom.

[12]Et protulit terra herbam virentem, et facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, et habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum.

[13]Et factum est vespere et mane, dies tertius.

[14]Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, et dividant diem ac noctem, et sint in signa et tempora, et dies et annos:

[15]ut luceant in firmamento cæli, et illuminent terram. Et factum est ita.

[16]Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præesset diei: et luminare minus, ut præesset nocti: et stellas.

[17]Et posuit eas in firmamento cæli, ut lucerent super terram,

[18]et præessent diei ac nocti, et dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum.

[19]Et factum est vespere et mane, dies quartus.

[20]Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, et volatile super terram sub firmamento cæli.

[21]Creavitque Deus cete grandia, et omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, et omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum.

[22]Benedixitque eis, dicens: Crescite, et multiplicamini, et replete aquas maris: avesque multiplicentur super terram.

[23]Et factum est vespere et mane, dies quintus.

[24]Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, et reptilia, et bestias terræ secundum species suas. Factumque est ita.

[25]Et fecit Deus bestias terræ juxta species suas, et jumenta, et omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum,

[26] Então Deus disse: “Façamos o homem à nossa imagem e semelhança. Que ele reine sobre os peixes do mar, sobre as aves do céu, sobre os animais domésticos e sobre toda a terra, e sobre todos os répteis que se arrastam sobre a terra”.

[27] Deus criou o homem à sua imagem; criou-o à imagem de Deus, criou o homem e a mulher.

[28] Deus os abençoou: “Frutificai – disse ele – e multiplicai-vos, enchei a terra e submetei-a. Dominai sobre os peixes do mar, sobre as aves do céu e sobre todos os animais que se arrastam sobre a terra”.

[29] Deus disse: “Eis que eu vos dou toda a erva que dá semente sobre a terra, e todas as árvores frutíferas que contêm em si mesmas a sua semente, para que vos sirvam de alimento.

[30] E a todos os animais da terra, a todas as aves do céu, a tudo o que se arrasta sobre a terra, e em que haja sopro de vida, eu dou toda a erva verde por alimento”. E assim se fez.

[31] Deus contemplou toda a sua obra, e viu que tudo era muito bom. Sobreveio a tarde e depois a manhã: foi o sexto dia.

[26]et ait: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et præsit piscibus maris, et volatilibus cæli, et bestiis, universæque terræ, omnique reptili, quod movetur in terra.

[27]Et creavit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creavit illum, masculum et feminam creavit eos.

[28]Benedixitque illis Deus, et ait: Crescite et multiplicamini, et replete terram, et subjicite eam, et dominamini piscibus maris, et volatilibus cæli, et universis animantibus, quæ moventur super terram.

[29]Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, et universa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam:

[30]et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, et universis quæ moventur in terra, et in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum. Et factum est ita.

[31]Viditque Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona. Et factum est vespere et mane, dies sextus.

## Gênesis 2

[1] Assim foram concluídos o céu, a terra e todo o seu exército.

[2] Tendo Deus terminado no sétimo dia a obra que tinha feito, descansou do seu trabalho.

[3] Ele abençoou o sétimo dia e o consagrou, porque nesse dia descansou de toda a obra da Criação.

[4] Tal é a história da criação do céu e da terra. No tempo em que o Senhor Deus fez a terra e o céu,

[5] não existia ainda sobre a terra nenhum arbusto nos campos, e nenhuma erva havia ainda brotado nos campos, porque o Senhor Deus não tinha feito chover sobre a terra, nem havia homem que a cultivasse;

## Genesis 2

[1]Igitur perfecti sunt cæli et terra, et omnis ornatus eorum.

[2]Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat.

[3]Et benedixit diei septimo, et sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret.

[4]Istæ sunt generationes cæli et terræ, quando creata sunt, in die quo fecit Dominus Deus cælum et terram,

[5]et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priusquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus super terram, et homo non erat qui operaretur terram:

[6] mas subia da terra um vapor que regava toda a sua superfície.

[7] O Senhor Deus formou, pois, o homem do barro da terra, e inspirou-lhe nas narinas o sopro da vida e o homem se tornou um ser vivente.

[8] Ora, o Senhor Deus tinha plantado um jardim no Éden, do lado do oriente, e colocou nele o homem que havia criado.

[9] O Senhor Deus fez brotar da terra toda a sorte de árvores de aspecto agradável, e de frutos bons para comer; e a árvore da vida no meio do jardim, e a árvore da ciência do bem e do mal.

[10] Um rio saía do Éden para regar o jardim, e dividia-se em seguida em quatro braços.

[11] O nome do primeiro é Fison, e é aquele que contorna toda a região de Hévila, onde se encontra o ouro.

[12] (O ouro dessa região é puro; encontra-se ali também o bdélio e a pedra de ônix.)

[13] O nome do segundo rio é Geon, e é aquele que contorna toda a região de Cuch.

[14] O nome do terceiro rio é Tigre, que corre ao oriente da Assíria. O quarto rio é o Eufrates.

[15] O Senhor Deus tomou o homem e o colocou no jardim do Éden, para cultivar o solo e o guardar.

[16] Deu-lhe este preceito: “Podes comer do fruto de todas as árvores do jardim;

[17] mas não comas do fruto da árvore da ciência do bem e do mal; porque no dia em que dele comeres, morrerás indubitavelmente”.

[18] O Senhor Deus disse: “Não é bom que o homem esteja só. Vou dar-lhe uma auxiliar que lhe seja adequada”.

[19] Tendo, pois, o Senhor Deus formado da terra todos os animais dos campos, e todas as aves do céu, levou-os ao homem, para ver como ele os havia de chamar; e todo o nome que o homem pôs aos animais vivos, esse é o seu verdadeiro nome.

[20] O homem pôs nomes a todos os animais, a todas as aves do céu e a todos os animais

[6]sed fons ascendebat e terra, irrigans universam superficiem terræ.

[7]Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem.

[8]Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formaverat.

[9]Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni et mali.

[10]Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita.

[11]Nomen uni Phison: ipse est qui circuit omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum:

[12]et aurum terræ illius optimum est; ibi invenitur bdellium, et lapis onychinus.

[13]Et nomen fluvii secundi Gehon; ipse est qui circumit omnem terram Æthiopiæ.

[14]Nomen vero fluminis tertii, Tigris: ipse vadit contra Assyrios. Fluvius autem quartus, ipse est Euphrates.

[15]Tulit ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, et custodiret illum:

[16]præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradisi comede;

[17]de ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.

[18]Dixit quoque Dominus Deus: Non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adjutorium simile sibi.

[19]Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, et universis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea: omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen ejus.

[20]Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, et universa volatilia cæli,

do campo; mas não se achava para ele uma auxiliar que lhe fosse adequada.

21 Então, o Senhor Deus mandou ao homem um profundo sono; e enquanto ele dormia, tomou-lhe uma costela e fechou com carne o seu lugar.

22 E da costela que tinha tomado do homem, o Senhor Deus fez uma mulher, e levou-a para junto do homem.

23 "Eis agora aqui – disse o homem – o osso de meus ossos e a carne de minha carne; ela se chamará mulher, porque foi tomada do homem."

24 Por isso, o homem deixa o seu pai e a sua mãe para se unir à sua mulher; e já não são mais que uma só carne.

25 O homem e a mulher estavam nus, e não se envergonhavam.

et omnes bestias terræ: Adæ vero non inveniebatur adjutor similis ejus.

21Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea.

22Et ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem: et adduxit eam ad Adam.

23Dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est.

24Quam ob rem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhærebit uxori suæ: et erunt duo in carne una.

25Erat autem uterque nudus, Adam scilicet et uxor ejus: et non erubescebant.

## Gênesis 3

1 A serpente era o mais astuto de todos os animais do campo que o Senhor Deus tinha formado. Ela disse à mulher: "É verdade que Deus vos proibiu comer do fruto de toda árvore do jardim?".

2 A mulher respondeu-lhe: "Podemos comer do fruto das árvores do jardim.

3 Mas do fruto da árvore que está no meio do jardim, Deus disse: 'Vós não comereis dele, nem o tocareis, para que não morrais'."

4 "Oh, não! – tornou a serpente – vós não morrereis!

5 Mas Deus bem sabe que, no dia em que dele comerdes, vossos olhos se abrirão, e sereis como deuses, conhecedores do bem e do mal."

6 A mulher, vendo que o fruto da árvore era bom para comer, de agradável aspecto e mui apropriado para abrir a inteligência, tomou dele, comeu, e o apresentou também ao seu marido, que comeu igualmente.

7 Então os seus olhos abriram-se; e, vendo que estavam nus, tomaram folhas de figueira, ligaram-nas e fizeram tangas para si.

## Genesis 3

1Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi?

2Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur:

3de fructu vero ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, et ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

4Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.

5Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum.

6Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile: et tulit de fructu illius, et comedit: deditque viro suo, qui comedit.

7Et aperti sunt oculi amborum; cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, et fecerunt sibi perizomata.

8Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post

[8] E eis que ouviram o barulho (dos passos) do Senhor Deus que passeava no jardim, à hora da brisa da tarde. O homem e sua mulher esconderam-se da face do Senhor Deus, no meio das árvores do jardim.

[9] Mas o Senhor Deus chamou o homem e perguntou-lhe: "Onde estás?".

[10] E ele respondeu: "Ouvi o barulho dos vossos passos no jardim; tive medo, porque estou nu; e ocultei-me".

[11] O Senhor Deus disse: "Quem te revelou que estavas nu? Terias tu porventura comido do fruto da árvore que eu te havia proibido de comer?".

[12] O homem respondeu: "A mulher que pusestes ao meu lado apresentou-me deste fruto, e eu comi".

[13] O Senhor Deus disse à mulher: "Por que fizeste isso?". "A serpente enganou-me – respondeu ela – e eu comi."

[14] Então o Senhor Deus disse à serpente: "Porque fizeste isso, serás maldita entre todos os animais domésticos e feras do campo; andarás de rastos sobre o teu ventre e comerás o pó todos os dias de tua vida.

[15] Porei ódio entre ti e a mulher, entre a tua descendência e a dela. Esta te ferirá a cabeça, e tu lhe ferirás o calcanhar".

[16] Disse também à mulher: "Multiplicarei os sofrimentos de teu parto; darás à luz com dores, teus desejos te impelirão para o teu marido e tu estarás sob o seu domínio".

[17] E disse em seguida ao homem: "Porque ouviste a voz de tua mulher e comeste do fruto da árvore que eu te havia proibido comer, maldita seja a terra por tua causa. Tirarás dela com trabalhos penosos o teu sustento todos os dias de tua vida.

[18] Ela te produzirá espinhos e abrolhos, e tu comerás a erva da terra.

[19] Comerás o teu pão com o suor do teu rosto, até que voltes à terra de que foste tirado; porque és pó, e pó te hás de tornar".

[20] Adão pôs à sua mulher o nome de Eva, porque ela era a mãe de todos os viventes.

meridiem, abscondit se Adam et uxor ejus a facie Domini Dei in medio ligni paradisi.

[9]Vocavitque Dominus Deus Adam, et dixit ei: Ubi es?

[10]Qui ait: Vocem tuam audivi in paradiso, et timui, eo quod nudus essem, et abscondi me.

[11]Cui dixit: Quis enim indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?

[12]Dixitque Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi.

[13]Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quæ respondit: Serpens decepit me, et comedi.

[14]Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, et bestias terræ: super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

[15]Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.

[16]Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, et conceptus tuos: in dolore paries filios, et sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui.

[17]Adæ vero dixit: Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.

[18]Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbam terræ.

[19]In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es et in pulverem reverteris.

[20]Et vocavit Adam nomen uxoris suæ, Heva: eo quod mater esset cunctorum viventium.

[21]Fecit quoque Dominus Deus Adæ et uxori ejus tunicas pelliceas, et induit eos:

[22]et ait: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum et malum: nunc ergo ne forte mittat manum suam, et sumat

[21] O Senhor Deus fez para Adão e sua mulher umas vestes de peles, e os vestiu.

[22] E o Senhor Deus disse: "Eis que o homem se tornou como um de nós, conhecedor do bem e do mal. Agora, pois, cuidemos que ele não estenda a sua mão e tome também do fruto da árvore da vida, e o coma, e viva eternamente".

[23] O Senhor Deus expulsou-o do jardim do Éden, para que ele cultivasse a terra "de onde havia tirado".

[24] E expulsou-o; e colocou ao oriente do jardim do Éden querubins armados de uma espada flamejante, para guardar o caminho da árvore da vida.

etiam de ligno vitæ, et comedat, et vivat in æternum.

[23]Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est.

[24]Ejecitque Adam: et collocavit ante paradisum voluptatis cherubim, et flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

## Gênesis 4

[1] Adão conheceu Eva, sua mulher, e ela concebeu e deu à luz Caim, e disse: "gerei um homem com a ajuda do Senhor".

[2] E deu em seguida à luz Abel, irmão de Caim. Abel tornou-se pastor de ovelhas e Caim, lavrador.

[3] Passado algum tempo, ofereceu Caim frutos da terra em oblação ao Senhor.

[4] Abel, de seu lado, ofereceu dos primogênitos do seu rebanho e das gorduras dele; e o Senhor olhou com agrado para Abel e para sua oblação,

[5] mas não olhou para Caim, nem para os seus dons. Caim ficou extremamente irritado com isso, e o seu semblante tornou-se abatido.

[6] O Senhor disse-lhe: "Por que estás irado? E por que está abatido o teu semblante?

[7] Se praticares o bem, sem dúvida alguma poderás reabilitar-te. Mas se procederes mal, o pecado estará à tua porta, espreitando-te; mas, tu deverás dominá-lo".

[8] Caim disse então a Abel, seu irmão: "Vamos ao campo". Logo que chegaram ao campo, Caim atirou-se sobre seu irmão e o matou.

[9] O Senhor disse a Caim: "Onde está teu irmão Abel?". Caim respondeu: "Não sei!

## Genesis 4

eperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum.

[2]Rursumque peperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel pastor ovium, et Cain agricola.

[3]Factum est autem post multos dies ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino.

[4]Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum: et respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus.

[5]Ad Cain vero, et ad munera illius non respexit: iratusque est Cain vehementer, et concidit vultus ejus.

[6]Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? et cur concidit facies tua?

[7]nonne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius.

[8]Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, et interfecit eum.

[9]Et ait Dominus ad Cain: Ubi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio: num custos fratris mei sum ego?

[10]Dixitque ad eum: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

Sou porventura eu o guarda de meu irmão?”.

10 O Senhor disse-lhe: “Que fizeste! Eis que a voz do sangue do teu irmão clama por mim desde a terra.

11 De ora em diante, serás maldito e expulso da terra, que abriu sua boca para beber de tua mão o sangue do teu irmão.

12 Quando a cultivares, ela te negará os seus frutos. E tu serás peregrino e errante sobre a terra”.

13 Caim disse ao Senhor: “Meu castigo é grande demais para que eu o possa suportar.

14 Eis que me expulsais agora deste lugar, e eu devo ocultar-me longe de vossa face, tornando-me um peregrino errante sobre a terra. O primeiro que me encontrar, vai matar-me”.

15 E o Senhor respondeu-lhe: “Não! Mas aquele que matar Caim será punido sete vezes”. Então, o Senhor pôs em Caim um sinal para que, se alguém o encontrasse, não o matasse.

16 Caim retirou-se da presença do Senhor, e foi habitar na região de Nod, ao oriente do Éden.

17 Caim conheceu sua mulher. Ela concebeu e deu à luz Henoc. E construiu uma cidade, à qual pôs o nome de seu filho Henoc.

18 Henoc gerou Irad, Irad gerou Maviael; Maviael gerou Matusael e Matusael gerou Lamec.

19 Lamec tomou duas mulheres, uma chamada Ada e a outra, Sela.

20 Ada deu à luz Jabel, que foi o pai daqueles que moram em tendas, entre os rebanhos.

21 O nome do seu irmão era Jubal, que foi o pai de todos aqueles que tocam a cítara e os instrumentos de sopro.

22 Sela, de seu lado, deu à luz Tubalcaim, pai de todos aqueles que trabalham o cobre e o ferro. A irmã de Tubalcaim era Noema.

23 Lamec disse às suas mulheres: “Ada e Sela, ouvi a minha voz: mulheres de Lamec, escutai as minhas palavras: Por uma ferida

11Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.

12Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus et profugus eris super terram.

13Dixitque Cain ad Dominum: Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear.

14Ecce ejicis me hodie a facie terræ, et a facie tua abscondar, et ero vagus et profugus in terra: omnis igitur qui invenerit me, occidet me.

15Dixitque ei Dominus: Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum.

16Egressusque Cain a facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

17Cognovit autem Cain uxorem suam, quæ concepit, et peperit Henoch: et ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui, Henoch.

18Porro Henoch genuit Irad, et Irad genuit Maviaël, et Maviaël genuit Mathusaël, et Mathusaël genuit Lamech.

19Qui accepit duas uxores, nomen uni Ada, et nomen alteri Sella.

20Genuitque Ada Jabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum.

21Et nomen fratris ejus Jubal: ipse fuit pater canentium cithara et organo.

22Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator et faber in cuncta opera æris et ferri. Soror vero Tubalcain, Noëma.

23Dixitque Lamech uxoribus suis Adæ et Sellæ: Audite vocem meam, uxores Lamech; auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in livorem meum.

24Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech vero septuagies septies.

25Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam: et peperit filium, vocavitque nomen

matei um homem, e por uma contusão um menino.

24 Se Caim será vingado sete vezes, Lamec o será setenta e sete vezes”.

25 Adão conheceu outra vez sua mulher, e esta deu à luz um filho, ao qual pôs o nome de Set, dizendo: “Deus deu-me uma posteridade para substituir Abel, que Caim matou”.

26 Set teve também um filho, que chamou Enós. E o nome do Senhor começou a ser invocado a partir de então.

ejus Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

26Sed et Seth natus est filius, quem vocavit Enos: iste cœpit invocare nomen Domini.

## Gênesis 5

1 Este é o livro da história da família de Adão. Quando Deus criou o homem, ele o fez à imagem de Deus.

2 Criou-os homem e mulher, e os abençoou, e deu-lhes o nome de homem no dia em que os criou.

3 Adão viveu cento e trinta anos, e gerou um filho à sua semelhança, à sua imagem, e deu-lhe o nome de Set.

4 Depois de haver gerado Set, Adão viveu oitocentos anos e gerou filhos e filhas.

5 Todo o tempo que Adão viveu foi de novecentos e trinta anos. E depois disso morreu.

6 Set viveu cento e cinco anos, e depois gerou Enós.

7 E depois do nascimento de Enós, viveu ainda oitocentos e sete anos e gerou filhos e filhas.

8 A duração total da vida de Set foi de novecentos e doze anos; e depois disso morreu.

9 Enós viveu noventa anos, e depois gerou Cainã.

10 E depois do nascimento de Cainã, Enós viveu ainda oitocentos e quinze anos, e gerou filhos e filhas.

11 E o tempo da vida de Enós foi de novecentos e cinco anos; e morreu.

12 Cainã viveu setenta anos, e depois gerou Malaleel.

## Genesis 5

1Hic est liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.

2Masculum et feminam creavit eos, et benedixit illis: et vocavit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt.

3Vixit autem Adam centum triginta annis: et genuit ad imaginem et similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth.

4Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios et filias.

5Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, et mortuus est.

6Vixit quoque Seth centum quinque annis, et genuit Enos.

7Vixitque Seth, postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios et filias.

8Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, et mortuus est.

9Vixit vero Enos nonaginta annis, et genuit Cainan.

10Post cujus ortum vixit octingentis quindecim annis, et genuit filios et filias.

11Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, et mortuus est.

12Vixit quoque Cainan septuaginta annis, et genuit Malaleel.

[13] Após o nascimento de Malaleel, Cainã viveu ainda oitocentos e quarenta anos, e gerou filhos e filhas.

[14] Todo o tempo da vida de Cainã foi de novecentos e dez anos; e morreu.

[15] Malaleel viveu sessenta e cinco anos, e depois gerou Jared.

[16] Após o nascimento de Jared, Malaleel viveu ainda oitocentos e trinta anos, e gerou filhos e filhas.

[17] Todo o tempo da vida de Malaleel foi de oitocentos e noventa e cinco anos; e morreu.

[18] Jared viveu cento e sessenta e dois anos e gerou Henoc.

[19] Após o nascimento de Henoc, Jared viveu ainda oitocentos anos e gerou filhos e filhas.

[20] Todo o tempo da vida de Jared foi de novecentos e sessenta e dois anos; e morreu.

[21] Henoc viveu sessenta e cinco anos e gerou Matusalém.

[22] Após o nascimento de Matusalém, Henoc andou com Deus durante trezentos anos e gerou filhos e filhas.

[23] A duração total da vida de Henoc foi de trezentos e sessenta e cinco anos.

[24] Henoc andou com Deus e desapareceu, porque Deus o levou.

[25] Matusalém viveu cento e oitenta e sete anos, e gerou Lamec.

[26] Após o nascimento de Lamec, Matusalém viveu ainda setecentos e oitenta e dois anos, e gerou filhos e filhas.

[27] A duração total da vida de Matusalém foi de novecentos e sessenta e nove anos; e morreu.

[28] Lamec viveu cento e oitenta e dois anos, e gerou um filho,

[29] a quem deu o nome de Noé, dizendo: “Este nos trará, em nossas fadigas e no duro labor de nossas mãos, um alívio tirado da terra mesma que o Senhor amaldiçoou”.

[13]Et vixit Cainan, postquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios et filias.

[14]Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, et mortuus est.

[15]Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, et genuit Jared.

[16]Et vixit Malaleel, postquam genuit Jared, octingentis triginta annis, et genuit filios et filias.

[17]Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, et mortuus est.

[18]Vixitque Jared centum sexaginta duobus annis, et genuit Henoch.

[19]Et vixit Jared, postquam genuit Henoch, octingentis annis, et genuit filios et filias.

[20]Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni, et mortuus est.

[21]Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis, et genuit Mathusalam.

[22]Et ambulavit Henoch cum Deo: et vixit, postquam genuit Mathusalam, trecentis annis, et genuit filios et filias.

[23]Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni.

[24]Ambulavitque cum Deo, et non apparuit: quia tulit eum Deus.

[25]Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annis, et genuit Lamech.

[26]Et vixit Mathusala, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, et genuit filios et filias.

[27]Et facti sunt omnes dies Mathusala nongenti sexaginta novem anni, et mortuus est.

[28]Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, et genuit filium:

[29]vocavitque nomen ejus Noë, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus.

[30] Após o nascimento de Noé, Lamec viveu ainda quinhentos e noventa e cinco anos, e gerou filhos e filhas.

[31] A duração total da vida de Lamec foi de setecentos e setenta e sete anos; e morreu.

[32] Com a idade de quinhentos anos, Noé gerou Sem, Cam e Jafé.

## Gênesis 6

[1] Quando os homens começaram a multiplicar-se sobre a terra, e lhes nasceram filhas,

[2] os filhos de Deus viram que as filhas dos homens eram belas, e escolheram esposas entre elas.

[3] O Senhor então disse: “Meu espírito não permanecerá para sempre no homem, porque todo ele é carne, e a duração de sua vida será só de cento e vinte anos”.

[4] Naquele tempo viviam gigantes na terra, como também daí por diante, quando os filhos de Deus se uniram às filhas dos homens e elas geravam filhos. Estes são os heróis, tão afamados dos tempos antigos.

[5] O Senhor viu que a maldade dos homens era grande na terra, e que todos os pensamentos de seu coração estavam continuamente voltados para o mal.

[6] O Senhor arrependeu-se de ter criado o homem na terra, e teve o coração ferido de íntima dor.

[7] E disse: “Exterminarei da superfície da terra o homem que criei, e com ele os animais, os répteis e as aves do céu, porque eu me arrependo de tê-los criado”.

[8] Noé, entretanto, encontrou graça aos olhos do Senhor.

[9] Esta é a história de Noé: Noé era um homem justo e perfeito no meio dos homens de sua geração. Ele andava com Deus.

[10] Noé teve três filhos: Sem, Cam e Jafé.

[11] A terra corrompia-se diante de Deus e enchia-se de violência.

[30]Vixitque Lamech, postquam genuit Noë, quingentis nonaginta quinque annis, et genuit filios et filias.

[31]Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni, et mortuus est. Noë vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham et Japheth.

## Genesis 6

[1]Cumque cœpissent homines multiplicari super terram, et filias procreassent,

[2]videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant.

[3]Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum.

[4]Gigantes autem erant super terram in diebus illis: postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes a sæculo viri famosi.

[5]Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore,

[6]pœnituit eum quod hominum fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus,

[7]Delebo, inquit, hominem, quem creavi, a facie terræ, ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad volucres cæli: pœnitet enim me fecisse eos.

[8]Noë vero invenit gratiam coram Domino.

[9]Hæ sunt generationes Noë: Noë vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis; cum Deo ambulavit.

[10]Et genuit tres filios, Sem, Cham et Japheth.

[11]Corrupta est autem terra coram Deo, et repleta est iniquitate.

[12]Cumque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram),

[12] Deus olhou para a terra e viu que ela estava corrompida: toda a criatura seguia na terra o caminho da corrupção.

[13] Então Deus disse a Noé: “Eis chegado o fim de toda a criatura diante de mim, pois eles encheram a terra de violência. Vou exterminá-los juntamente com a terra.

[14] Faze para ti uma arca de madeira resinosa: divide-a em compartimentos e a untarás de betume por dentro e por fora.

[15] E eis como a farás: seu comprimento será de trezentos côvados, sua largura de cinquenta côvados e sua altura de trinta.

[16] Farás no alto da arca uma abertura com a dimensão de um côvado. Porás a porta da arca a um lado, e construirás três andares de compartimentos.

[17] Eis que vou fazer cair o dilúvio sobre a terra, uma inundação que exterminará todo ser que tenha sopro de vida debaixo do céu. Tudo que está sobre a terra morrerá.

[18] Mas farei aliança contigo: entrarás na arca com teus filhos, tua mulher e as mulheres de teus filhos.

[19] De tudo o que vive, de cada espécie de animais, farás entrar na arca dois, macho e fêmea, para que vivam contigo.

[20] De cada espécie de aves, e de cada espécie de quadrúpedes, e de cada espécie de animais que se arrastam sobre a terra, entrará um casal contigo, para que lhes possas conservar a vida.

[21] Tomarás também contigo de todas as coisas para comer, e as armazenará para que te sirvam de alimento, a ti e aos animais”.

[22] Noé obedeceu, e fez tudo o que o Senhor lhe tinha ordenado.

[13]dixit ad Noë: Finis universæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate a facie eorum, et ego disperdam eos cum terra.

[14]Fac tibi arcam de lignis lævigatis; mansiunculas in arca facies, et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus.

[15]Et sic facies eam: trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, et triginta cubitorum altitudo illius.

[16]Fenestram in arca facies, et in cubito consummabis summitatem ejus: ostium autem arcæ pones ex latere; deorsum, cœnacula et tristega facies in ea.

[17]Ecce ego adducam aquas diluvii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cælum: universa quæ in terra sunt, consumentur.

[18]Ponamque fœdus meum tecum: et ingredieris arcam tu et filii tui, uxor tua, et uxores filiorum tuorum tecum.

[19]Et ex cunctis animantibus universæ carnis bina induces in arcam, ut vivant tecum: masculini sexus et feminini.

[20]De volucribus juxta genus suum, et de jumentis in genere suo, et ex omni reptili terræ secundum genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum, ut possint vivere.

[21]Tolles igitur tecum ex omnibus escis, quæ mandi possunt, et comportabis apud te: et erunt tam tibi, quam illis in cibum.

[22]Fecit igitur Noë omnia quæ præceperat illi Deus.

## Gênesis 7

[1] O Senhor disse a Noé: “Entra na arca, tu e toda a tua casa, porque te reconheci justo diante dos meus olhos, entre os de tua geração.

[2] De todos os animais puros tomarás sete casais, machos e fêmeas, e de todos os

## Genesis 7

[1]Dixitque Dominus ad eum: Ingredere tu et omnis domus tua in arcam: te enim vidi justum coram me in generatione hac.

[2]Ex omnibus animantibus mundis tolle septena et septena, masculum et feminam:

animais impuros tomarás um casal, macho e fêmea;

[3] das aves do céu igualmente sete casais, machos e fêmeas, para que se conserve viva a raça sobre a face de toda a terra.

[4] Dentro de sete dias farei chover sobre a terra durante quarenta dias e quarenta noites, e exterminarei da superfície da terra todos os seres que eu fiz".

[5] Noé fez tudo o que o Senhor lhe tinha ordenado.

[6] Noé tinha seiscentos anos quando veio o dilúvio sobre a terra.

[7] Para escapar à inundação, entrou na arca com seus filhos, sua mulher e as mulheres de seus filhos.

[8] Dos animais puros e impuros, das aves e de tudo que se arrasta sobre a terra,

[9] entraram na arca com Noé um casal macho e fêmea, como o Senhor tinha ordenado a Noé.

[10] Passados os sete dias, as águas do dilúvio precipitaram-se sobre a terra.

[11] No ano seiscentos da vida de Noé, no segundo mês, no décimo sétimo dia do mês, romperam-se naquele dia todas as fontes do grande abismo, e abriram-se as barreiras do céu.

[12] A chuva caiu sobre a terra durante quarenta dias e quarenta noites.

[13] Naquele mesmo dia, entrou Noé na arca, com Sem, Cam e Jafé, seus filhos, sua mulher e as três mulheres de seus filhos;

[14] e com eles os animais selvagens de toda a espécie, os animais domésticos de toda a espécie, os répteis de toda a espécie que se arrastavam sobre a terra, e tudo o que voa, de toda a espécie, todas as aves e tudo o que tem asas.

[15] De cada espécie que tem um sopro de vida um casal entrou na arca com Noé.

[16] Eles chegavam, macho e fêmea, de cada espécie. Como Deus tinha ordenado a Noé. E o Senhor fechou a porta atrás dele.

de animantibus vero immundis duo et duo, masculum et feminam.

[3]Sed et de volatilibus cæli septena et septena, masculum et feminam: ut salvetur semen super faciem universæ terræ.

[4]Adhuc enim, et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus: et delebo omnem substantiam, quam feci, de superficie terræ.

[5]Fecit ergo Noë omnia quæ mandaverat ei Dominus.

[6]Eratque sexcentorum annorum quando diluvii aquæ inundaverunt super terram.

[7]Et ingressus est Noë et filii ejus, uxor ejus et uxores filiorum ejus cum eo in arcam propter aquas diluvii.

[8]De animantibus quoque mundis et immundis, et de volucribus, et ex omni quod movetur super terram,

[9]duo et duo ingressa sunt ad Noë in arcam, masculus et femina, sicut præceperat Dominus Noë.

[10]Cumque transissent septem dies, aquæ diluvii inundaverunt super terram.

[11]Anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, et cataractæ cæli apertæ sunt:

[12]et facta est pluvia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus.

[13]In articulo diei illius ingressus est Noë, et Sem, et Cham, et Japheth filii ejus; uxor illius, et tres uxores filiorum ejus cum eis in arcam:

[14]ipsi et omne animal secundum genus suum, universaque jumenta in genere suo, et omne quod movetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum, universæ aves, omnesque volucres,

[15]ingressæ sunt ad Noë in arcam, bina et bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ.

[17] O dilúvio caiu sobre a terra durante quarenta dias. As águas incharam e levantaram a arca, que foi elevada acima da terra.

[18] As águas inundaram tudo com violência, e cobriram toda a terra, e a arca flutuava na superfície das águas.

[19] As águas engrossaram prodigiosamente sobre a terra, e cobriram todos os altos montes que existem debaixo do céu;

[20] e elevaram-se quinze côvados acima dos montes que cobriam.

[21] Todas as criaturas que se moviam na terra foram exterminadas: aves, animais domésticos, feras selvagens e tudo o que se arrasta na terra, e todos os homens.

[22] Tudo o que respira e tem um sopro de vida sobre a terra pereceu.

[23] Assim foram exterminados todos os seres que se encontravam sobre a face da terra, desde os homens até os quadrúpedes, tanto os répteis como as aves do céu, tudo foi exterminado da terra. Só Noé ficou e o que se encontrava com ele na arca.

[24] As águas cobriram a terra pelo espaço de cento e cinquenta dias.

## Gênesis 8

[1] Ora, Deus lembrou-se de Noé e de todos os animais selvagens e de todos os animais domésticos que estavam com ele na arca. Fez soprar um vento sobre a terra, e as águas baixaram.

[2] As fontes do abismo fecharam-se, assim como as barreiras do céu, e foram retidas as chuvas.

[3] As águas foram se retirando progressivamente da terra; e começaram a baixar depois de cento e cinquenta dias.

[4] No sétimo mês, no décimo sétimo dia do mês, a arca parou sobre as montanhas do Ararat.

[16]Et quæ ingressa sunt, masculus et femina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus: et inclusit eum Dominus deforis.

[17]Factumque est diluvium quadraginta diebus super terram: et multiplicatæ sunt aquæ, et elevaverunt arcam in sublime a terra.

[18]Vehementer enim inundaverunt, et omnia repleverunt in superficie terræ: porro arca ferebatur super aquas.

[19]Et aquæ prævaluerunt nimis super terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub universo cælo.

[20]Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat.

[21]Consumptaque est omnis caro quæ movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quæ reptant super terram: universi homines,

[22]et cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.

[23]Et delevit omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quam volucres cæli: et deleta sunt de terra. Remansit autem solus Noë, et qui cum eo erant in arca.

[24]Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

## Genesis 8

[1]Recordatus autem Deus Noë, cunctorumque animantium, et omnium jumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, et imminutæ sunt aquæ.

[2]Et clausi sunt fontes abyssi, et cataractæ cæli: et prohibitæ sunt pluviæ de cælo.

[3]Reversæque sunt aquæ de terra euntes et redeuntes: et cœperunt minui post centum quinquaginta dies.

[4]Requievitque arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis, super montes Armeniæ.

[5] Entretanto, as águas iam diminuindo pouco a pouco até o décimo mês; e no décimo mês, no primeiro dia do mês, apareceram os cumes das montanhas.

[6] No fim de quarenta dias, abriu Noé a janela que tinha feito na arca

[7] e deixou sair um corvo, o qual, saindo, voava de um lado para outro, até que aparecesse a terra seca.

[8] Soltou também uma pomba, para ver se as águas teriam já diminuído na face da terra.

[9] A pomba, porém, não encontrando onde pousar, voltou para junto dele na arca, porque havia ainda água na face da terra. Noé estendeu a mão, e tendo-a tomado, recolheu-a na arca.

[10] Esperou mais sete dias, e soltou de novo a pomba fora da arca.

[11] E eis que pela tarde ela voltou, trazendo no bico uma folha verde de oliveira. Assim Noé compreendeu que as águas tinham baixado sobre a terra.

[12] Esperou ainda sete dias, e soltou a pomba que desta vez não mais voltou.

[13] No ano seiscentos e um, no primeiro mês, no primeiro dia do mês, as águas se tinham secado sobre a terra. Noé descobriu o teto da arca, olhou e viu que a superfície do solo estava seca.

[14] No segundo mês, no vigésimo sétimo dia do mês, a terra estava seca.

[15] Então Deus falou a Noé:

[16] “Sai da arca, com tua mulher, teus filhos e as mulheres de teus filhos.

[17] Faze sair igualmente contigo todos os animais que estão contigo de todas as espécies: aves, quadrúpedes, répteis diversos que se arrastam sobre a terra; faze-os sair contigo para que se espalhem sobre a terra e para que cresçam e se multipliquem sobre a terra”.

[18] Noé saiu com seus filhos, sua mulher e as mulheres de seus filhos.

[19] Todos os animais selvagens, todos os répteis, todas as aves, todos os seres que se

[5]At vero aquæ ibant et decrescebant usque ad decimum mensem: decimo enim mense, primo die mensis, apparuerunt cacumina montium.

[6]Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noë fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit corvum,

[7]qui egrediebatur, et non revertebatur, donec siccarentur aquæ super terram.

[8]Emisit quoque columbam post eum, ut videret si jam cessassent aquæ super faciem terræ.

[9]Quæ cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in arcam: aquæ enim erant super universam terram: extenditque manum, et apprehensam intulit in arcam.

[10]Expectatis autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca.

[11]At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo: intellexit ergo Noë quod cessassent aquæ super terram.

[12]Expectavitque nihilominus septem alios dies: et emisit columbam, quæ non est reversa ultra ad eum.

[13]Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram: et aperiens Noë tectum arcæ, aspexit, viditque quod exsiccata esset superficies terræ.

[14]Mense secundo, septimo et vigesimo die mensis arefacta est terra.

[15]Locutus est autem Deus ad Noë, dicens:

[16]Egredere de arca, tu et uxor tua, filii tui et uxores filiorum tuorum tecum.

[17]Cuncta animantia, quæ sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus quam in bestiis et universis reptilibus, quæ reptant super terram, educ tecum, et ingredimini super terram: crescite et multiplicamini super eam.

[18]Egressus est ergo Noë, et filii ejus: uxor illius, et uxores filiorum ejus cum eo.

[19]Sed et omnia animantia, jumenta, et reptilia quæ reptant super terram,

movem sobre a terra saíram da arca segundo suas espécies.

[20] E Noé levantou um altar ao Senhor: tomou de todos os animais puros e de todas as aves puras, e ofereceu-os em holocausto ao Senhor sobre o altar.

[21] O Senhor respirou um agradável odor, e disse em seu coração: “Doravante, não mais amaldiçoarei a terra por causa do homem – porque os pensamentos do seu coração são maus desde a sua juventude –, e não ferirei mais todos os seres vivos, como o fiz.

[22] Enquanto durar a terra, não mais cessarão a sementeira e a colheita, o frio e o calor, o verão e o inverno, o dia e a noite”.

## Gênesis 9

[1] Deus abençoou Noé e seus filhos: “Sede fecundos – disse-lhes ele – multiplicai-vos e enchei a terra.

[2] Vós sereis objeto de temor e de espanto para todo animal da terra, toda ave do céu, tudo o que se arrasta sobre o solo e todos os peixes do mar: eles vos são entregues nas mãos.

[3] Tudo o que se move e vive vos servirá de alimento; eu vos dou tudo isto, como vos dei a erva verde.

[4] Somente não comereis carne com a sua alma, com sangue.

[5] Eu pedirei conta de vosso sangue, por causa de vossas almas, a todo animal; e ao homem (que matar) o seu irmão, pedirei conta da alma do homem.

[6] Todo aquele que derramar o sangue humano terá seu próprio sangue derramado pelo homem, porque Deus fez o homem à sua imagem.

[7] Sede, pois, fecundos e multiplicai-vos, e espalhai-vos sobre a terra abundantemente”.

[8] Disse também Deus a Noé e a seus filhos:

[9] “Vou fazer uma aliança convosco e com vossa posteridade,

[10] assim como com todos os seres vivos que estão convosco: as aves, os animais

secundum genus suum, egressa sunt de arca.

[20]Ædificavit autem Noë altare Domino: et tollens de cunctis pecoribus et volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.

[21]Odoratusque est Dominus odorem suavitatis, et ait: Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines: sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur ultra percutiam omnem animam viventem sicut feci.

[22]Cunctis diebus terræ, sementis et messis, frigus et æstus, æstas et hiems, nox et dies non requiescent.

## Genesis 9

[21] Neftali é uma gazela solta, que tem lindos filhotes.

[22] José é broto de uma árvore fértil, broto de uma árvore fértil junto à nascente: seus ramos crescem acima do muro.

[23] Provocam-no, atiram contra ele, atacam-no os flecheiros,

[24] mas, seu arco permanece firme, seus braços e mãos desembaraçados pelas mãos do Poderoso de Jacó, pelo nome do Pastor, que é a pedra de Israel,

[25] graças ao Deus de teu pai, que te ajuda, graças ao Todo-poderoso, que te abençoa com as bênçãos do céu altíssimo, com as bênçãos do profundo abismo, com as bênçãos dos peitos e do seio.

[26] As bênçãos de teu pai sobrepujam as bênçãos das antigas montanhas, as aspirações das colinas eternas. Que elas desçam sobre a cabeça de José, sobre a fronte do príncipe de seus irmãos!

[27] Benjamim, lobo voraz, de manhã devora a presa e à tarde reparte o despojo".

[28] São esses todos que formam as doze tribos de Israel. Foi isso que lhes disse seu pai ao abençoá-los. A cada um deu uma bênção particular.

[29] Em seguida, fez-lhes esta recomendação: "Eis que vou ser reunido aos meus. Enterrai-me junto de meus pais na caverna da terra de Efron, o hiteu,

[15]Vidit requiem, quod esset bona et terram, quod optima: et supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis serviens.

[16]Dan judicabit populum suum sicut et alia tribus in Israël.

[17]Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro.

[18]Salutare tuum expectabo, Domine.

[19]Gad, accinctus præliabitur ante eum: et ipse accingetur retrorsum.

[20]Aser, pinguis panis ejus, et præbebit delicias regibus.

[21]Nephthali, cervus emissus, et dans eloquia pulchritudinis.

[22]Filius accrescens Joseph, filius accrescens et decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum.

[23]Sed exasperaverunt eum et jurgati sunt, inviderunt que illi habentes jacula.

[24]Sedit in forti arcus ejus, et dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius per manus potentis Jacob: inde pastor egressus est, lapis Israël.

[25]Deus patris tui erit adjutor tuus, et omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum, benedictionibus uberum et vulvæ.

[26]Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus, donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Joseph, et in vertice Nazaræi inter fratres suos.

[27]Benjamin lupus rapax, mane comedat prædam, et vespere dividet spolia.

[28]Omnes hi in tribubus Israël duodecim: hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis benedictionibus propriis.

[29]Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi,

[30] na caverna da terra de Macpela, defronte de Mambré, na terra de Canaã, essa caverna que Abraão havia comprado a Efron, o hiteu, ao mesmo tempo que a terra, para ter a propriedade de uma sepultura.

[31] Foi ali que enterraram Abraão e Sara, sua mulher; foi ali que enterraram Isaac e Rebeca, sua mulher; e foi ali que enterrei Lia".

[32] Essa propriedade, bem como a caverna que nela se encontra, foram compradas aos filhos de Het.

[33] E, tendo Jacó dado aos seus filhos esta última recomendação, recolheu os pés em sua cama, e expirou. E foi reunido aos seus.

[30]contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri.

[31]Ibi sepelierunt eum, et Saram uxorem ejus: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca conjuge sua: ibi et Lia condita jacet.

[32]Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, et obiit: appositusque est ad populum suum.

## Gênesis 50

[1] José lançou-se então sobre o rosto de seu pai e o beijou chorando.

[2] Ordenou depois aos médicos que o serviam que embalsamassem seu pai; e os médicos embalsamaram Israel.

[3] Gastaram nisso quarenta dias, que é o tempo necessário ao embalsamamento. Os egípcios choraram-no durante setenta dias.

[4] Passado o tempo do pranto, José disse à casa do faraó: "Se achei graça aos vossos olhos, dizei de minha parte ao faraó

[5] que meu pai me fez jurar-lhe: 'Eu vou morrer – disse-me ele –; tu me enterrarás no túmulo que adquiri na terra de Canaã'. Permite-me, pois, subir e enterrar meu pai; depois voltarei".

[6] O faraó respondeu: "Vai sepultar teu pai como ele te fez jurar".

[7] José partiu para sepultar seu pai. Todos os servos do faraó, os anciãos de sua casa e todos os anciãos do Egito,

[8] toda a casa de José, seus irmãos e a casa de seu pai o seguiram. Deixaram na terra de Gessen somente seus filhinhos, suas ovelhas e seus bois.

[9] Carros e cavaleiros acompanhavam-no, de sorte que a caravana era muito grande.

## Genesis 50

[1]Quod cernens Joseph, ruit super faciem patris, flens et deosculans eum.

[2]Præcepitque servis suis medicis ut aromatibus condirent patrem.

[3]Quibus jussa explentibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadaverum conditorum: flevitque eum Ægyptus septuaginta diebus.

[4]Et expleto planctus tempore, locutus est Joseph ad familiam Pharaonis: Si inveni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis:

[5]eo quod pater meus adjuraverit me dicens: En morior: in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, et sepeliam patrem meum, ac revertar.

[6]Dixitque ei Pharao: Ascende, et sepeli patrem tuum sicut adjuratus es.

[7]Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique majores natu terræ Ægypti:

[8]domus Joseph cum fratribus suis, absque parvulis, et gregibus atque armentis, quæ dereliquerant in terra Gessen.

[9]Habuit quoque in comitatu currus et equites: et facta est turba non modica.

[10] Chegando à eira de Atad, além do Jordão, fizeram uma grande e solene lamentação, e José celebrou, em honra de seu pai, um pranto de sete dias.

[11] Vendo esse pranto na eira de Atad, o povo daquela terra disse: “Grande pranto é esse dos egípcios!”. Daí o nome de Abel-Misraim dado a esse lugar, que está situado além do Jordão.

[12] Os filhos de Jacó fizeram, pois, o que ele lhes tinha ordenado.

[13] Levaram-no para Canaã e enterraram-no na caverna da terra de Macpela, que Abraão tinha comprado, juntamente com a propriedade de Efron, o hiteu, defronte de Mambré, para ter a propriedade de uma sepultura.

[14] Depois do enterro, José voltou para o Egito com seus irmãos e todos os que o tinham acompanhado nos funerais de seu pai.

[15] Os irmãos de José, vendo que seu pai morrera, disseram entre si: “Será que José nos tomará em aversão e irá vingar-se de todo o mal que lhe fizemos?”.

[16] Mandaram, pois, dizer-lhe: “Antes de morrer, teu pai recomendou-nos

[17] que te pedíssemos perdão do crime que teus irmãos cometeram, de seu pecado, de todo o mal que te fizeram. Perdoa, pois, agora esse crime àqueles que servem o Deus de teu pai”. Ouvindo isso, José chorou.

[18] Seus irmãos vieram jogar-se aos seus pés, dizendo: “Somos teus escravos!”.

[19] José disse-lhes: “Não temais: posso eu pôr-me no lugar de Deus?

[20] Vossa intenção era de fazer-me mal, mas Deus tirou daí um bem; era para fazer, como acontece hoje, com que se conservasse a vida a um grande povo.

[21] Não temais, pois: eu vos sustentarei a vós e a vossos filhos”. Essas palavras, que lhes foram direto ao coração, reconfortaram-nos.

[22] José habitou no Egito, e também a família de seu pai. Viveu cento e dez anos.

[10]Veneruntque ad Aream Atad, quæ sita est trans Jordanem: ubi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies.

[11]Quod cum vidissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est iste Ægyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci illius, Planctus Ægypti.

[12]Fecerunt ergo filii Jacob sicut præceperat eis:

[13]et portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo, contra faciem Mambre.

[14]Reversusque est Joseph in Ægyptum cum fratribus suis, et omni comitatu, sepulto patre.

[15]Quo mortuo, timentes fratres ejus, et mutuo colloquentes: Ne forte memor sit injuriæ quam passus est, et reddat nobis omne malum quod fecimus,

[16]mandaverunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur,

[17]ut hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum, et peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te: nos quoque oramus ut servis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis flevit Joseph.

[18]Veneruntque ad eum fratres sui: et proni adorantes in terram, dixerunt: Servi tui sumus.

[19]Quibus ille respondit: Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati?

[20]Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, et salvos faceret multos populos.

[21]Nolite timere: ego pascam vos et parvulos vestros: consolatusque est eos, et blande ac leniter est locutus.

[22]Et habitavit in Ægypto cum omni domo patris sui: vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios usque ad tertiam

[23] Viu os descendentes de Efraim até a terceira geração. Igualmente, os filhos de Maquir, filho de Manassés, vieram à luz sobre os joelhos de José.

[24] José disse a seus irmãos: “Vou morrer; mas Deus vos visitará seguramente e vos fará subir desta terra para a terra que jurou dar a Abraão, Isaac e a Jacó”.

[25] E José fez que os filhos de Israel jurassem: “Quando Deus vos visitar – disse ele – levareis daqui os meus ossos”.

[26] José morreu com a idade de cento e dez anos. Foi embalsamado e depositado num sarcófago no Egito.

generationem. Filii quoque Machir filii Manasse nati sunt in genibus Joseph.

[23]Quibus transactis, locutus est fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, et ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam juravit Abraham, Isaac et Jacob.

[24]Cumque adjurasset eos atque dixisset: Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto:

[25]mortuus est, expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

| Êxodo | Exodus |
|---|---|

## Êxodo 1

[1] Eis os nomes dos filhos de Israel que vieram para o Egito com Jacó, cada um com sua família:

[2] Rúben, Simeão, Levi, Judá,

[3] Issacar, Zabulon, Benjamim,

[4] Dã, Neftali, Gad e Aser.

[5] Todas as pessoas saídas de Jacó eram em número de setenta. José estava já no Egito.

[6] E, morto José, assim como todos os seus irmãos e toda aquela geração,

[7] os israelitas foram fecundos e multiplicaram-se; tornaram-se tão numerosos e tão fortes, que a terra ficou repleta deles.

[8] Entretanto, subiu ao trono do Egito um novo rei, que não tinha conhecido José.

[9] Ele disse ao seu povo: "Vede: os israelitas tornaram-se numerosos e fortes demais para nós.

[10] Vamos! É preciso tomar precaução contra eles e impedir que se multipliquem, para não acontecer que, sobrevindo uma guerra, se unam com os nossos inimigos e combatam contra nós, e se retirem do país".

[11] Estabeleceu, pois, sobre eles, feitores para acabrunhá-los com trabalhos penosos: eles construíram para o faraó as cidades de Pitom e Ramsés, que deviam servir de entreposto.

[12] Quanto mais os oprimiam, porém, tanto mais eles se multiplicavam e se espalhavam, a ponto de os egípcios os aborrecerem.

[13] Impunham-lhes a mais dura servidão,

[14] e amarguravam-lhes a vida com duros trabalhos na argamassa e na fabricação de tijolos, bem como com toda a sorte de trabalhos nos campos e todas as tarefas que se lhes impunham tiranicamente.

[15] O rei do Egito dirigiu-se, igualmente, às parteiras dos hebreus (uma se chamava Sefra e a outra, Fua),

## Exodus 1

[1]Hæc sunt nomina filiorum Israël qui ingressi sunt in Ægyptum cum Jacob: singuli cum domibus suis introierunt:

[2]Ruben, Simeon, Levi, Judas,

[3]Issachar, Zabulon et Benjamin,

[4]Dan et Nephthali, Gad et Aser.

[5]Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Jacob, septuaginta: Joseph autem in Ægypto erat.

[6]Quo mortuo, et universis fratribus ejus, omnique cognatione illa,

[7]filii Israël creverunt, et quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleverunt terram.

[8]Surrexit interea rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph.

[9]Et ait ad populum suum: Ecce, populus filiorum Israël multus, et fortior nobis est.

[10]Venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: et si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.

[11]Præposuit itaque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus: ædificaveruntque urbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom et Ramesses.

[12]Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, et crescebant:

[13]oderantque filios Israël Ægyptii, et affligebant illudentes eis,

[14]atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti et lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur.

[15]Dixit autem rex Ægypti obstetricibus Hebræorum, quarum una vocabatur Sephora, altera Phua,

[16]præcipiens eis: Quando obstetricabitis Hebræas, et partus tempus advenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si femina, reservate.

[16] e disse-lhes: "Quando assistirdes às mulheres dos hebreus, e as virdes sobre o leito, se for um filho, matai-o; mas se for uma filha, deixai-a viver".

[17] Mas as parteiras temiam a Deus, e não executaram as ordens do rei do Egito, deixando viver os meninos.

[18] O rei mandou-as chamar então e disse-lhes: "Por que agistes assim, e deixastes viver os meninos?".

[19] "Porque – responderam elas ao faraó – as mulheres dos hebreus não são como as dos egípcios: elas são vigorosas, e já dão à luz antes que chegue a parteira."

[20] Deus beneficiou as parteiras: o povo continuou a multiplicar-se e a espalhar-se.

[21] Porque elas haviam temido a Deus, ele fez prosperar suas famílias.

[22] Então o faraó deu esta ordem a todo o seu povo: "Todo menino que nascer, vós o atirareis ao Nilo. Deixareis, porém, viver todas as meninas".

[17]Timuerunt autem obstetrices Deum, et non fecerunt juxta præceptum regis Ægypti, sed conservabant mares.

[18]Quibus ad se accersitis, rex ait: Quidnam est hoc quod facere voluistis, ut pueros servaretis?

[19]Quæ responderunt: Non sunt Hebreæ sicut ægyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, et priusquam veniamus ad eas, pariunt.

[20]Bene ergo fecit Deus obstetricibus: et crevit populus, confortatusque est nimis.

[21]Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificavit eis domos.

[22]Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens: Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite: quidquid feminini, reservate.

## Êxodo 2

[1] Um homem da casa de Levi tinha tomado por mulher uma filha de Levi,

[2] que concebeu, e deu à luz um filho. Vendo que era formoso, escondeu-o durante três meses.

[3] Mas, não podendo guardá-lo oculto por mais tempo, tomou uma cesta de junco, untou-a de betume e piche, colocou dentro o menino e depô-la à beira do rio, no meio dos caniços.

[4] A irmã do menino ficou parada a alguma distância para ver o que lhe havia de acontecer.

[5] Ora, a filha do faraó desceu ao rio para se banhar, enquanto suas criadas passeavam à beira do rio. Ela viu a cesta no meio dos juncos e mandou uma de suas criadas buscá-la.

[6] Abriu-a e viu dentro o menino que chorava. E compadeceu-se: "É um filho dos hebreus" – disse ela.

## Exodus 2

[1]Egressus est post hæc vir de domo Levi: et accepit uxorem stirpis suæ.

[2]Quæ concepit, et peperit filium: et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus.

[3]Cumque jam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, et linivit eam bitumine ac pice: posuitque intus infantulum, et exposuit eum in carecto ripæ fluminis,

[4]stante procul sorore ejus, et considerante eventum rei.

[5]Ecce autem descendebat filia Pharaonis ut lavaretur in flumine: et puellæ ejus gradiebantur per crepidinem alvei. Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, misit unam e famulabus suis: et allatam

[6]aperiens, cernensque in ea parvulum vagientem, miserta ejus, ait: De infantibus Hebræorum est hic.

[7]Cui soror pueri: Vis, inquit, ut vadam, et vocem tibi mulierem hebræam, quæ nutrire possit infantulum?

[7] Veio então a irmã do menino e disse à filha do faraó: "Queres que vá procurar entre as mulheres dos hebreus uma ama de leite para amamentar o menino?".

[8] "Sim" – disse a filha do faraó –. E a moça correu a buscar a mãe do menino.

[9] "Toma este menino – disse-lhe a filha do faraó – amamenta-o; te darei o teu salário." A mulher tomou o menino e o amamentou.

[10] Quando o menino cresceu, ela o conduziu à filha do faraó, que o adotou como seu filho e deu-lhe o nome de Moisés, "porque – disse ela – eu o salvei das águas".

[11] Moisés cresceu. Um dia em que saíra por acaso para ir ter com os seus irmãos, foi testemunha de seus duros trabalhos, e viu um egípcio ferindo um hebreu dentre seus irmãos.

[12] Moisés, voltando-se para um e outro lado e vendo que não havia ali ninguém, matou o egípcio e ocultou-o na areia.

[13] Saindo de novo no dia seguinte, viu dois hebreus que estavam brigando. E disse ao culpado: "Por que feres o teu companheiro?".

[14] Mas o homem respondeu-lhe: "Quem te constituiu chefe e juiz sobre nós? Queres, porventura, matar-me como mataste o egípcio?". Moisés teve medo e pensou: "Certamente a coisa já é conhecida".

[15] O faraó, sabendo do ocorrido, procurou matar Moisés, mas este fugiu para longe do faraó. Retirou-se para a terra de Madiã, e sentou-se junto de um poço.

[16] Ora, as sete filhas do sacerdote de Madiã vieram tirar água do poço e encher as gamelas para dar de beber às ovelhas de seu pai.

[17] Sobrevindo então alguns pastores, as expulsavam. Moisés, porém, tomou sua defesa e deu de beber ao seu rebanho.

[18] E, voltando elas para junto de Raguel, seu pai, este disse-lhes: "Por que voltais hoje tão cedo?".

[19] Elas responderam: "Um egípcio nos protegeu contra alguns pastores e, além

[8]Respondit: Vade. Perrexit puella et vocavit matrem suam.

[9]Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum, et nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, et nutrivit puerum: adultumque tradidit filiæ Pharaonis.

[10]Quem illa adoptavit in locum filii, vocavitque nomen ejus Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum.

[11]In diebus illis postquam creverat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, et virum ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus suis.

[12]Cumque circumspexisset huc atque illuc, et nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo.

[13]Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat injuriam: Quare percutis proximum tuum?

[14]Qui respondit: Quis te constituit principem et judicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? Timuit Moyses, et ait: Quomodo palam factum est verbum istud?

[15]Audivitque Pharao sermonem hunc, et quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu ejus, moratus est in terra Madian, et sedit juxta puteum.

[16]Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam: et impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui.

[17]Supervenere pastores, et ejecerunt eas: surrexitque Moyses, et defensis puellis, adaquavit oves earum.

[18]Quæ cum revertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas: Cur velocius venistis solito?

[19]Responderunt: Vir ægyptius liberavit nos de manu pastorum: insuper et hausit aquam nobiscum, potumque dedit ovibus.

[20]At ille: Ubi est? inquit: quare dimisistis hominem? vocate eum ut comedat panem.

disso, tirou água ele mesmo e deu de beber aos animais".

[20] "Onde está ele? – perguntou às suas filhas –. Por que o deixastes partir? Chamai-o para que coma alguma coisa."

[21] Moisés aceitou ficar em casa desse homem, o qual lhe deu por mulher sua filha Séfora.

[22] Ela teve um filho, que Moisés chamou de Gérson, "porque – disse ele – sou apenas um hóspede em terra estrangeira".

[23] Muito tempo depois, morreu o rei do Egito. Os israelitas, que gemiam ainda sob o peso da servidão, clamaram, e, do fundo de sua escravidão, subiu o seu clamor até Deus.

[24] Deus ouviu seus gemidos e lembrou-se de sua aliança com Abraão, Isaac e Jacó.

[25] Olhou para os israelitas e reconheceu-os.

[21]Juravit ergo Moyses quod habitaret cum eo. Accepitque Sephoram filiam ejus uxorem:

[22]quæ peperit ei filium, quem vocavit Gersam, dicens: Advena fui in terra aliena. Alterum vero peperit, quem vocavit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adjutor meus eripuit me de manu Pharaonis.

[23]Post multum vero tempore mortuus est rex Ægypti: et ingemiscentes filii Israël, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus.

[24]Et audivit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac et Jacob.

[25]Et respexit Dominus filios Israël et cognovit eos.

## Êxodo 3

[1] Moisés apascentava o rebanho de Jetro, seu sogro, sacerdote de Madiã. Um dia em que conduzira o rebanho para além do deserto, chegou até a montanha de Deus, Horeb.

[2] O anjo do Senhor apareceu-lhe numa chama (que saía) do meio a uma sarça. Moisés olhava: a sarça ardia, mas não se consumia.

[3] "Vou me aproximar – disse ele consigo – para contemplar esse extraordinário espetáculo, e saber por que a sarça não se consome."

[4] Vendo o Senhor que ele se aproximou para ver, chamou-o do meio da sarça: "Moisés, Moisés!". "Eis-me aqui!" – respondeu ele.

[5] E Deus: "Não te aproximes daqui. Tira as sandálias dos teus pés, porque o lugar em que te encontras é uma terra santa.

[6] Eu sou – ajuntou ele – o Deus de teu pai, o Deus de Abraão, o Deus de Isaac e o Deus de Jacó". Moisés escondeu o rosto, e não ousava olhar para Deus.

[7] O Senhor disse: "Eu vi, eu vi a aflição de meu povo que está no Egito, e ouvi os seus

## Exodus 3

[1]Moyses autem pascebat oves Jethro soceri sui sacerdotis Madian: cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb.

[2]Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: et videbat quod rubus arderet, et non combureretur.

[3]Dixit ergo Moyses: Vadam, et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.

[4]Cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, et ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum.

[5]At ille: Ne appropies, inquit, huc: solve calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est.

[6]Et ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum.

[7]Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, et clamorem ejus audivi propter duritiam eorum qui præsunt operibus:

clamores por causa de seus opressores. Sim, eu conheço seus sofrimentos.

[8] E desci para livrá-lo da mão dos egípcios e para fazê-lo subir do Egito para uma terra fértil e espaçosa, uma terra que mana leite e mel, lá onde habitam os cananeus, os hiteus, os amorreus, os ferezeus, os heveus e os jebuseus.

[9] Agora, eis que os clamores dos israelitas chegaram até mim, e vi a opressão que lhes fazem os egípcios.

[10] Vai, eu te envio ao faraó para tirar do Egito os israelitas, meu povo".

[11] Moisés disse a Deus: "Quem sou eu para ir ter com o faraó e tirar do Egito os israelitas?".

[12] "Eu estarei contigo – respondeu Deus –; e eis aqui um sinal de que sou eu que te envio: quando tiveres tirado o povo do Egito, servireis a Deus sobre esta montanha."

[13] Moisés disse a Deus: "Quando eu for para junto dos israelitas e lhes disser que o Deus de seus pais me enviou a eles, que lhes responderei se me perguntarem qual é o seu nome?".

[14] Deus respondeu a Moisés: "Eu sou aquele que sou". E ajuntou: "Eis como responderás aos israelitas: (Aquele que se chama) 'Eu sou' envia-me junto de vós".

[15] Deus disse ainda a Moisés: "Assim falarás aos israelitas: É Javé, o Deus de vossos pais, o Deus de Abraão, o Deus de Isaac e o Deus de Jacó, quem me envia para junto de vós. Esse é o meu nome para sempre, e é assim que me chamarão de geração em geração".

[16] "Vai, reúne os anciãos de Israel e dize-lhes: O Senhor, o Deus de vossos pais, o Deus de Abraão, de Isaac e de Jacó apareceu-me. E disse-me: eu vos visitei, e vi o que se vos faz no Egito,

[17] e disse: Eu vos tirarei do Egito onde sois oprimidos, para fazer-vos subir para a terra dos cananeus, dos hiteus, dos amorreus, dos ferezeus, dos heveus e dos jebuseus, terra que mana leite e mel.

[18] Eles ouvirão a tua voz. Irás então com os anciãos de Israel à presença do rei do Egito

[8]et sciens dolorem ejus, descendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, et educam de terra illa in terram bonam, et spatiosam, in terram quæ fluit lacte et melle, ad loca Chananæi et Hethæi, et Amorrhæi, et Pherezæi, et Hevæi, et Jebusæi.

[9]Clamor ergo filiorum Israël venit ad me: vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur.

[10]Sed veni, et mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Israël, de Ægypto.

[11]Dixitque Moyses ad Deum: Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem, et educam filios Israël de Ægypto?

[12]Qui dixit ei: Ego ero tecum: et hoc habebis signum, quod miserim te: cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum.

[13]Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israël, et dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod est nomen ejus? quid dicam eis?

[14]Dixit Deus ad Moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices filiis Israël: Qui est, misit me ad vos.

[15]Dixitque iterum Deus ad Moysen: Hæc dices filiis Israël: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob, misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, et hoc memoriale meum in generationem et generationem.

[16]Vade, et congrega seniores Israël, et dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob, dicens: Visitans visitavi vos: et vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto.

[17]Et dixi ut educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi, et Hethæi, et Amorrhæi, et Pherezæi, et Hevæi, et Jebusæi, ad terram fluentem lacte et melle.

[18]Et audient vocem tuam: ingredierisque tu, et seniores Israël, ad regem Ægypti, et dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocavit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro.

e lhe direis: O Senhor, o Deus dos hebreus, nos apareceu. Deixa-nos, pois, ir para o deserto, a três dias de caminho, para oferecer sacrifícios ao Senhor, nosso Deus.

19 Eu sei que o rei do Egito não vos deixará partir, se ele não for obrigado pela força.

20 Mas estenderei a mão e ferirei o Egito com toda sorte de prodígios que farei no meio deles. Depois disso, o faraó vos deixará partir.

21 Farei com que esse povo ganhe as boas graças dos egípcios, e, quando partirdes, não ireis com as mãos vazias.

22 Cada mulher pedirá à sua vizinha e àquela que mora em sua casa objetos de prata e de ouro, e vestidos que poreis sobre vossos filhos e sobre vossas filhas. Assim despojareis os egípcios."

19Sed ego scio quod non dimittet vos rex Ægypti ut eatis nisi per manum validam.

20Extendam enim manum meam, et percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hæc dimittet vos.

21Daboque gratiam populo huic coram Ægyptiis: et cum egrediemini, non exibitis vacui:

22sed postulabit mulier a vicina sua et ab hospita sua, vasa argentea et aurea, ac vestes: ponetisque eas super filios et filias vestras, et spoliabitis Ægyptum.

## Êxodo 4

1 Moisés respondeu: "Eles não me crerão, nem me ouvirão, e vão dizer que o Senhor não me apareceu".

2 O Senhor disse-lhe: "O que tens na mão?". "Uma vara."

3 "Joga-a por terra." Ele jogou-a por terra; e a vara transformou-se numa serpente, de modo que Moisés recuou.

4 O Senhor disse-lhe: "Estende tua mão e toma-a pela cauda – ele estendeu a mão e tomou-a, e a serpente tornou-se de novo uma vara em sua mão –;

5 é para que creiam que o Senhor, o Deus de seus pais, o Deus de Abraão, o Deus de Isaac e o Deus de Jacó, realmente te apareceu".

6 O Senhor continuou: "Mete a tua mão no teu seio". Ele meteu a mão em seu seio e, quando a retirou, sua mão estava leprosa, tão branca como a neve.

7 O Senhor disse-lhe: "Mete de novo a mão em teu seio". Ele meteu de novo a mão em seu seio e, retirando-a, eis que ela se tornara como o restante de sua carne.

8 "Se não te crerem, nem obedecerem à voz do primeiro prodígio, crerão à voz do segundo.

## Exodus 4

1Respondens Moyses ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus.

2Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga.

3Dixitque Dominus: Projice eam in terram. Projecit, et versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses.

4Dixitque Dominus: Extende manum tuam, et apprehende caudam ejus. Extendit, et tenuit, versaque est in virgam.

5Ut credant, inquit, quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob.

6Dixitque Dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis.

7Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, et protulit iterum, et erat similis carni reliquæ.

8Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.

9Quod si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis, et effunde eam super

[9] Se ainda permanecerem incrédulos diante desses dois prodígios, nem te ouvirem, tomarás da água do Nilo e a derramarás por terra; a água tirada do rio se tornará sangue sobre a terra."

[10] Moisés disse ao Senhor: "Ah! Senhor! Eu não tenho o dom da palavra; nunca o tive, nem mesmo depois que falastes ao vosso servo; tenho a boca e a língua pesadas".

[11] O Senhor disse-lhe: "Quem deu uma boca ao homem? Quem o faz mudo ou surdo, o faz ver ou o faz cego? Não sou eu, o Senhor?

[12] Vai, pois, eu estarei contigo quando falares, e te ensinarei o que terás de dizer".

[13] "Ah! Senhor! – disse Moisés – mandai quem quiserdes!"

[14] Então o Senhor irritou-se contra Moisés: "Não tens Aarão – disse ele – teu irmão, o levita? Eu sei que ele fala bem. Ei-lo justamente que vem ao teu encontro e, vendo-te, se alegrará o seu coração.

[15] Tu lhe falarás, lhe porás as palavras na boca. E, quando falardes, eu estarei contigo e com ele, e vos ensinarei o que tereis a fazer.

[16] É ele quem falará ao povo em teu lugar: ele te servirá de boca e tu lhe servirás de Deus.

[17] Toma em tua mão esta vara, com a qual operarás prodígios".

[18] Moisés partiu. De volta para junto de Jetro, seu sogro, disse-lhe: "Rogo-te que me deixes partir, e voltar para junto de meus irmãos no Egito; vou ver se ainda vivem". Jetro disse a Moisés: "Vai em paz".

[19] O Senhor disse a Moisés em Madiã: "Vai, volta ao Egito, porque todos aqueles que atentavam contra a tua vida estão mortos".

[20] Moisés tomou consigo sua mulher e seus filhos, fê-los montar em jumentos e voltou para o Egito. Levava na mão a vara de Deus.

[21] O Senhor disse a Moisés: "Agora que voltas ao Egito, cuida para que todos os prodígios, que te concedi o poder de operar, tu os faças na presença do faraó. Mas

aridam, et quidquid hauseris de fluvio, vertetur in sanguinem.

[10]Ait Moyses: Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri et nudiustertius: et ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris et tardioris linguæ sum.

[11]Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum et surdum, videntem et cæcum? nonne ego?

[12]Perge, igitur, et ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris.

[13]At ille: Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es.

[14]Iratus Dominus in Moysen, ait: Aaron frater tuus Levites, scio quod eloquens sit: ecce ipse egreditur in occursum tuum, vidensque te lætabitur corde.

[15]Loquere ad eum, et pone verba mea in ore ejus: et ego ero in ore tuo, et in ore illius, et ostendam vobis quid agere debeatis.

[16]Ipse loquetur pro te ad populum, et erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.

[17]Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

[18]Abiit Moyses, et reversus est ad Jethro socerum suum, dixitque ei: Vadam et revertar ad fratres meos in Ægyptum, ut videam si adhuc vivant. Cui ait Jethro: Vade in pace.

[19]Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian: Vade, et revertere in Ægyptum, mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam.

[20]Tulit ergo Moyses uxorem suam, et filios suos, et imposuit eos super asinum: reversusque est in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua.

[21]Dixitque ei Dominus revertenti in Ægyptum: Vide ut omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo cor ejus, et non dimittet populum.

[22]Dicesque ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israël.

endurecerei o seu coração e ele não deixará partir o povo.

22 Tu lhe dirás: Assim fala o Senhor: Israel é meu filho primogênito.

23 Eu te digo: Deixa ir o meu filho, para que ele me preste um culto. Se te recusas a deixá-lo partir, farei perecer teu filho primogênito".

24 Estando Moisés a caminho, numa estalagem, o Senhor atacou Moisés, procurando matá-lo.

25 Sefra tomou então uma pedra afiada, cortou o prepúcio de seu filho e atirou-o aos pés de Moisés, dizendo: "Tu me és um esposo de sangue!".

26 Assim o Senhor o deixou. Sefra havia dito: "esposo de sangue", por causa da circuncisão.

27 O Senhor disse a Aarão: "Vai ao encontro de Moisés no deserto". Aarão foi e, encontrando seu irmão na montanha de Deus, beijou-o.

28 Moisés contou-lhe tudo o que lhe tinha dito o Senhor ao enviá-lo, e todos os prodígios que lhe tinha ordenado fazer.

29 Moisés e Aarão continuaram seu caminho e reuniram todos os anciãos de Israel.

30 Aarão repetiu todas as palavras que o Senhor tinha dito a Moisés, e este fez os prodígios em presença do povo.

31 O povo acreditou. E, tendo ouvido que o Senhor viera visitar os filhos de Israel, e que vira sua aflição, inclinaram-se e prostraram-se.

23Dixi tibi: Dimitte filium meum ut serviat mihi; et noluisti dimittere eum: ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.

24Cumque esset in itinere, in diversorio occurrit ei Dominus, et volebat occidere eum.

25Tulit idcirco Sephora acutissimam petram, et circumcidit præputium filii sui, tetigitque pedes ejus, et ait: Sponsus sanguinum tu mihi es.

26Et dimisit eum postquam dixerat: Sponsus sanguinum ob circumcisionem.

27Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obviam ei in montem Dei, et osculatus est eum.

28Narravitque Moyses Aaron omnia verba Domini quibus miserat eum, et signa quæ mandaverat.

29Veneruntque simul, et congregaverunt cunctos seniores filiorum Israël.

30Locutusque est Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen: et fecit signa coram populo,

31et credidit populus. Audieruntque quod visitasset Dominus filios Israël, et respexisset afflictionem illorum: et proni adoraverunt.

## Êxodo 5

1 Depois disso, Moisés e Aarão dirigiram-se ao faraó e disseram-lhe: "Assim fala o Senhor, o Deus de Israel: Deixa ir o meu povo, para que me faça uma festa no deserto".

2 O faraó respondeu: "Quem é esse Senhor, para que eu lhe deva obedecer, deixando partir Israel? Não conheço o Senhor, e não deixarei partir Israel".

## Exodus 5

1Post hæc ingressi sunt Moyses et Aaron, et dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto.

2At ille respondit: Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, et dimittam Israël? nescio Dominum, et Israël non dimittam.

3Dixeruntque: Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, et sacrificemus Domino Deo

[3] Eles prosseguiram: “O Deus dos hebreus nos apareceu. Deixa-nos ir ao deserto, a três dias de caminho, para oferecer sacrifícios ao Senhor, para que não nos fira ele pela peste ou pela espada”.

[4] O rei do Egito disse-lhes: “Moisés e Aarão, por que quereis desviar o povo do seu trabalho? Ide às vossas ocupações”.

[5] E ajuntou: “O povo é, atualmente, numeroso, e vós o faríeis interromper seus trabalhos!”.

[6] Naquele mesmo dia, deu o faraó ao inspetor do povo e aos vigias esta ordem:

[7] “Não fornecereis mais, como dantes, a palha ao povo para fazer os tijolos: irão eles mesmos procurá-la.

[8] Entretanto, exigi deles a mesma quantidade de tijolos que antes, sem nada diminuir. São uns preguiçosos. É por isso que clamam: queremos ir oferecer sacrifícios ao nosso Deus.

[9] Que sejam sobrecarregados de trabalhos; ocupem-se eles de suas tarefas e não deem ouvidos às mentiras que se lhes contam!”.

[10] Os inspetores e os vigias do povo foram dizer-lhes:

[11] “O faraó manda-vos dizer que já não vos fornecerá palha; e que vós mesmos devereis procurá-la onde houver, mas nada se diminuirá de vosso trabalho”.

[12] Espalhou-se, pois, o povo por todo o Egito para ajuntar restolho e transformá-lo em palha.

[13] Os inspetores instavam com eles, dizendo: “Aprontai vossa tarefa diária, como quando se vos fornecia palha”.

[14] Açoitavam até os vigias israelitas que os inspetores do faraó tinham estabelecido sobre eles. Diziam-lhes: “Por que não terminastes, ontem e hoje, como antes, o que se vos havia fixado de tijolos a fazer?”.

[15] Os vigias israelitas foram queixar-se ao faraó: “Por que – perguntaram eles – procedes desse modo com os teus servos?

nostro: ne forte accidat nobis pestis aut gladius.

[4]Ait ad eos rex Ægypti: Quare Moyses et Aaron sollicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra.

[5]Dixitque Pharao: Multus est populus terræ: videtis quod turba succreverit: quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus?

[6]Præcepit ergo in die illo præfectis operum et exactoribus populi, dicens:

[7]Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi vadant, et colligant stipulas.

[8]Et mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quidquam: vacant enim, et idcirco vociferantur, dicentes: Eamus, et sacrificemus Deo nostro.

[9]Opprimantur operibus, et expleant ea: ut non acquiescant verbis mendacibus.

[10]Igitur egressi præfecti operum et exactores ad populum, dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas:

[11]ite, et colligite sicubi invenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere vestro.

[12]Dispersusque est populus per omnem terram Ægypti ad colligendas paleas.

[13]Præfecti quoque operum instabant, dicentes: Complete opus vestrum quotidie, ut prius facere solebatis quando dabantur vobis paleæ.

[14]Flagellatique sunt qui præerant operibus filiorum Israël, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus: Quare non impletis mensuram laterum sicut prius, nec heri, nec hodie?

[15]Veneruntque præpositi filiorum Israël, et vociferati sunt ad Pharaonem dicentes: Cur ita agis contra servos tuos?

[16]paleæ non dantur nobis, et lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, et injuste agitur contra populum tuum.

[17]Qui ait: Vacatis otio, et idcirco dicitis: Eamus, et sacrificemus Domino.

[16] Não se nos fornece mais a palha e se nos diz: fazei tijolos. E chegam até a nos açoitar (como se) teu povo estivesse em falta”.

[17] O faraó respondeu: “Vós sois uns preguiçosos, sim, uns preguiçosos! É por isso que dizeis: queremos ir oferecer sacrifícios ao Senhor.

[18] E agora, ao trabalho! Não se vos fornecerá a palha, mas deveis entregar a mesma quantidade de tijolos”.

[19] Os vigias israelitas, aos quais diziam: “Nada diminuireis da entrega diária de tijolos”, viram-se em um cruel embaraço.

[20] Saindo da casa do faraó, encontraram Moisés e Aarão que os esperavam.

[21] Disseram-lhes: “Que o Senhor vos veja e vos julgue, vós, que atraístes sobre nós a aversão do faraó e de sua gente, e pusestes em suas mãos a espada para nos matar”.

[22] Moisés voltou-se de novo para o Senhor: “Ó Senhor – disse-lhe ele – por que fizestes mal a este povo? Por que me enviastes?

[23] Desde que fui falar ao faraó em vosso nome, ele maltrata o povo, e vós não o livrastes de maneira alguma”.

[18]Ite ergo, et operamini: paleæ non dabuntur vobis, et reddetis consuetum numerum laterum.

[19]Videbantque se præpositi filiorum Israël in malo, eo quod diceretur eis: Non minuetur quidquam de lateribus per singulos dies.

[20]Occurreruntque Moysi et Aaron, qui stabant ex adverso, egredientibus a Pharaone:

[21]et dixerunt ad eos: Videat Dominus et judicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et servis ejus, et præbuistis ei gladium, ut occideret nos.

[22]Reversusque est Moyses ad Dominum, et ait: Domine, cur afflixisti populum istum? quare misisti me?

[23]ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem ut loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum: et non liberasti eos.

## Êxodo 6

[1] O Senhor respondeu: “Verás o que vou fazer ao faraó: forçado por mão poderosa, ele os deixará partir; forçado por mão poderosa, ele os expulsará de sua terra”.

[2] Deus disse a Moisés: “Eu sou o Senhor.

[3] Apareci a Abraão, a Isaac e a Jacó como o Deus Todo-poderoso, mas não me dei a conhecer a eles pelo meu nome, Javé.

[4] Eu me comprometi com eles a lhes dar a terra de Canaã, a terra onde levaram uma vida errante e habitaram como estrangeiros.

[5] Ouvi o clamor dos israelitas oprimidos pelos egípcios, e lembrei-me de minha aliança.

[6] Por isso, dize aos israelitas: Eu sou o Senhor; vou libertar-vos do jugo dos egípcios e livrar-vos de sua servidão.

## Exodus 6

[1]Dixitque Dominus ad Moysen: Nunc videbis quæ facturus sim Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, et in manu robusta ejiciet illos de terra sua.

[2]Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Ego Dominus

[3]qui apparui Abraham, Isaac et Jacob in Deo omnipotente: et nomen meum Adonai non indicavi eis.

[4]Pepigique fœdus cum eis, ut darem eis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt advenæ.

[5]Ego audivi gemitum filiorum Israël, quo Ægyptii oppresserunt eos: et recordatus sum pacti mei.

[6]Ideo dic filiis Israël: Ego Dominus qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, et

Estenderei o braço para essa libertação e manifestarei uma terrível justiça.

[7] Eu vos tomarei para meu povo e serei o vosso Deus, e sabereis que eu sou o Senhor, vosso Deus, que vos terei libertado do jugo dos egípcios.

[8] Eu vos introduzirei na terra que jurei dar a Abraão, a Isaac e a Jacó: e vos darei a possessão dessa terra, eu, o Senhor".

[9] Moisés repetiu essas palavras aos israelitas, mas estes não o ouviram, tão grande era o abatimento de sua alma e penosa a sua servidão.

[10] O Senhor disse então a Moisés:

[11] "Vai pedir ao faraó, rei do Egito, que deixe sair de sua terra os israelitas".

[12] Moisés respondeu ao Senhor: "Os israelitas não me ouviram; como me ouvirá o faraó, a mim que não tenho o dom da palavra?".

[13] O Senhor falou a Moisés e a Aarão, e deu-lhes a ordem de irem ter com o faraó, rei do Egito, a fim de tirarem da terra do Egito os filhos de Israel.

[14] Eis os chefes das famílias dos israelitas: filhos de Rúben, primogênito de Israel: Henoc, Falu, Hesron e Carmi. Estas são as famílias de Rúben.

[15] Filhos de Simeão: Jamuel, Jamin, Aod, Jaquin, Soar e Saul, filho da cananeia. Estas são as famílias de Simeão.

[16] Eis os nomes dos filhos de Levi, por ordem de gerações: Gérson, Caat e Merari. A duração da vida de Levi foi de cento e trinta e sete anos.

[17] Filhos de Gérson: Lobni e Semei, e suas famílias.

[18] Filhos de Caat: Amram, Isaar, Hebron e Oziel. A duração de vida de Caat foi de cento e trinta e três anos.

[19] Filhos de Merari: Mooli e Musi. Tais são as famílias de Levi por ordem de gerações.

[20] Amram desposou Jocabed, sua tia, que lhe deu Aarão e Moisés. A duração de vida de Amram foi de cento e trinta e sete anos.

eruam de servitute, ac redimam in brachio excelso et judiciis magnis.

[7]Et assumam vos mihi in populum, et ero vester Deus: et scietis quod ego sum Dominus Deus vester qui eduxerim vos de ergastulo Ægyptiorum,

[8]et induxerim in terram, super quam levavi manum meam ut darem eam Abraham, Isaac et Jacob: daboque illam vobis possidendam. Ego Dominus.

[9]Narravit ergo Moyses omnia filiis Israël: qui non acquieverunt ei propter angustiam spiritus, et opus durissimum.

[10]Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

[11]Ingredere, et loquere ad Pharaonem regem Ægypti, ut dimittat filios Israël de terra sua.

[12]Respondit Moyses coram Domino: Ecce filii Israël non audiunt me: et quomodo audiet Pharao, præsertim cum incircumcisus sim labiis?

[13]Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, et dedit mandatum ad filios Israël, et ad Pharaonem regem Ægypti ut educerent filios Israël de terra Ægypti.

[14]Isti sunt principes domorum per familias suas. Filii Ruben primogeniti Israëlis: Henoch et Phallu, Hesron et Charmi:

[15]hæ cognationes Ruben. Filii Simeon: Jamuel, et Jamin, et Ahod, et Jachin, et Soar, et Saul filius Chananitidis: hæ progenies Simeon.

[16]Et hæc nomina filiorum Levi per cognationes suas: Gerson, et Caath, et Merari. Anni autem vitæ Levi fuerunt centum triginta septem.

[17]Filii Gerson: Lobni et Semei, per cognationes suas.

[18]Filii Caath: Amram, et Isaar, et Hebron, et Oziel; anni quoque vitæ Caath, centum triginta tres.

[19]Filii Merari: Moholi et Musi: hæ cognationes Levi per familias suas.

[20]Accepit autem Amram uxorem Jochabed patruelem suam: quæ peperit ei Aaron et

[21] Filhos de Isaar: Coré, Nefeg e Zecri.

[22] Filhos de Oziel: Misael, Elisafã e Setri.

[23] Aarão desposou Isabel, filha de Aminadab, irmã de Naasson; ela lhe deu Nadab, Abiú, Eleazar e Itamar.

[24] Filhos de Coré: Aser, Elcana e Abiasaf; estas são as famílias dos coreítas.

[25] Eleazar, filho de Aarão, desposou uma das filhas de Futiel, que lhe deu Fineias. Tais são os chefes das famílias dos levitas, com suas famílias.

[26] Estes são Aarão e Moisés, a quem o Senhor disse: "Fazei sair do Egito os israelitas, segundo os seus exércitos".

[27] Foram eles que falaram ao faraó, rei do Egito, para tirar do Egito os israelitas. São estes Moisés e Aarão.

[28] Quando o Senhor falou a Moisés no Egito,

[29] ele o fez nestes termos: "Eu sou o Senhor. Repete ao faraó, rei do Egito, tudo o que te digo".

[30] E Moisés respondeu-lhe: "Eu não tenho o dom da palavra; como me ouvirá o faraó?".

Moysen. Fueruntque anni vitæ Amram, centum triginta septem.

[21]Filii quoque Isaar: Core, et Nepheg, et Zechri.

[22]Filii quoque Oziel: Misaël, et Elisaphan, et Sethri.

[23]Accepit autem Aaron uxorem Elisabeth filiam Aminadab, sororem Nahason, quæ peperit ei Nadab, et Abiu, et Eleazar, et Ithamar.

[24]Filii quoque Core: Aser, et Elcana, et Abiasaph: hæ sunt cognationes Coritarum.

[25]At vero Eleazar filius Aaron accepit uxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. Hi sunt principes familiarum Leviticarum per cognationes suas.

[26]Iste est Aaron et Moyses, quibus præcepit Dominus ut educerent filios Israël de terra Ægypti per turmas suas.

[27]Hi sunt, qui loquuntur ad Pharaonem regem Ægypti, ut educant filios Israël de Ægypto: iste est Moyses et Aaron,

[28]in die qua locutus est Dominus ad Moysen, in terra Ægypti.

[29]Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regem Ægypti, omnia quæ ego loquor tibi.

[30]Et ait Moyses coram Domino: En incircumcisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao?

## Êxodo 7

[1] O Senhor disse a Moisés: "Vê, eu vou fazer de ti um deus para o faraó, e teu irmão Aarão será teu profeta.

[2] Dirás tudo o que eu te mandar, e teu irmão Aarão falará ao rei para que ele deixe sair de sua terra os israelitas.

[3] Mas eu endurecerei o coração do faraó, e multiplicarei meus sinais e meus prodígios no Egito.

[4] Ele não vos ouvirá. Então estenderei minha mão sobre o Egito e farei sair dele os

## Exodus 7

[1]Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce constitui te Deum Pharaonis: et Aaron frater tuus erit propheta tuus.

[2]Tu loqueris ei omnia quæ mando tibi: et ille loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israël de terra sua.

[3]Sed ego indurabo cor ejus, et multiplicabo signa et ostenta mea in terra Ægypti,

[4]et non audiet vos: immittamque manum meam super Ægyptum, et educam exercitum et populum meum filios Israël de terra Ægypti per judicia maxima.

meus exércitos, meu povo, os israelitas, com uma grandiosa manifestação de justiça.

5 Os egípcios saberão que eu sou o Senhor, quando eu estender a mão sobre o Egito e fizer sair dele os israelitas".

6 Moisés e Aarão fizeram o que o Senhor tinha ordenado, e obedeceram.

7 Moisés tinha oitenta anos e Aarão oitenta e três, quando falaram ao faraó.

8 O Senhor disse a Moisés e a Aarão:

9 "Se o faraó vos pedir um prodígio, tu dirás a Aarão: toma tua vara e joga-a diante do faraó; ela se tornará uma serpente".

10 Tendo Moisés e Aarão chegado à presença do faraó, fizeram o que o Senhor tinha ordenado. Aarão jogou sua vara diante do rei e de sua gente, e ela se tornou uma serpente.

11 Mas o faraó, mandando vir os sábios, os encantadores e os mágicos, estes fizeram o mesmo com os seus encantamentos:

12 jogaram cada um suas varas, que se transformaram em serpentes. Mas a vara de Aarão engoliu as deles.

13 Entretanto, como o Senhor o havia anunciado, endureceu-se o coração do faraó e ele não quis ouvi-los.

14 O Senhor disse a Moisés: "O faraó endureceu o coração: ele se obstina em não querer deixar partir o povo.

15 Vai procurá-lo amanhã cedo, no momento em que ele sair para ir à margem do rio; os esperarão à beira do Nilo, tomarás na mão a vara que se mudou em serpente,

16 e lhes dirás: O Senhor, o Deus dos hebreus, mandou-me a ti para dizer-te: Deixa ir o meu povo, para que me preste culto no deserto. Até agora não me escutaste.

17 Eis o que diz o Senhor: nisto reconhecerás que eu sou o Senhor: vou ferir as águas do Nilo com a vara que tenho na mão e elas se mudarão em sangue.

5Et scient Ægyptii quia ego sum Dominus qui extenderim manum meam super Ægyptum, et eduxerim filios Israël de medio eorum.

6Fecit itaque Moyses et Aaron sicut præceperat Dominus: ita egerunt.

[18] Por isso, Deus fez com que o povo desse uma volta pelo deserto, para o lado do mar Vermelho. Os israelitas partiram do Egito em boa ordem.

[19] Moisés levou os ossos de José, porque este fizera os filhos de Israel jurarem: "Quando Deus vos visitar, levareis daqui os meus ossos convosco".

[20] Tendo partido de Sucot, acamparam em Etam, na extremidade do deserto.

[21] O Senhor ia adiante deles: de dia numa coluna de nuvens para guiá-los pelo caminho; e de noite numa coluna de fogo para alumiá-los; de sorte que podiam marchar de dia e de noite.

[22] Nunca a coluna de nuvens deixou de preceder o povo durante o dia, nem a coluna de fogo durante a noite.

[13]Primogenitum asini mutabis ove: quod si non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.

[14]Cumque interrogaverit te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti, de domo servitutis.

[15]Nam cum induratus esset Pharao, et nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, a primogenito hominis usque ad primogenitum jumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexus, et omnia primogenita filiorum meorum redimo.

[16]Erit igitur quasi signum in manu tua, et quasi appensum quid, ob recordationem, inter oculos tuos: eo quod in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.

[17]Igitur cum emisisset Pharao populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philisthiim quæ vicina est: reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset adversum se bella consurgere, et reverteretur in Ægyptum.

[18]Sed circumduxit per viam deserti, quæ est juxta mare Rubrum: et armati ascenderunt filii Israël de terra Ægypti.

[19]Tulit quoque Moyses ossa Joseph secum: eo quod adjurasset filios Israël, dicens: Visitabit vos Deus; efferte ossa mea hinc vobiscum.

[20]Profectique de Socoth castrametati sunt in Etham, in extremis finibus solitudinis.

[21]Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis: ut dux esset itineris utroque tempore.

[22]Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

## Êxodo 14

[1] O Senhor disse a Moisés:

[2] “Dize aos israelitas que mudem de direção e venham acampar diante de Piairot, entre Magdol e o mar, defronte de Baal Sefon: acampareis defronte desse lugar, perto do mar.

[3] O faraó vai pensar: os israelitas perderam-se no país, e o deserto fechou-lhes a passagem.

[4] Endurecerei o coração do faraó, e ele os perseguirá; mas eu triunfarei gloriosamente sobre o faraó e sobre todo o seu exército, e os egípcios saberão que eu sou o Senhor”. Os israelitas obedeceram.

[5] Quando se anunciou ao rei do Egito que o povo tinha fugido, o coração do faraó e de seus servos voltou-se contra o povo: “Que fizemos – disseram eles – deixando partir Israel e renunciando assim ao seu serviço!”.

[6] O faraó mandou preparar seu carro e levou com ele suas tropas.

[7] Escolheu seiscentos carros dos melhores e todos os carros egípcios com homens de guerra em cada um deles.

[8] O Senhor endureceu o coração do faraó, rei do Egito, e este se pôs a perseguir os filhos de Israel. Eles haviam partido de cabeça erguida.

[9] Puseram-se os egípcios a persegui-los e alcançaram-nos em seu acampamento à beira do mar: todos os cavalos dos carros do faraó, seus cavaleiros e seu exército alcançaram-nos perto de Piairot, defronte de Baal Sefon.

[10] Aproximando-se o faraó, os israelitas, ao levantarem os olhos, viram os egípcios que vinham ao seu encalço. Foram tomados de espanto e invocaram o Senhor, clamando em alta voz.

[11] E disseram a Moisés: “Não havia, porventura, túmulos no Egito, para que nos conduzisses a morrer no deserto? Por que nos fizeste isso, tirando-nos do Egito?

## Exodus 14

[1]Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens:

[2]Loquere filiis Israël: Reversi castrametentur e regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum et mare contra Beelsephon: in conspectu ejus castra ponetis super mare.

[3]Dicturusque est Pharao super filiis Israël: Coarctati sunt in terra; conclusit eos desertum.

[4]Et indurabo cor ejus, ac persequetur vos: et glorificabor in Pharaone, et in omni exercitu ejus; scientque Ægyptii quia ego sum Dominus. Feceruntque ita.

[5]Et nuntiatum est regi Ægyptiorum quod fugisset populus: immutatumque est cor Pharaonis et servorum ejus super populo, et dixerunt: Quid voluimus facere ut dimitteremus Israël, ne serviret nobis?

[6]Junxit ergo currum, et omnem populum suum assumpsit secum.

[7]Tulitque sexcentos currus electos, et quidquid in Ægypto curruum fuit: et duces totius exercitus.

[8]Induravitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, et persecutus est filios Israël: at illi egressi sunt in manu excelsa.

[9]Cumque persequerentur Ægyptii vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare: omnis equitatus et currus Pharaonis, et universus exercitus, erant in Phihahiroth contra Beelsephon.

[10]Cumque appropinquasset Pharao, levantes filii Israël oculos, viderunt Ægyptios post se, et timuerunt valde: clamaveruntque ad Dominum,

[11]et dixerunt ad Moysen: Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos ut moreremur in solitudine: quid hoc facere voluisti, ut educeres nos ex Ægypto?

[12]nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede a nobis, ut serviamus Ægyptiis? multo enim melius erat servire eis, quam mori in solitudine.

[12] Não te dizíamos no Egito: deixa-nos servir os egípcios! É melhor ser escravos dos egípcios do que morrer no deserto".

[13] Moisés respondeu ao povo: "Não temais! Tende ânimo, e vereis a libertação que o Senhor vai operar hoje em vosso favor. Os egípcios que hoje vedes, não os tornareis a ver jamais.

[14] O Senhor combaterá por vós; quanto a vós, nada tereis a fazer".

[15] O Senhor disse a Moisés: "Por que clamas a mim? Dize aos filhos de Israel que se ponham a caminho.

[16] E tu, levanta a tua vara, estende a mão sobre o mar e fere-o, para que os israelitas possam atravessá-lo a pé enxuto.

[17] Vou endurecer o coração dos egípcios, para que se ponham ao teu encalço, e triunfarei gloriosamente sobre o faraó e sobre todo o seu exército, seus carros e seus cavaleiros.

[18] Os egípcios saberão que eu sou o Senhor quando tiver alcançado esse glorioso triunfo sobre o faraó, seus carros e seus cavaleiros".

[19] O anjo de Deus, que marchava à frente do exército dos israelitas, mudou de lugar e passou para trás; a coluna de nuvens que os precedia pôs-se detrás deles,

[20] entre o acampamento dos egípcios e o de Israel. Era obscura, e alumiava a noite. E não puderam aproximar-se um do outro, durante a noite inteira.

[21] Moisés estendeu a mão sobre o mar. O Senhor fê-lo recuar com um vento impetuoso vindo do oriente, que soprou toda a noite. E pôs o mar a seco. As águas dividiram-se

[22] e os israelitas desceram a pé enxuto no meio do mar, enquanto as águas formavam uma muralha à direita e à esquerda.

[23] Os egípcios os perseguiram: todos os cavalos do faraó, seus carros e seus cavaleiros internaram-se após eles no leito do mar.

[13]Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: state, et videte magnalia Domini quæ facturus est hodie: Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis usque in sempiternum.

[14]Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis.

[15]Dixitque Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? loquere filiis Israël ut proficiscantur.

[16]Tu autem eleva virgam tuam, et extende manum tuam super mare, et divide illud: ut gradiantur filii Israël in medio mari per siccum.

[17]Ego autem indurabo cor Ægyptiorum ut persequantur vos: et glorificabor in Pharaone, et in omni exercitu ejus, et in curribus et in equitibus illius.

[18]Et scient Ægyptii quia ego sum Dominus cum glorificatus fuero in Pharaone, et in curribus atque in equitibus ejus.

[19]Tollensque se angelus Dei, qui præcedebat castra Israël, abiit post eos: et cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum

[20]stetit, inter castra Ægyptiorum et castra Israël: et erat nubes tenebrosa, et illuminans noctem, ita ut ad se invicem toto noctis tempore accedere non valerent.

[21]Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi et urente tota nocte, et vertit in siccum: divisaque est aqua.

[22]Et ingressi sunt filii Israël per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus a dextra eorum et læva.

[23]Persequentesque Ægyptii ingressi sunt post eos, et omnis equitatus Pharaonis, currus ejus et equites per medium maris.

[24]Jamque advenerat vigilia matutina, et ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis et nubis, interfecit exercitum eorum,

[25]et subvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo

[24] À vigília da manhã, o Senhor, do alto da coluna de fogo e da de nuvens, olhou para o acampamento dos egípcios e semeou o pânico no meio deles.

[25] Embaraçou-lhes as rodas dos carros de tal sorte que, só dificilmente, conseguiam avançar. Disseram então os egípcios: "Fujamos diante de Israel, porque o Senhor combate por eles contra o Egito".

[26] O Senhor disse a Moisés: "Estende tua mão sobre o mar, e as águas se voltarão sobre os egípcios, seus carros e seus cavaleiros".

[27] Moisés estendeu a mão sobre o mar, e este, ao romper da manhã, voltou ao seu nível habitual. Os egípcios que fugiam foram de encontro a ele, e o Senhor derribou os egípcios no meio do mar.

[28] As águas voltaram e cobriram os carros, os cavaleiros e todo o exército do faraó que havia descido no mar ao encalço dos israelitas. Não ficou um sequer.

[29] Mas os israelitas tinham andado a pé enxuto no leito do mar, enquanto as águas formavam uma muralha à direita e à esquerda.

[30] Foi assim que naquele dia o Senhor livrou Israel da mão dos egípcios. E Israel viu os cadáveres dos egípcios na praia do mar.

[31] Viu Israel o grande poder que o Senhor tinha exercido contra os egípcios. Por isso, o povo temeu o Senhor e confiou nele e em seu servo Moisés.

Ægyptii: Fugiamus Israëlem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

[26]Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios super currus et equites eorum.

[27]Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reversum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, et involvit eos Dominus in mediis fluctibus.

[28]Reversæque sunt aquæ, et operuerunt currus et equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec unus quidem superfuit ex eis.

[29]Filii autem Israël perrexerunt per medium sicci maris, et aquæ eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris:

[30]liberavitque Dominus in die illa Israël de manu Ægyptiorum.

[31]Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, et manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, et crediderunt Domino, et Moysi servo ejus.

## Êxodo 15

[1] Então Moisés e os israelitas entoaram em honra do Senhor o seguinte cântico: "Cantarei ao Senhor, porque ele manifestou sua glória. Precipitou no mar cavalos e cavaleiros.

[2] O Senhor é a minha força e o objeto do meu cântico; foi ele quem me salvou. Ele é o meu Deus – eu o celebrarei; o Deus de meu pai – eu o exaltarei.

[3] O Senhor é o herói dos combates, seu nome é Javé.

## Exodus 15

[1]Tunc cecinit Moyses et filii Israël carmen hoc Domino, et dixerunt: Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem dejecit in mare.

[2]Fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem: iste Deus meus, et glorificabo eum: Deus patris mei, et exaltabo eum.

[3]Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomen ejus,

[4] Lançou no mar os carros do faraó e o seu exército; a elite de seus combatentes afogou-se no mar Vermelho;

[5] o abismo os cobriu; afundaram-se nas águas como pedra.

[6] A vossa (mão) direita, ó Senhor, manifestou sua força. Vossa direita aniquilou o inimigo.

[7] Por vossa soberana majestade derrotais vossos adversários; desencadeais vossa cólera, e ela os consome como palha.

[8] Ao sopro de vosso furor amontoaram-se as águas; levantaram-se as ondas como muralha, solidificaram-se as vagas no coração do mar.

[9] Dizia o inimigo: perseguirei, alcançarei, repartirei o despojo, satisfarei meu desejo de vingança, desembainharei a espada, minha mão os destruirá.

[10] Ao sopro de vosso hálito o mar os sepultou; submergiram como chumbo na vastidão das águas.

[11] Quem entre os deuses é semelhante a vós, Senhor? Quem é semelhante a vós, glorioso por vossa santidade, temível por vossos feitos dignos de louvor, e que operais prodígios?

[12] Apenas estendestes a mão, e a terra os tragou.

[13] Conduzistes com bondade esse povo, que libertastes; e com vosso poder o guiastes à vossa morada santa.

[14] Ao ouvir isso, estremeceram os povos. Um pavor imenso apoderou-se dos filisteus;

[15] os chefes de Edom ficaram aterrados; a angústia tomou conta dos valentes de Moab; tremeram de medo todos os habitantes de Canaã.

[16] Caíram sobre eles o terror e a angústia, o poder do vosso braço os petrificou, até que tivesse passado o vosso povo, Senhor, até que tivesse passado o povo que adquiristes para vós.

[17] Vós o conduzireis e o plantareis na montanha que vos pertence, no lugar que preparastes para vossa habitação, Senhor,

[4]currus Pharaonis et exercitum ejus projecit in mare: electi principes ejus submersi sunt in mari Rubro.

[5]Abyssi operuerunt eos; descenderunt in profundum quasi lapis.

[6]Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine: dextera tua, Domine, percussit inimicum.

[7]Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos: misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam.

[8]Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ: stetit unda fluens, congregata sunt abyssi in medio mari.

[9]Dixit inimicus: Persequar et comprehendam, dividam spolia, implebitur anima mea: evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

[10]Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

[11]Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

[12]Extendisti manum tuam, et devoravit eos terra.

[13]Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: et portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.

[14]Ascenderunt populi, et irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

[15]Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

[16]Irruat super eos formido et pavor, in magnitudine brachii tui: fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus, Domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

[17]Introduces eos, et plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es, Domine: sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ.

no santuário, Senhor, que vossas mãos fundaram.

[18] O Senhor é rei para sempre, sem fim!".

[19] Os cavalos do faraó, com efeito, entraram no mar com seus carros e seus cavaleiros, e o Senhor os envolveu nas águas, enquanto os israelitas passaram a pé enxuto o leito do mar.

[20] A profetisa Maria, irmã de Aarão, tomou seu tamborim na mão, e todas as mulheres seguiram-na dançando com tamborins.

[21] Maria as acompanhava entoando: "Cantai ao Senhor, porque fez brilhar a sua glória, precipitou no mar cavalos e cavaleiros!".

[22] Moisés fez partir os israelitas do mar Vermelho e os dirigiu para o deserto de Sur. Caminharam três dias no deserto, sem encontrar água.

[23] Chegaram a Mara, onde não puderam beber de sua água, porque era amarga, de onde o nome de Mara que deram a esse lugar.

[24] Então o povo murmurou contra Moisés: "Que havemos de beber?".

[25] Moisés clamou ao Senhor, e o Senhor indicou-lhe um madeiro que ele jogou na água. E esta tornou-se doce. Foi nesse lugar que o Senhor deu ao povo preceitos e leis, e ali o provou.

[26] Disse-lhe: "Se ouvires a voz do Senhor, teu Deus, e fizeres o que é reto aos seus olhos, se inclinares os ouvidos às suas ordens e observares todas as suas leis, não mandarei sobre ti nenhum dos males com que acabrunhei o Egito, porque eu sou o Senhor que te cura".

[27] E chegaram a Elim, onde havia doze fontes de água e setenta palmeiras; e ali acamparam junto das águas.

## Êxodo 16

[1] Toda a assembleia dos israelitas partiu de Elim e foi para o deserto de Sin, situado entre Elim e o Sinai. Era o décimo quinto dia do segundo mês após sua saída do Egito.

[18]Dominus regnabit in æternum et ultra.

[19]Ingressus est enim eques Pharao cum curribus et equitibus ejus in mare: et reduxit super eos Dominus aquas maris: filii autem Israël ambulaverunt per siccum in medio ejus.

[20]Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis et choris,

[21]quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem ejus dejecit in mare.

[22]Tulit autem Moyses Israël de mari Rubro, et egressi sunt in desertum Sur: ambulaveruntque tribus diebus per solitudinem, et non inveniebant aquam.

[23]Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ: unde et congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est, amaritudinem.

[24]Et murmuravit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus?

[25]At ille clamavit ad Dominum, qui ostendit ei lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt: ibi constituit ei præcepta, atque judicia, et ibi tentavit eum,

[26]dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, et quod rectum est coram eo feceris, et obedieris mandatis ejus, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te: ego enim Dominus sanator tuus.

[27]Venerunt autem in Elim filii Israël, ubi erant duodecim fontes aquarum, et septuaginta palmæ: et castrametati sunt juxta aquas.

## Exodus 16

[1]Profectique sunt de Elim, et venit omnis multitudo filiorum Israël in desertum Sin, quod est inter Elim et Sinai, quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti.

[2] Toda a assembleia dos israelitas pôs-se a murmurar contra Moisés e Aarão no deserto.

[3] Disseram-lhes: “Oxalá tivéssemos sido mortos pela mão do Senhor no Egito, quando nos assentávamos diante das panelas de carne e tínhamos pão em abundância! Vós nos conduzistes a este deserto, para matardes de fome toda esta multidão”.

[4] O Senhor disse a Moisés: “Vou fazer chover pão do alto do céu. Sairá o povo e colherá diariamente a porção de cada dia. Eu o porei desse modo à prova, para ver se andará ou não segundo minhas ordens.

[5] No sexto dia, quando prepararem o que tiverem ajuntado haverá o dobro do que recolhem cada dia”.

[6] Moisés e Aarão disseram a todos os israelitas: “Esta tarde, sabereis que foi o Senhor quem vos tirou do Egito,

[7] e amanhã pela manhã vereis a sua glória, porque ele ouviu as vossas murmurações contra ele. Nós, porém, quem somos para que murmureis contra nós?”.

[8] Moisés disse: “Isso acontecerá quando o Senhor vos der, esta tarde, carne para comerdes e, amanhã pela manhã, pão em abundância, porque ele ouviu as murmurações que proferistes contra ele. Nós, porém, quem somos? Não é contra nós que murmurastes, mas contra o Senhor”.

[9] Moisés disse a Aarão: “Dize a toda a assembleia dos israelitas: apresentai-vos diante do Senhor, porque ele ouviu vossas murmurações”.

[10] Enquanto Aarão falava a toda a assembleia dos israelitas, olharam para o deserto e eis que apareceu na nuvem a glória do Senhor!

[11] E o Senhor disse a Moisés:

[12] “Ouvi as murmurações dos israelitas. Dize-lhes: Esta tarde, antes que escureça, comereis carne e, amanhã de manhã, vos fartareis de pão; e sabereis que sou o Senhor, vosso Deus”.

[2]Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israël contra Moysen et Aaron in solitudine.

[3]Dixeruntque filii Israël ad eos: Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, et comedebamus panem in saturitate: cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame?

[4]Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, et colligat quæ sufficiunt per singulos dies: ut tentem eum utrum ambulet in lege mea, an non.

[5]Die autem sexto parent quod inferant: et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies.

[6]Dixeruntque Moyses et Aaron ad omnes filios Israël: Vespere scietis quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti,

[7]et mane videbitis gloriam Domini: audivit enim murmur vestrum contra Dominum: nos vero quid sumus, quia mussitastis contra nos?

[8]Et ait Moyses: Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, et mane panes in saturitate: eo quod audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis contra eum: nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.

[9]Dixit quoque Moyses ad Aaron: Dic universæ congregationi filiorum Israël: Accedite coram Domino: audivit enim murmur vestrum.

[10]Cumque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israël, respexerunt ad solitudinem: et ecce gloria Domini apparuit in nube.

[11]Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens:

[12]Audivi murmurationes filiorum Israël. Loquere ad eos: Vespere comedetis carnes, et mane saturabimini panibus: scietisque quod ego sum Dominus Deus vester.

[13] À tarde, com efeito, subiram codornizes (do horizonte) e cobriram o acampamento; e, no dia seguinte pela manhã, havia uma camada de orvalho em torno de todo o acampamento.

[14] E, tendo evaporado esse orvalho, eis que sobre a superfície do deserto estava uma coisa miúda, granulosa, miúda como a geada sobre a terra!

[15] Vendo isso, disseram os filhos de Israel uns aos outros: "Que é isso?", pois não sabiam o que era. Moisés disse-lhes: "Este é o pão que o Senhor vos manda para comer.

[16] Eis que vos ordena o Senhor: Ajunte cada um o quanto lhe for necessário para comer; para aqueles que estão em sua tenda, um gomor por cabeça, segundo o número das pessoas".

[17] Assim fizeram os israelitas: ajuntaram uns mais, outros menos.

[18] Mas, quando se media com o gomor, aconteceu que o que tinha ajuntado muito não tinha demais e, ao que tinha ajuntado pouco, não lhe faltava: cada um havia recolhido segundo a sua necessidade.

[19] Moisés disse-lhes: "Ninguém reserve dele para o dia seguinte".

[20] Alguns não o ouviram e guardaram dele até pela manhã; mas criou vermes e cheirou mal. Moisés irritou-se contra eles.

[21] Todas as manhãs fizeram a sua provisão, cada um segundo suas necessidades. E, quando vinha o calor do sol, derretia-se.

[22] No sexto dia, recolheram uma dupla quantidade de alimento, dois gomores para cada um. Vieram todos os chefes da assembleia e contaram-no a Moisés.

[23] Este lhes disse: "É isso o que o Senhor ordenou. Amanhã é um dia de repouso, o sábado consagrado ao Senhor. Por isso, o que tendes a cozer no forno, cozei-o, e o que tendes a cozer em água, cozei-o; e o que sobrar, ponde-o de lado até pela manhã".

[24] Guardaram-no até o dia seguinte, segundo a ordem de Moisés; e não cheirou mal, nem se acharam vermes nele.

[13]Factum est ergo vespere, et ascendens coturnix, cooperuit castra: mane quoque ros jacuit per circuitum castrorum.

[14]Cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, et quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram.

[15]Quod cum vidissent filii Israël, dixerunt ad invicem: Manhu? quod significat: Quid est hoc? ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum.

[16]Hic est sermo, quem præcepit Dominus: Colligat unusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita, juxta numerum animarum vestrarum quæ habitant in tabernaculo sic tolletis.

[17]Feceruntque ita filii Israël: et collegerunt, alius plus, alius minus.

[18]Et mensi sunt ad mensuram gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus paraverat, reperit minus: sed singuli juxta id quod edere poterant, congregaverunt.

[19]Dixitque Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane.

[20]Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis usque mane, et scatere cœpit vermibus, atque computruit: et iratus est contra eos Moyses.

[21]Colligebant autem mane singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum: cumque incaluisset sol, liquefiebat.

[22]In die autem sexta collegerunt cibos duplices, id est, duo gomor per singulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, et narraverunt Moysi.

[23]Qui ait eis: Hoc est quod locutus est Dominus: Requies sabbati sanctificata est Domino cras: quodcumque operandum est, facite, et quæ coquenda sunt coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite usque in mane.

[24]Feceruntque ita ut præceperat Moyses, et non computruit, neque vermis inventus est in eo.

[25] “Comei-o hoje – disse Moisés – porque é o dia do sábado do Senhor; hoje não o achareis no campo.

[26] Durante seis dias o ajuntareis; mas o sétimo é o sábado: nele não haverá.

[27] (No sétimo dia alguns saíram para fazer sua provisão, mas nada encontraram.

[28] Então o Senhor disse a Moisés: ‘Até quando vos recusareis a observar meus mandamentos e minhas leis?’.)

[29] Considerai que, se o Senhor vos deu o sábado, vos dá ele no sexto dia alimento para dois dias. Fique cada um onde está, e ninguém saia de sua habitação no sétimo dia.”

[30] Assim o povo repousou no sétimo dia.

[31] Os israelitas deram a esse alimento o nome de maná. Assemelhava-se à semente de coentro: era branco e tinha o sabor de uma torta de mel.

[32] Moisés disse: “Eis o que ordena o Senhor: que se encha dele um gomor para ser conservado para vossas gerações futuras, a fim de que vejam o pão com que vos sustentei no deserto, depois de vos ter tirado do Egito”.

[33] E Moisés disse a Aarão: “Toma uma vasilha e põe nela a quantia de um gomor de maná, e deposita-o diante do Senhor, a fim de conservá-lo para vossos descendentes”.

[34] Aarão, segundo a ordem do Senhor a Moisés, depositou-o diante do Testemunho para ser conservado.

[35] Os israelitas comeram o maná durante quarenta anos, até a sua chegada a uma terra habitada. Comeram o maná até que chegaram aos confins da terra de Canaã.

[36] (O gomor é a décima parte do efá.)

## Êxodo 17

[1] Segundo uma ordem do Senhor, toda a assembleia dos israelitas partiu, por etapas, do deserto de Sin. Acamparam em Rafidim, onde não havia água para o povo beber.

[25]Dixitque Moyses: Comedite illud hodie, quia sabbatum est Domini: non invenietur hodie in agro.

[26]Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatum est Domini, idcirco non invenietur.

[27]Venitque septima dies: et egressi de populo ut colligerent, non invenerunt.

[28]Dixit autem Dominus ad Moysen: Usquequo non vultis custodire mandata mea et legem meam?

[29]videte quod Dominus dederit vobis sabbatum, et propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat unusquisque apud semetipsum; nullus egrediatur de loco suo die septimo.

[30]Et sabbatizavit populus die septimo.

[31]Appellavitque domus Israël nomen ejus Man: quod erat quasi semen coriandri album, gustusque ejus quasi similæ cum melle.

[32]Dixit autem Moyses: Iste est sermo, quem præcepit Dominus: Imple gomor ex eo, et custodiatur in futuras retro generationes: ut noverint panem, quo alui vos in solitudine, quando educti estis de terra Ægypti.

[33]Dixitque Moyses ad Aaron: Sume vas unum, et mitte ibi man, quantum potest capere gomor, et repone coram Domino ad servandum in generationes vestras,

[34]sicut præcepit Dominus Moysi. Posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum.

[35]Filii autem Israël comederunt man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt, usquequo tangerent fines terræ Chanaan.

[36]Gomor autem decima pars est ephi.

## Exodus 17

[1]Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israël de deserto Sin per mansiones suas, juxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, ubi non erat aqua ad bibendum populo.

[2] E vieram então discutir com Moisés: "Dá-nos água para beber" – disseram eles. Moisés respondeu-lhes: "Por que procurais contendas comigo? Por que provocais o Senhor?".

[3] Entretanto, o povo que ali estava privado de água e devorado pela sede, murmurava contra Moisés: "Por que nos fizeste sair do Egito? Para nos fazer morrer de sede com nossos filhinhos e nossos rebanhos?".

[4] Então dirigiu Moisés esta prece ao Senhor: "Que farei a este povo? Mais um pouco e irão apedrejar-me".

[5] O Senhor respondeu a Moisés: "Passa adiante do povo, e leva contigo alguns dos anciãos de Israel; toma na mão tua vara, com que feriste o Nilo, e vai.

[6] Eis que estarei ali diante de ti. Sobre o rochedo do monte Horeb ferirás o rochedo e a água jorrará dele: assim o povo poderá beber". Isso fez Moisés em presença dos anciãos de Israel.

[7] Chamaram esse lugar Massa e Meriba, por causa da contenda que os israelitas tiveram com ele, e porque tinham provocado o Senhor, dizendo: "O Senhor está ou não no meio de nós?".

[8] Amalec veio atacar Israel em Rafidim.

[9] Moisés disse a Josué: "Escolhe-nos homens e vai combater Amalec. Amanhã estarei no alto da colina com a vara de Deus na mão".

[10] Josué obedeceu Moisés e foi combater Amalec, enquanto Moisés, Aarão e Hur subiam ao alto da colina.

[11] E, quando Moisés tinha a mão levantada, Israel vencia, mas logo que a abaixava, Amalec triunfava.

[12] Mas como se fatigassem os braços de Moisés, puseram-lhe uma pedra por baixo e ele assentou-se nela, enquanto Aarão e Hur lhe sustentavam as mãos de cada lado: suas mãos puderam assim conservar-se levantadas até o pôr do sol,

[13] e Josué derrotou Amalec e seu povo a fio da espada.

[2]Qui jurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam, ut bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid jurgamini contra me? cur tentatis Dominum?

[3]Sitivit ergo ibi populus præ aquæ penuria, et murmuravit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Ægypto, ut occideres nos, et liberos nostros, ac jumenta siti?

[4]Clamavit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum, et lapidabit me.

[5]Et ait Dominus ad Moysen: Antecede populum, et sume tecum de senioribus Israël: et virgam qua percussisti fluvium, tolle in manu tua, et vade.

[6]En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiesque petram, et exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israël:

[7]et vocavit nomen loci illius, Tentatio, propter jurgium filiorum Israël, et quia tentaverunt Dominum, dicentes: Estne Dominus in nobis, an non?

[8]Venit autem Amalec, et pugnabat contra Israël in Raphidim.

[9]Dixitque Moyses ad Josue: Elige viros: et egressus, pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.

[10]Fecit Josue ut locutus erat Moyses, et pugnavit contra Amalec: Moyses autem et Aaron et Hur ascenderunt super verticem collis.

[11]Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israël: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.

[12]Manus autem Moysi erant graves: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem et Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum est ut manus illius non lassarentur usque ad occasum solis.

[13]Fugavitque Josue Amalec, et populum ejus in ore gladii.

[14]Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monimentum in libro, et trade

14 O Senhor disse a Moisés: "Escreve isto para lembrar, e dize a Josué que eu apagarei a memória de Amalec de debaixo do céu".

15 Moisés construiu um altar que chamou de "O Senhor é minha bandeira".

16 "Já que a mão – disse ele – foi levantada contra o trono do Senhor, o Senhor está em guerra perpétua contra Amalec."

auribus Josue: delebo enim memoriam Amalec sub cælo.

15Ædificavitque Moyses altare: et vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea, dicens:

16Quia manus solii Domini, et bellum Domini erit contra Amalec, a generatione in generationem.

## Êxodo 18

1 Jetro, sacerdote de Madiã, sogro de Moisés, soube de tudo o que Deus tinha feito por Moisés e por Israel, seu povo; e soube que o Senhor tinha feito sair Israel do Egito.

2 Jetro, sogro de Moisés, tomou consigo Sefra, mulher de Moisés, que tinha sido mandada para casa,

3 assim como seus dois filhos, dos quais um se chamava Gérson, porque Moisés tinha dito: "Sou um peregrino em uma terra estrangeira"

4 e o outro chamava-se Eliezer, porque ele tinha dito: "O Deus de meu pai socorreu-me e fez-me escapar à espada do faraó".

5 Jetro, sogro de Moisés, com os dois filhos e a mulher deste, veio procurá-lo no deserto, onde estava acampado, perto da montanha de Deus.

6 E mandou-lhe dizer: "Teu sogro Jetro vem te ver, acompanhado de tua mulher e de teus dois filhos".

7 Moisés saiu ao encontro de seu sogro, prostrou-se e beijou-o. Informaram-se mutuamente sobre a sua saúde e entraram na tenda.

8 Moisés contou ao seu sogro tudo o que o Senhor tinha feito ao faraó e aos egípcios por causa de Israel, todas as tribulações que lhes tinham sobrevindo no caminho, e das quais o Senhor os livrara.

9 Jetro alegrou-se com todo o bem que o Senhor tinha feito aos israelitas, livrando-os da mão dos egípcios.

10 "Bendito seja o Senhor – disse Jetro – que vos livrou da mão dos egípcios e da mão do

## Exodus 18

1Cumque audisset Jethro, sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, et Israëli populo suo, et quod eduxisset Dominus Israël de Ægypto,

2tulit Sephoram uxorem Moysi quam remiserat,

3et duos filios ejus: quorum unus vocabatur Gersam, dicente patre: Advena fui in terra aliena;

4alter vero Eliezer: Deus enim, ait, patris mei adjutor meus, et eruit me de gladio Pharaonis.

5Venit ergo Jethro cognatus Moysi, et filii ejus, et uxor ejus ad Moysen in desertum, ubi erat castrametatus juxta montem Dei.

6Et mandavit Moysi, dicens: Ego Jethro cognatus tuus venio ad te, et uxor tua, et duo filii cum ea.

7Qui egressus in occursum cognati sui, adoravit, et osculatus est eum: salutaveruntque se mutuo verbis pacificis. Cumque intrasset tabernaculum,

8narravit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni et Ægyptiis propter Israël: universumque laborem, qui accidisset eis in itinere, et quod liberaverat eos Dominus.

9Lætatusque est Jethro super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Israëli, eo quod eruisset eum de manu Ægyptiorum.

10Et ait: Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Ægyptiorum, et de manu Pharaonis; qui eruit populum suum de manu Ægypti.

faraó; que livrou o povo da mão dos egípcios!

11 Agora sei que o Senhor é maior que todos os deuses, porque o demonstrou quando (seu povo) era tiranizado.”

12 Em seguida Jetro, sogro de Moisés, ofereceu a Deus um holocausto e sacrifícios. Aarão e todos os anciãos de Israel vieram ter com o sogro de Moisés para tomar parte no banquete em presença de Deus.

13 No dia seguinte, Moisés assentou-se para fazer justiça ao povo, que se conservou de pé diante dele desde a manhã até a tarde.

14 O sogro de Moisés, vendo todo o trabalho a que ele se dava pelo povo, disse-lhe: “Que é isso que fazes com o povo? Por que te sentas só no tribunal com toda essa gente que se conserva em torno de ti da manhã à tarde?”.

15 “É que – respondeu Moisés – o povo vem a mim para consultar Deus.

16 Quando têm alguma questão, vêm procurar-me para que eu julgue entre eles, fazendo-lhes saber as ordens de Deus e suas leis.”

17 O sogro de Moisés disse-lhe: “Não está certo o que fazes!

18 Tu te esgotarás seguramente, assim como todo esse povo que está contigo, porque o fardo é pesado demais para ti, e não poderás levá-lo sozinho.

19 Escuta-me: vou dar-te um conselho, e que Deus esteja contigo! Tu serás o representante do povo junto de Deus, e levarás as questões diante de Deus:

20 tu lhes ensinarás suas ordens e suas leis, e lhes mostrarás o caminho a seguir e como terão de comportar-se.

21 Mas escolherás do meio do povo homens prudentes, tementes a Deus, íntegros, desinteressados, e os porás à frente do povo, como chefes de mil, chefes de cem, chefes de cinquenta e chefes de dezenas.

22 Eles julgarão o povo todo o tempo. Levarão a ti as causas importantes, mas resolverão por si mesmos as causas de

11Nunc cognovi, quia magnus Dominus super omnes deos: eo quod superbe egerint contra illos.

12Obtulit ergo Jethro cognatus Moysi holocausta et hostias Deo: veneruntque Aaron et omnes seniores Israël, ut comederent panem cum eo coram Deo.

13Altera autem die sedit Moyses ut judicaret populum, qui assistebat Moysi a mane usque ad vesperam.

14Quod cum vidisset cognatus ejus, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, et omnis populus præstolatur de mane usque ad vesperam?

15Cui respondit Moyses: Venit ad me populus quærens sententiam Dei:

16cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me ut judicem inter eos, et ostendam præcepta Dei, et leges ejus.

17At ille: Non bonam, inquit, rem facis.

18Stulto labore consumeris et tu, et populus iste qui tecum est: ultra vires tuas est negotium; solus illud non poteris sustinere.

19Sed audi verba mea atque consilia, et erit Deus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum:

20ostendasque populo cæremonias et ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, et opus quod facere debeant.

21Provide autem de omni plebe viros potentes, et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui oderint avaritiam, et constitue ex eis tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos,

22qui judicent populum omni tempore: quidquid autem majus fuerit, referant ad te, et ipsi minora tantummodo judicent: leviusque sit tibi, partito in alios onere.

23Si hoc feceris, implebis imperium Dei, et præcepta ejus poteris sustentare: et omnis hic populus revertetur ad loca sua cum pace.

24Quibus auditis, Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat.

menor importância. Assim aliviarão a tua carga, levando-a consigo.

[23] Se fizeres isso, e Deus o ordenar, poderás dar conta do trabalho, e toda esta gente voltará em paz para suas habitações".

[24] Moisés ouviu o conselho de seu sogro e fez tudo o que ele lhe tinha dito.

[25] Escolheu em todo o Israel homens prudentes e os pôs à frente do povo como chefes de mil, chefes de cem, chefes de cinquenta e chefes de dezenas.

[26] Eles julgavam o povo todo o tempo, levando diante de Moisés as questões difíceis e resolvendo por si mesmos as questões menores.

[27] Depois disso, Moisés despediu-se de seu sogro, e este voltou para sua terra.

[25]Et electis viris strenuis de cuncto Israël, constituit eos principes populi, tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos.

[26]Qui judicabant plebem omni tempore: quidquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes.

[27]Dimisitque cognatum suum: qui reversus abiit in terram suam.

## Êxodo 19

[1] No terceiro mês depois de sua saída do Egito, naquele dia, os israelitas entraram no deserto do Sinai.

[2] Tendo partido de Rafidim, chegaram ao deserto do Sinai, onde acamparam. Ali se estabeleceu Israel em frente ao monte.

[3] Moisés subiu em direção a Deus, e o Senhor o chamou do alto da montanha nestes termos: "Eis o que dirás à família de Jacó, eis o que anunciarás aos filhos de Israel:

[4] Vistes o que fiz aos egípcios, e como vos tenho trazido sobre asas de águia para junto de mim.

[5] Agora, pois, se obedecerdes à minha voz, e guardardes a minha aliança, sereis o meu povo particular entre todos os povos. Toda a terra é minha,

[6] mas vós me sereis um reino de sacerdotes e uma nação consagrada. Tais são as palavras que dirás aos israelitas".

[7] Veio Moisés e, convocando os anciãos do povo, comunicou-lhes as palavras que o Senhor lhe ordenara repetir.

[8] E todo o povo respondeu a uma voz: "Faremos tudo o que o Senhor disse".

## Exodus 19

[1]Mense tertio egressionis Israël de terra Ægypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai.

[2]Nam profecti de Raphidim, et pervenientes usque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israël fixit tentoria e regione montis.

[3]Moyses autem ascendit ad Deum: vocavitque eum Dominus de monte, et ait: Hæc dices domui Jacob, et annuntiabis filiis Israël:

[4]Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portaverim vos super alas aquilarum, et assumpserim mihi.

[5]Si ergo audieritis vocem meam, et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra:

[6]et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta. Hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israël.

[7]Venit Moyses: et convocatis majoribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandaverat Dominus.

[8]Responditque omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus.

Moisés referiu ao Senhor as palavras do povo.

[9] Então o Senhor lhe disse: "Eis que me vou aproximar de ti na obscuridade de uma nuvem, a fim de que o povo ouça quando eu te falar, e para que também confie em ti para sempre". E Moisés referiu as palavras do povo ao Senhor,

[10] o qual lhe disse: "Vai ter com o povo, e santifica-o hoje e amanhã. Que lavem as suas vestes

[11] e estejam prontos para o terceiro dia, porque, depois de amanhã, o Senhor descerá à vista de todo o povo sobre o monte Sinai.

[12] Fixarás ao redor limites ao povo, e lhe dirás: Guardai-vos de subir ao monte ou de tocar a sua base! Se alguém tocar o monte, será morto.

[13] Não se lhe tocará com a mão, mas ele será apedrejado ou perecerá pelas flechas: homem ou animal, não ficará vivo. Quando soar a trombeta, somente então subirão eles ao monte".

[14] Moisés desceu do monte para junto do povo e o santificou; e lavaram as suas vestes.

[15] Em seguida, disse-lhes: "Estai prontos para depois de amanhã, não vos aproximeis de mulher alguma".

[16] Na manhã do terceiro dia, houve um estrondo de trovões e de relâmpagos; uma espessa nuvem cobria a montanha e o som da trombeta soou com força. Toda a multidão que estava no acampamento tremia.

[17] Moisés levou o povo para fora do acampamento ao encontro de Deus, e pararam ao pé do monte.

[18] Todo o monte Sinai fumegava, porque o Senhor tinha descido sobre ele no meio de chamas; o fumo que subia do monte era como a fumaça de uma fornalha, e toda a montanha tremia com violência.

Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum,

[9]ait ei Dominus: Jam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, et credat tibi in perpetuum. Nuntiavit ergo Moyses verba populi ad Dominum.

[10]Qui dixit ei: Vade ad populum, et sanctifica illos hodie, et cras, laventque vestimenta sua.

[11]Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai.

[12]Constituesque terminos populo per circuitum, et dices ad eos: Cavete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur.

[13]Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur jaculis: sive jumentum fuerit, sive homo, non vivet: cum cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montem.

[14]Descenditque Moyses de monte ad populum, et sanctificavit eum. Cumque lavissent vestimenta sua,

[15]ait ad eos: Estote parati in diem tertium, et ne appropinquetis uxoribus vestris.

[16]Jamque advenerat tertius dies, et mane inclaruerat: et ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, et nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat: et timuit populus qui erat in castris.

[17]Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis.

[18]Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne: et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace, eratque omnis mons terribilis.

[19]Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in majus, et prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, et Deus respondebat ei.

[20]Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, et vocavit

19 O som da trombeta soava ainda mais forte; Moisés falava e os trovões divinos respondiam-lhe.

20 O Senhor desceu sobre o cume do monte Sinai; e chamou Moisés ao cume do monte. Moisés subiu,

21 e o Senhor lhe disse: "Desce e proíbe expressamente o povo de precipitar-se para ver o Senhor, para que não morra um grande número deles.

22 Também os sacerdotes, que são autorizados a se aproximar do Senhor, santifiquem-se, para que o Senhor não os fira".

23 Moisés respondeu ao Senhor: "O povo não poderia subir ao monte Sinai, pois vós no-lo ordenastes expressamente, dizendo: fixa limites ao redor do monte, e declara-o sagrado".

24 "Vai – disse-lhe o Senhor – desce. Subirás em seguida com Aarão; porém, não ultrapassem os limites os sacerdotes e o povo ao subir junto do Senhor, para não acontecer que ele os fira."

25 Moisés desceu então ao povo e falou-lhe.

Moysen in cacumen ejus. Quo cum ascendisset,

21dixit ad eum: Descende, et contestare populum: ne forte velit transcendere terminos ad videndum Dominum, et pereat ex eis plurima multitudo.

22Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos.

23Dixitque Moyses ad Dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai: tu enim testificatus es, et jussisti, dicens: Pone terminos circa montem, et sanctifica illum.

24Cui ait Dominus: Vade, descende: ascendesque tu, et Aaron tecum: sacerdotes autem et populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne forte interficiat illos.

25Descenditque Moyses ad populum, et omnia narravit eis.

## Êxodo 20

1 Então Deus pronunciou todas estas palavras:

2 "Eu sou o Senhor, teu Deus, que te fez sair do Egito, da casa da servidão.

3 Não terás outros deuses diante de minha face.

4 Não farás para ti escultura, nem figura alguma do que está em cima, nos céus, ou embaixo, sobre a terra, ou nas águas, debaixo da terra.

5 Não te prostrarás diante delas e não lhes prestarás culto. Eu sou o Senhor, teu Deus, um Deus zeloso que vingo a iniquidade dos pais nos filhos, nos netos e nos bisnetos daqueles que me odeiam,

6 mas uso de misericórdia até a milésima geração com aqueles que me amam e guardam os meus mandamentos.

## Exodus 20

1Locutusque est Dominus cunctos sermones hos:

2Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis.

3Non habebis deos alienos coram me.

4Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra.

5Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me:

6et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, et custodiunt præcepta mea.

7Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit insontem

[7] Não pronunciarás o nome do Senhor, teu Deus, em prova de falsidade, porque o Senhor não deixa impune aquele que pronuncia o seu nome em favor do erro.

[8] Lembra-te de santificar o dia de sábado.

[9] Trabalharás durante seis dias, e farás toda a tua obra.

[10] Mas no sétimo dia, que é um repouso em honra do Senhor, teu Deus, não farás trabalho algum, nem tu, nem teu filho, nem tua filha, nem teu servo, nem tua serva, nem teu animal, nem o estrangeiro que está dentro de teus muros.

[11] Porque em seis dias o Senhor fez o céu, a terra, o mar e tudo que neles há, e repousou no sétimo dia; e, por isso, o Senhor abençoou o dia de sábado e o consagrou.

[12] Honra teu pai e tua mãe, para que teus dias se prolonguem sobre a terra que te dá o Senhor, teu Deus.

[13] Não matarás.

[14] Não cometerás adultério.

[15] Não furtarás.

[16] Não levantarás falso testemunho contra teu próximo.

[17] Não cobiçarás a casa do teu próximo; não cobiçarás a mulher do teu próximo, nem seu escravo, nem sua escrava, nem seu boi, nem seu jumento, nem nada do que lhe pertence".

[18] Diante dos trovões, das chamas, da voz da trombeta e do monte que fumegava, o povo tremia e conservava-se à distância.

[19] E disseram a Moisés: "Fala-nos tu mesmo, e te ouviremos; mas não nos fale Deus, para que não morramos".

[20] Moisés respondeu-lhes: "Não temais, porque é para vos provar que Deus veio e para que o seu temor, sempre presente aos vossos olhos, vos preserve de pecar".

[21] E o povo conservou-se à distância, enquanto Moisés se aproximava da nuvem onde se encontrava Deus.

[22] O Senhor disse a Moisés: "Eis o que dirás aos israelitas: Vistes que vos falei do céu.

Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

[8]Memento ut diem sabbati sanctifices.

[9]Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua.

[10]Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu, et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, jumentum tuum, et advena qui est intra portas tuas.

[11]Sex enim diebus fecit Dominus cælum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt, et requievit in die septimo: idcirco benedixit Dominus diei sabbati, et sanctificavit eum.

[12]Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

[13]Non occides.

[14]Non mœchaberis.

[15]Non furtum facies.

[16]Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

[17]Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

[18]Cunctus autem populus videbat voces et lampades, et sonitum buccinæ, montemque fumantem: et perterriti ac pavore concussi, steterunt procul,

[19]dicentes Moysi: Loquere tu nobis, et audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.

[20]Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: ut enim probaret vos venit Deus, et ut terror illius esset in vobis, et non peccaretis.

[21]Stetitque populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus.

[22]Dixit præterea Dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israël: Vos vidistis quod de cælo locutus sim vobis.

[23]Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.

[25]et rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israël, et dimittetur eis, quoniam non sponte peccaverunt, nihilominus offerentes incensum Domino pro se et pro peccato atque errore suo:

[26]et dimittetur universæ plebi filiorum Israël, et advenis qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam.

[27]Quod si anima una nesciens peccaverit, offeret capram anniculam pro peccato suo:

[28]et deprecabitur pro ea sacerdos, quod inscia peccaverit coram Domino: impetrabitque ei veniam, et dimittetur illi.

[29]Tam indigenis quam advenis una lex erit omnium, qui peccaverint ignorantes.

[30]Anima vero, quæ per superbiam aliquid commiserit, sive civis sit ille, sive peregrinus (quoniam adversus Dominum rebellis fuit), peribit de populo suo:

[31]verbum enim Domini contempsit, et præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, et portabit iniquitatem suam.

[32]Factum est autem, cum essent filii Israël in solitudine, et invenissent hominem colligentem ligna in die sabbati,

involuntário, e apresentaram sua oferta ao Senhor, um sacrifício feito pelo fogo e seu sacrifício pelo pecado para reparar o seu erro.

26 Será perdoado a toda a assembleia dos filhos de Israel, e ao estrangeiro que mora no meio deles, porque é uma culpa que todo o povo cometeu involuntariamente.

27 Se for uma só pessoa que pecou involuntariamente, oferecerá uma cabra de um ano em sacrifício pelo pecado.

28 O sacerdote fará a expiação diante do Senhor por essa pessoa que pecou involuntariamente; feita a expiação, será perdoada.

29 Tereis uma só lei para aquele que pecar involuntariamente, quer sejam israelitas, quer sejam estrangeiros que habitem no meio deles.

30 Aquele, porém, que pecar conscientemente, ultraja o Senhor; ele será cortado do meio de seu povo,

31 porque desprezou a palavra do Senhor e violou o seu preceito; será cortado e levará o peso de sua iniquidade".

32 Ora, aconteceu que, estando os israelitas no deserto, encontraram um homem ajuntando lenha num dia de sábado.

33 Os que o acharam apanhando lenha, levaram-no a Moisés e a Aarão, diante de toda a assembleia.

34 Eles colocaram-no em guarda, pois não estava ainda determinado o que se lhe devia fazer.

35 O Senhor disse a Moisés: "Que esse homem seja punido de morte, e a assembleia o apedreje fora do acampamento".

36 Levaram-no para fora do acampamento e toda a assembleia o apedrejou, e ele morreu, como o Senhor tinha ordenado a Moisés.

37 O Senhor disse a Moisés:

38 "Dize aos israelitas que façam para eles e seus descendentes borlas nas extremidades de suas vestes, pondo na borla de cada canto um cordão de púrpura violeta.

33obtulerunt eum Moysi et Aaron et universæ multitudini.

34Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent.

35Dixitque Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste: obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.

36Cumque eduxissent eum foras, obruerunt lapidibus, et mortuus est, sicut præceperat Dominus.

37Dixit quoque Dominus ad Moysen:

38Loquere filiis Israël, et dices ad eos ut faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas:

39quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas et oculos per res varias fornicantes,

40sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo.

41Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut essem Deus vester.

[39] Fareis essas borlas para que, vendo-as, vos recordeis de todos os mandamentos do Senhor, e os pratiqueis, e não vos deixeis levar pelos apetites de vosso coração e de vossos olhos que vos arrastam à infidelidade.

[40] Desse modo, vós vos lembrareis de todos os meus mandamentos, e os praticareis, e sereis consagrados ao vosso Deus.

[41] Eu sou o Senhor, vosso Deus, que vos tirei do Egito para ser o vosso Deus. Eu sou o Senhor, vosso Deus".

## Números 16

[1] Coré, filho de Isaar, filho de Caat, filho de Levi, Datã e Abiram, filhos de Eliab, e On, filho de Felet, todos filhos de Rúben,

[2] levantaram-se contra Moisés, juntamente com outros duzentos e cinquenta israelitas, príncipes da assembleia, membros do conselho e homens notáveis.

[3] Dirigiram-se, pois, em grupo a Moisés e a Aarão, dizendo-lhes: "Basta! Toda a assembleia é santa, todos o são, e o Senhor está no meio deles. Por que vos colocais acima da assembleia do Senhor?".

[4] Ouvindo isso, Moisés lançou-se com o rosto por terra,

[5] e disse a Coré e aos seus cúmplices: "Amanhã cedo o Senhor fará conhecer quem é dele e quem é santo, e o fará aproximar de si; fará aproximar de si aquele que ele escolher.

[6] Eis o que tendes a fazer: cada um tome o seu turíbulo, tu, Coré, e todos os teus sequazes.

[7] Amanhã poreis fogo em vossos turíbulos e queimareis neles o incenso diante do Senhor. O homem que o Senhor escolher, esse é santo. Isso já é demais, ó filhos de Levi!".

[8] Disse mais a Coré: "Ouvi, agora, ó filhos de Levi.

[9] Não vos basta que o Deus de Israel vos tenha separado da assembleia de Israel, e vos tenha trazido para junto de si, para o

## Numeri 16

[1]Ecce autem Core filius Isaar, filii Caath, filii Levi, et Dathan atque Abiron filii Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben,

[2]surrexerunt contra Moysen, aliique filiorum Israël ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, et qui tempore concilii per nomina vocabantur.

[3]Cumque stetissent adversum Moysen et Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, et in ipsis est Dominus: cur elevamini super populum Domini?

[4]Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem:

[5]locutusque ad Core et ad omnem multitudinem: Mane, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineant, et sanctos applicabit sibi: et quos elegerit, appropinquabunt ei.

[6]Hoc igitur facite: tollat unusquisque thuribula sua, tu Core, et omne concilium tuum:

[7]et hausto cras igne, ponite desuper thymiama coram Domino: et quemcumque elegerit, ipse erit sanctus: multum erigimini filii Levi.

[8]Dixitque rursum ad Core: Audite, filii Levi:

[9]num parum vobis est quod separavit vos Deus Israël ab omni populo, et junxit sibi, ut serviretis ei in cultu tabernaculi, et staretis coram frequentia populi, et ministraretis ei?

serviço do tabernáculo do Senhor e para estardes a serviço da assembleia?

10 Fez-te aproximar dele, tu e todos os teus irmãos, os levitas, e ainda disputais o sacerdócio!

11 E é por isso que vos amotinais contra o Senhor, tu e todo o teu grupo! E quem é Aarão para murmurardes contra ele?".

12 Moisés convocou Datã e Abiram, filhos de Eliab. Mas eles responderam: "Não iremos.

13 Porventura não te basta ter-nos tirado de uma terra onde corria leite e mel, para nos fazeres morrer no deserto, e ainda queres tornar-te nosso senhor?

14 Na verdade, não nos conduziste a uma terra onde corre leite e mel; não nos deste em herança nem campos nem vinhas. Pensas que taparás os olhos de toda essa gente? Nós não iremos".

15 Moisés, muito irado, disse ao Senhor: "Não olheis para a sua oblação. Vós sabeis que nunca recebi deles nem mesmo um asno, e a nenhum deles fiz o menor mal".

16 Moisés disse a Coré: "Tu e todos os teus sequazes, apresentai-vos amanhã diante do Senhor, com Aarão.

17 Tomai cada qual vosso turíbulo, ponde incenso nele e apresentai cada qual vosso turíbulo diante do Senhor: isto é, duzentos e cinquenta turíbulos. Tu e Aarão tomareis também o vosso turíbulo".

18 Tomaram, pois, cada um o seu turíbulo, puseram-lhe fogo e deitaram por cima o incenso; e conservaram-se de pé com Moisés e Aarão à entrada da tenda de reunião.

19 Coré tinha reunido perto de si toda a assembleia à entrada da tenda de reunião. E eis que a glória do Senhor apareceu a toda a assembleia,

20 e o Senhor falou a Moisés e a Aarão:

21 "Retirai-vos do meio dessa assembleia, e eu os consumirei neste instante".

22 Eles prostraram-se com o rosto por terra, e disseram: "Ó Deus, Deus dos espíritos de

10idcirco ad se fecit accedere te et omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam sacerdotium vindicetis,

11et omnis globus tuus stet contra Dominum? quid est enim Aaron ut murmuretis contra eum?

12Misit ergo Moyses ut vocaret Dathan et Abiron filios Eliab. Qui responderunt: Non venimus.

13Numquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra, quæ lacte et melle manabat, ut occideres in deserto, nisi et dominatus fueris nostri?

14Revera induxisti nos in terram, quæ fluit rivis lactis et mellis, et dedisti nobis possessiones agrorum et vinearum: an et oculos nostros vis eruere? non venimus.

15Iratusque Moyses valde, ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quod ne asellum quidem umquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.

16Dixitque ad Core: Tu, et omnis congregatio tua, state seorsum coram Domino, et Aaron die crastino separatim.

17Tollite singuli thuribula vestra, et ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum.

18Quod cum fecissent, stantibus Moyses et Aaron,

19et coacervassent adversum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini.

20Locutusque Dominus ad Moysen et Aaron, ait:

21Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repente disperdam.

22Qui ciciderunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum universæ carnis, num uno peccante, contra omnes ira tua desæviet?

23Et ait Dominus ad Moysen:

24Præcipe universo populo ut separetur a tabernaculis Core et Dathan et Abiron.

toda a carne, um só homem pecou, e tu te iras contra toda a assembleia?”.

23 O Senhor respondeu a Moisés:

24 “Manda ao povo: apartai-vos de junto das tendas de Coré, de Datã e de Abiram”.

25 Moisés levantou-se e, seguido dos anciãos, dirigiu-se aonde estavam Datã e Abiram.

26 “Afastai-vos – disse ele à assembleia – das tendas desses homens perversos, e não toqueis em coisa alguma que lhes pertença, para que não morrais, envolvidos em todos os seus pecados”.

27 Afastando-se o povo de junto das tendas de Coré, Datã e Abiram, saíram estes últimos com suas mulheres, seus filhos e seus filhinhos e pararam à entrada de suas tendas.

28 Moisés disse então: “Nisto conhecereis que o Senhor me enviou a fazer todas estas obras e que nada faço por mim mesmo.

29 Se estes morrerem com a morte ordinária dos homens e se a sua sorte for como a de todos, o Senhor não me enviou;

30 mas se o Senhor fizer um novo prodígio e o solo abrindo a sua boca, os engolir com tudo o que lhes pertence, de sorte que desçam vivos à habitação dos mortos, então sabereis que estes homens desprezaram o Senhor”.

31 Apenas acabou ele de falar, fendeu-se a terra debaixo de seus pés

32 e, abrindo sua boca, os devorou com toda a sua família, todos os seus bens e todos os homens de Coré.

33 Desceram vivos à morada dos mortos, eles e tudo o que possuíam; cobriu-os a terra, e desapareceram da assembleia.

34 Todo o Israel que estava ao redor deles, ouvindo o grito que soltaram, fugiu, dizendo: “Cuidemos que a terra não nos engula também a nós!”.

35 Saiu um fogo de junto do Senhor e devorou os duzentos e cinquenta homens que ofereciam o incenso.

25Surrexitque Moyses, et abiit ad Dathan et Abiron: et sequentibus eum senioribus Israël,

26dixit ad turbam: Recedite a tabernaculis hominum impiorum, et nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.

27Cumque recessissent a tentoriis eorum per circuitum, Dathan et Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum cum uxoribus et liberis, omnique frequentia.

28Et ait Moyses: In hoc scietis quod Dominus miserit me ut facerem universa quæ cernitis, et non ex proprio ea corde protulerim:

29si consueta hominum morte interierint, et visitaverit eos plaga, qua et ceteri visitari solent, non misit me Dominus:

30sin autem novam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os suum deglutiat eos et omnia quæ ad illos pertinent, descenderintque viventes in infernum, scietis quod blasphemaverint Dominum.

31Confestim igitur ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum:

32et aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis et universa substantia eorum,

33descenderuntque vivi in infernum operti humo, et perierunt de medio multitudinis.

34At vero omnis Israël, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens: Ne forte et nos terra deglutiat.

35Sed et ignis egressus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum.

36Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

37Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti ut tollat thuribula quæ jacent in incendio, et ignem huc illucque dispergat: quoniam sanctificata sunt

38in mortibus peccatorum: producatque ea in laminas, et affigat altari, eo quod oblatum sit in eis incensum Domino, et sanctificata

sint, ut cernant ea pro signo et monimento filii Israël.

39Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi quos incendium devoravit, et produxit ea in laminas, affigens altari:

40ut haberent postea filii Israël, quibus commonerentur ne quis accedat alienigena, et qui non est de semine Aaron ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, et omnis congregatio ejus, loquente Domino ad Moysen.

41Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israël sequenti die contra Moysen et Aaron, dicens: Vos interfecistis populum Domini.

42Cumque oriretur seditio, et tumultus incresceret,

43Moyses et Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod, postquam ingressi sunt, operuit nubes, et apparuit gloria Domini.

44Dixitque Dominus ad Moysen:

45Recedite de medio hujus multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cumque jacerent in terra,

46dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, et hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, ut roges pro eis: jam enim egressa est ira a Domino, et plaga desævit.

47Quod cum fecisset Aaron, et cucurrisset ad mediam multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama:

48et stans inter mortuos ac viventes, pro populo deprecatus est, et plaga cessavit.

49Fuerunt autem qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum, et septingenti, absque his qui perierant in seditione Core.

50Reversusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postquam quievit interitus.

## Números 17

## Numeri 17

[1] O Senhor disse a Moisés:

[2] "Dize a Eleazar, filho do sacerdote Aarão, que tire os turíbulos que estão no meio do incêndio e espalhe ao longe o fogo, pois são objetos consagrados.

[3] Com os turíbulos desses homens que pecaram e perderam a vida, façam-se lâminas para cobrir o altar, porque foram apresentados ao Senhor e estão santificados. Ficarão como um sinal para os israelitas".

[4] O sacerdote Eleazar tirou, pois, os turíbulos de bronze que os homens consumidos pelo fogo tinham apresentado ao Senhor, e fez deles lâminas para cobrir o altar.

[5] Isso devia servir de memorial para os israelitas, a fim de que nenhum estranho à linhagem de Aarão se aproximasse para oferecer incenso ao Senhor, temendo lhe acontecesse o mesmo que a Coré e a seus homens, como o Senhor tinha declarado pela boca de Moisés.

[6] Ora, no dia seguinte, toda a comunidade dos israelitas murmurou contra Moisés e Aarão: "Matastes o povo do Senhor" – diziam eles.

[7] E, crescendo o tumulto, Moisés e Aarão voltaram-se para o lado da tenda de reunião e viram a nuvem que a cobria; e apareceu a glória do Senhor.

[8] Eles foram e colocaram-se diante da tenda de reunião,

[9] e o Senhor falou a Moisés:

[10] "Afastai-vos do meio dessa assembleia, pois vou devorá-la num instante". Prostraram-se por terra,

[11] e Moisés disse a Aarão: "Toma o turíbulo, põe-lhe fogo do altar, deita-lhe incenso por cima e vai depressa ao povo para fazer expiação por ele; porque acendeu-se a cólera do Senhor, e o flagelo começa".

[12] Aarão, obedecendo à palavra de Moisés, tomou o turíbulo e correu ao meio da assembleia, pois a praga começava já no

[1]Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

[2]Loquere ad filios Israël, et accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, a cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, et uniuscujusque nomen superscribes virgæ suæ.

[3]Nomen autem Aaron erit in tribu Levi, et una virga cunctas seorsum familias continebit:

[4]ponesque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, ubi loquar ad te.

[5]Quem ex his elegero, germinabit virga ejus: et cohibebo a me querimonias filiorum Israël, quibus contra vos murmurant.

[6]Locutusque est Moyses ad filios Israël: et dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus: fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron.

[7]Quas cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonii,

[8]sequenti die regressus invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi: et turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.

[9]Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israël: videruntque, et receperunt singuli virgas suas.

[10]Dixitque Dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii, ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israël, et quiescant querelæ eorum a me, ne moriantur.

[11]Fecitque Moyses sicut præceperat Dominus.

[12]Dixerunt autem filii Israël ad Moysen: Ecce consumpti sumus, omnes perivimus.

[13]Quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur. Num usque ad internecionem cuncti delendi sumus?

meio do povo; deitou nele o incenso e fez a expiação pelo povo.

[13] Colocando-se de pé entre os mortos e os vivos, deteve o flagelo.

[14] Com esse golpe morreram catorze mil e setecentos, além dos que tinham perecido na rebelião de Coré.

[15] Aarão voltou para junto de Moisés, à entrada da tenda de reunião, e o flagelo terminou.

[16] O Senhor disse a Moisés:

[17] "Fala aos israelitas. Que eles te deem uma vara por tribo, ou seja, doze varas de todos os príncipes das doze casas patriarcais. Escreverás o nome de cada um na sua vara;

[18] na vara de Levi escreverás o nome de Aarão, porque haverá uma vara por tribo.

[19] Colocarás as varas na tenda de reunião, diante do testemunho, no lugar onde me encontro convosco.

[20] E eis que a vara de meu eleito florescerá e, desse modo, farei cessar diante de mim as murmurações dos filhos de Israel contra vós".

[21] Moisés falou aos israelitas e todos os príncipes lhe deram a vara, um de cada tribo, ou seja, doze varas pelas doze tribos, entre as quais também a de Aarão.

[22] Moisés as pôs diante do Senhor na tenda do testemunho.

[23] Voltando no dia seguinte, entrou no pavilhão e eis que tinha florescido a vara de Aarão, pela tribo de Levi: tinham aparecido botões, saído flores e amadurecido amêndoas.

[24] Moisés levou todas as varas de diante do Senhor aos israelitas. Eles viram o (prodígio) e receberam cada um a sua vara.

[25] O Senhor disse então a Moisés: "Torna a levar a vara de Aarão para diante da tenda do testemunho, e seja ali conservada como um sinal para todos aqueles que quiserem revoltar-se, e assim possas pôr um termo às murmurações diante de mim, para que não morram".

[26] Moisés executou a ordem que o Senhor lhe tinha dado.

[27] Os israelitas disseram a Moisés: “Nós pereceremos, estamos perdidos, sim, estamos todos perdidos!

[28] Qualquer que se aproxime do tabernáculo do Senhor, morre. Acaso seremos todos exterminados?”.

## Números 18

[1] O Senhor disse a Aarão: “Tu, teus filhos e tua família contigo, levareis a responsabilidade dos pecados cometidos no santuário. Tu e teus filhos contigo levareis a responsabilidade dos pecados cometidos em vosso sacerdócio.

[2] Farás aproximarem-se do santuário contigo os teus irmãos, a tribo de Levi e a tribo de teu pai, para que se juntem a ti e te ajudem quando estiveres com teus filhos diante da tenda do testemunho.

[3] Eles farão o serviço que te é devido e o serviço da tenda, mas não se aproximarão dos objetos sagrados, nem do altar, para que não morram, e vós juntamente com eles.

[4] Serão teus auxiliares e terão a seu cuidado a tenda de reunião para fazer todo o seu serviço. Nenhum estrangeiro se aproximará de vós.

[5] Fareis o serviço do santuário e do altar, para que não venha de novo a cólera ferir os israelitas.

[6] Fui eu que escolhi os levitas, vossos irmãos, entre os israelitas. Dados ao Senhor, vos são de novo entregues para fazerem o serviço da tenda de reunião.

[7] Tu, porém, e teus filhos contigo, exercereis o vosso sacerdócio no altar e atrás do véu: esse é o vosso serviço. O sacerdócio é um dom que eu vos faço; o estrangeiro que se aproximar será morto”.

[8] O Senhor disse a Aarão: “Dou-te o que se reserva de tudo o que é separado para mim, dentre todas as coisas consagradas dos israelitas. Dou isso a ti e a teus filhos em

## Numeri 18

[1]Dixitque Dominus ad Aaron: Tu, et filii tui, et domus patris tui tecum, portabitis iniquitatem sanctuarii: et tu et filii tui simul sustinebitis peccata sacerdotii vestri.

[2]Sed et fratres tuos de tribu Levi, et sceptrum patris tui sume tecum, præstoque sint, et ministrent tibi: tu autem et filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii.

[3]Excubabuntque Levitæ ad præcepta tua, et ad cuncta opera tabernaculi: ita dumtaxat ut ad vasa sanctuarii et ad altare non accedant, ne et illi moriantur, et vos pereatis simul.

[4]Sint autem tecum, et excubent in custodiis tabernaculi, et in omnibus cæremoniis ejus. Alienigena non miscebitur vobis.

[5]Excubate in custodia sanctuarii, et in ministerio altaris: ne oriatur indignatio super filios Israël.

[6]Ego dedi vobis fratres vestros Levitas de medio filiorum Israël, et tradidi donum Domino, ut serviant in ministeriis tabernaculi ejus.

[7]Tu autem et filii tui custodite sacerdotium vestrum: et omnia quæ ad cultum altaris pertinent, et intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur: si quis externus accesserit, occidetur.

[8]Locutusque est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur a filiis Israël, tradidi tibi et filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.

[9]Hæc ergo accipies de his, quæ sanctificantur et oblata sunt Domino. Omnis oblatio, et sacrificium, et quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, et cedit

virtude de uma lei perpétua, por causa da unção que recebeste.

[9] Eis o que receberás das coisas santíssimas que não são queimadas; todas as suas ofertas, oblações, sacrifícios pelo pecado, sacrifícios de reparação; todas essas coisas santíssimas serão para ti e teus filhos.

[10] Tu as comerás em lugar santíssimo. Todo varão poderá comer delas; e serão para ti coisas sagradas.

[11] Eis ainda o que será teu: o que é tomado dentre os dons, dentre toda oferta agitada dos israelitas. Eu o dou a ti, a teus filhos e a tuas filhas em virtude de uma lei perpétua. Todo membro de tua família que estiver puro comerá dessas coisas.

[12] Dou-te também as primícias que os israelitas oferecerem ao Senhor: o melhor de seu óleo, de seu vinho e de seu trigo.

[13] Serão para ti as primícias dos produtos da terra que trouxerem ao Senhor. Todo membro de tua família que estiver puro poderá comer delas.

[14] Tudo o que for votado ao interdito em Israel será teu.

[15] Será teu igualmente todo primogênito de toda criatura, homem ou animal, que os israelitas oferecerem ao Senhor; ordenarás, não obstante, que se resgate o primogênito do homem, assim como os primogênitos dos animais impuros.

[16] O seu resgate será feito logo que ele tiver um mês, segundo tua estimação, à razão de cinco siclos de prata (conforme o siclo do santuário, que vale vinte gueras).

[17] Mas não farás resgatar o primogênito da vaca, nem o da ovelha, nem o da cabra: estes são coisas sagradas. Derramarás o seu sangue sobre o altar e queimarás a sua gordura em sacrifício feito pelo fogo, de agradável odor ao Senhor.

[18] Sua carne será para ti da mesma forma que o peito agitado e a perna direita.

[19] Tudo o que é tomado das coisas santas que os israelitas oferecem ao Senhor, dou-o a ti, a teus filhos e a tuas filhas em virtude de uma lei perpétua. Essa é uma aliança de sal,

in Sancta sanctorum, tuum erit, et filiorum tuorum.

[10]In sanctuario comedes illud: mares tantum edent ex eo, quia consecratum est tibi.

[11]Primitias autem, quas voverint et obtulerint filii Israël, tibi dedi, et filiis tuis, ac filiabus tuis, jure perpetuo: qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

[12]Omnem medullam olei, et vini, ac frumenti, quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi.

[13]Universa frugum initia, quas gignit humus, et Domino deportantur, cedent in usus tuos: qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

[14]Omne quod ex voto reddiderint filii Israël, tuum erit.

[15]Quidquid primum erumpit e vulva cunctæ carnis, quam offerunt Domino, sive ex hominibus, sive de pecoribus fuerit, tui juris erit: ita dumtaxat ut pro hominis primogenito pretium accipias, et omne animal quod immundum est redimi facias,

[16]cujus redemptio erit post unum mensem, siclis argenti quinque, pondere sanctuarii. Siclus viginti obolos habet.

[17]Primogenitum autem bovis, et ovis, et capræ, non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino. Sanguinem tantum eorum fundes super altare, et adipes adolebis in suavissimum odorem Domino.

[18]Carnes vero in usum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, et armus dexter: tua erunt.

[19]Omnes primitias sanctuarii, quas offerunt filii Israël Domino, tibi dedi, et filiis, ac filiabus tuis, jure perpetuo. Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis.

[20]Dixitque Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars et hæreditas tua in medio filiorum Israël.

[21]Filiis autem Levi dedi omnes decimas Israëlis in possessionem, pro ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis:

que vale perpetuamente diante do Senhor, para ti e para toda a tua posteridade contigo".

20 O Senhor disse a Aarão: "Não possuirás nada na terra deles, e não terás parte alguma entre eles. Eu sou a tua parte e a tua herança no meio dos israelitas.

21 Quanto aos levitas, dou-lhes como patrimônio todos os dízimos de Israel pelo serviço que prestam na tenda de reunião.

22 Os israelitas não se aproximarão mais da tenda de reunião, para que não caia sobre eles o peso de um pecado que lhes cause a morte.

23 São os levitas que farão o trabalho na tenda de reunião e que levarão a responsabilidade de suas faltas: essa é uma lei perpétua para todos os vossos descendentes. Eles não terão herança no meio dos israelitas,

24 porque lhes dou como herança os dízimos que os israelitas tomarem para o Senhor. Eis por que declaro que eles não possuirão herança alguma no meio dos israelitas".

25 O Senhor disse a Moisés:

26 "Dirás aos levitas: Quando receberdes dos israelitas o dízimo que vos dei de seus bens por vossa herança, tomareis dele uma oferta para o Senhor: o dízimo do dízimo.

27 Essa reserva será como o trigo tomado da eira e como o vinho tomado do lagar.

28 Desse modo, fareis também vós uma reserva devida ao Senhor de todos os dízimos que receberdes dos israelitas, e essa oferta reservada para o Senhor, vós a entregareis ao sacerdote Aarão.

29 De todos os dons que receberdes, separareis uma parte para o Senhor, isto é, tomareis a porção consagrada do que houver de melhor em vossos dízimos.

30 Dize-lhes também: Quando tiverdes separado o melhor do dízimo, o resto será para os levitas como o produto da eira ou do lagar.

22ut non accedant ultra filii Israël ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum,

23solis filiis Levi mihi in tabernaculo servientibus, et portantibus peccata populi. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt,

24decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum et necessaria separavi.

25Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

26Præcipe Levitis, atque denuntia: Cum acceperitis a filiis Israël decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ,

27ut reputetur vobis in oblationem primitivorum, tam de areis quam de torcularibus:

28et universis quorum accipitis primitias, offerte Domino, et date Aaron sacerdoti.

29Omnia quæ offeretis ex decimis, et in donaria Domini separabitis, optima et electa erunt.

30Dicesque ad eos: Si præclara et meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area, et torculari dederitis primitias:

31et comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quam familiæ vestræ: quia pretium est pro ministerio, quo servitis in tabernaculo testimonii.

32Et non peccabitis super hoc, egregia vobis et pinguia reservantes, ne polluatis oblationes filiorum Israël, et moriamini.

[31] Podereis comê-lo com vossa família, porque é o vosso salário pelo serviço que prestais na tenda de reunião.

[32] Não cometereis pecado algum por causa disso, e não profanareis as santas ofertas dos israelitas, quando tiverdes separado o melhor do dízimo, para que não morrais”.

## Números 19

[1] O Senhor disse a Moisés e a Aarão:

[2] “Eis a prescrição legal que o Senhor vos dá: Dize aos israelitas que te tragam uma vaca vermelha sem defeito, sem mancha e que não tenha ainda levado o jugo.

[3] Entregareis ao sacerdote Eleazar, o qual, levando-a para fora do acampamento, a imolará à vista de todos.

[4] O sacerdote Eleazar tomará o sangue do animal com o dedo e fará com ele sete aspersões para o lado da entrada da tenda de reunião.

[5] A vaca será em seguida queimada à vista de todos. Serão queimados o couro, a carne, o sangue e os excrementos.

[6] O sacerdote tomará pau de cedro, hissopo e carmesim e os jogará na chama em que arde a vaca.

[7] O sacerdote lavará suas vestes e a banhará em água. Depois disso, voltará ao acampamento e será impuro até a tarde.

[8] Aquele que tiver queimado a vaca lavará suas vestes e se banhará em água, e será impuro até a tarde.

[9] Um homem puro recolherá a cinza da vaca e a deporá em um lugar puro fora do acampamento, onde será guardada pela assembleia dos israelitas para a água lustral. Esse é um sacrifício pelo pecado.

[10] Aquele que tiver recolhido a cinza da vaca lavará suas vestes e será impuro até a tarde. Essa será uma lei perpétua para os israelitas e para o estrangeiro que habita no meio deles.

[11] Quem tocar o cadáver de um homem qualquer será impuro sete dias.

## Numeri 19

[1]Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens:

[2]Ista est religio victimæ, quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israël, ut adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portaverit jugum:

[3]tradetisque eam Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra castra, immolabit in conspectu omnium:

[4]et tingens digitum in sanguine ejus, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus,

[5]comburetque eam cunctis videntibus, tam pelle et carnibus ejus quam sanguine et fimo flammæ traditis.

[6]Lignum quoque cedrinum, et hyssopum, coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat.

[7]Et tunc demum, lotis vestibus et corpore suo, ingredietur in castra, commaculatusque erit usque ad vesperum.

[8]Sed et ille qui combusserit eam, lavabit vestimenta sua et corpus, et immundus erit usque ad vesperum.

[9]Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, et effundet eos extra castra in loco purissimo, ut sint multitudini filiorum Israël in custodiam, et in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est.

[10]Cumque laverit qui vaccæ portaverat cineres vestimenta sua, immundus erit usque ad vesperum. Habebunt hoc filii Israël, et advenæ qui habitant inter eos, sanctum jure perpetuo.

[11]Qui tetigerit cadaver hominis, et propter hoc septem diebus fuerit immundus,

[12] Deverá purificar-se com essa água ao terceiro e ao sétimo dia, e ficará puro; mas se ele não se purificar ao terceiro e ao sétimo dia, não ficará puro.

[13] Todo que tiver tocado o cadáver de um homem qualquer, e não se purificar, manchará a casa do Senhor. Essa pessoa será eliminada de Israel. Não tendo corrido sobre ela a água lustral, ficará impura, e sua impureza permanecerá sobre ela.

[14] Esta é a lei: Tudo o que penetrar na tenda em que morrer um homem será impuro durante sete dias, e igualmente tudo o que ali se encontrar.

[15] O vaso aberto, sem tampa, será também impuro.

[16] Se alguém, em pleno campo, tocar em um homem morto pela espada, em um cadáver, em ossos humanos, ou em um sepulcro, será impuro durante sete dias.

[17] Para quem se tiver assim manchado, se tomará da cinza da vítima queimada pelo pecado, e se despejará por cima dela, dentro de um vaso, água viva.

[18] Em seguida, um homem puro, depois de ter molhado nela um hissopo, aspergirá com ele a tenda, todo o seu mobiliário, todas as pessoas que aí se encontram, bem como a pessoa que tocou nos ossos, ou no homem assassinado, ou no cadáver, ou no sepulcro.

[19] O homem puro aspergirá o impuro ao terceiro e ao sétimo dia e o purificará no sétimo dia. Lavará as suas vestes e a si mesmo, e à tarde será puro.

[20] O homem impuro que não se purificar será eliminado da assembleia, porque ele mancha o santuário do Senhor. Não tendo corrido sobre ele a água lustral, ele permanece impuro.

[21] Essa será para eles uma lei perpétua. Aquele que tiver feito a aspersão com a água lustral deverá lavar suas vestes. Todo o que tocar a água lustral será impuro até a tarde.

[22] Todo o que tocar o impuro será manchado, e a pessoa que o tocar ficará impura até a tarde".

[12]aspergetur ex hac aqua die tertio et septimo, et sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari.

[13]Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, et aspersus hac commistione non fuerit, polluet tabernaculum Domini et peribit ex Israël: quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, et manebit spurcitia ejus super eum.

[14]Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo: omnes qui ingrediuntur tentorium illius, et universa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus.

[15]Vas, quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper, immundum erit.

[16]Si quis in agro tetigerit cadaver occisi hominis, aut per se mortui, sive os illius, vel sepulchrum, immundus erit septem diebus.

[17]Tollentque de cineribus combustionis atque peccati, et mittent aquas vivas super eos in vas:

[18]in quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, et cunctam supellectilem, et homines hujuscemodi contagione pollutos:

[19]atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio et septimo die: expiatusque die septimo, lavabit et se et vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum.

[20]Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio ecclesiæ: quia sanctuarium Domini polluit, et non est aqua lustrationis aspersus.

[21]Erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lavabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usque ad vesperum.

[22]Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet: et anima, quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit usque ad vesperum.

## Números 20

[1] Toda a assembleia dos filhos de Israel chegou ao deserto de Sin no primeiro mês. O povo ficou em Cades; ali morreu Maria, que foi sepultada no mesmo lugar.

[2] Como não houvesse água para a assembleia, o povo se ajuntou contra Moisés e Aarão,

[3] procurou disputar com Moisés e gritou: "Oxalá tivéssemos perecido com nossos irmãos diante do Senhor!

[4] Por que conduziste a assembleia do Senhor a este deserto, para nos deixar morrer aqui com os nossos rebanhos?

[5] Por que nos fizeste sair do Egito e nos trouxeste a este péssimo lugar, em que não se pode semear, e onde não há figueira, nem vinha, nem romãzeira, e tampouco há água para beber?".

[6] Moisés e Aarão deixaram a assembleia e dirigiram-se à entrada da tenda de reunião, onde se prostraram com a face por terra. Apareceu-lhes a glória do Senhor,

[7] e o Senhor disse a Moisés:

[8] "Toma a tua vara e convoca a assembleia, tu e teu irmão Aarão. Ordenareis ao rochedo, diante de todos, que dê as suas águas; farás brotar a água do rochedo e darás de beber à assembleia e aos seus rebanhos".

[9] Tomou Moisés a vara que estava diante do Senhor, como ele lhe tinha ordenado.

[10] Em seguida, tendo Moisés e Aarão convocado a assembleia diante do rochedo, disse-lhes Moisés: "Ouvi, rebeldes: Acaso faremos nós brotar água deste rochedo?".

[11] Moisés levantou a mão e feriu o rochedo com a sua vara duas vezes; as águas jorraram em abundância, de sorte que beberam, o povo e os animais.

[12] Em seguida, disse o Senhor a Moisés e Aarão: "Porque faltastes à confiança em mim para fazer brilhar a minha santidade aos olhos dos israelitas, não introduzireis esta assembleia na terra que lhe destino".

## Numeri 20

[1]Veneruntque filii Israël et omnis multitudo in desertum Sin, mense primo, et mansit populus in Cades. Mortuaque est ibi Maria, et sepulta in eodem loco.

[2]Cumque indigeret aqua populus, convenerunt adversum Moysen et Aaron:

[3]et versi in seditionem, dixerunt: Utinam periissemus inter fratres nostros coram Domino.

[4]Cur eduxistis ecclesiam Domini in solitudinem, ut et nos et nostra jumenta moriamur?

[5]quare nos fecistis ascendere de Ægypto, et adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, insuper et aquam non habet ad bibendum?

[6]Ingressusque Moyses et Aaron, dimissa multitudine, tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaveruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus, audi clamorem hujus populi, et aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ vivæ, ut satiati, cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini super eos.

[7]Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

[8]Tolle virgam, et congrega populum, tu et Aaron frater tuus, et loquimini ad petram coram eis, et illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo et jumenta ejus.

[9]Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu Domini, sicut præceperat ei,

[10]congregata multitudine ante petram: dixitque eis: Audite, rebelles et increduli: num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere?

[11]Cumque elevasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet et jumenta.

[13] Estas são as águas de Meriba, onde os israelitas se queixaram do Senhor, e onde este fez resplandecer a sua santidade.

[14] De Cades, Moisés enviou mensageiros ao rei de Edom: "Eis – disseram-lhe eles – as palavras que te dirige o teu irmão Israel: Tu sabes todos os males que temos passado.

[15] Nossos pais tinham descido ao Egito, onde habitamos durante muito tempo. Os egípcios, porém, nos maltrataram, a nós e a nossos pais.

[16] Clamamos ao Senhor, ele nos ouviu, e mandou-nos um anjo que nos tirou do Egito. Eis-nos agora aqui em Cades, cidade situada nos confins de teu território.

[17] Deixa-nos passar pela tua terra. Não atravessaremos os campos, nem as vinhas e não beberemos a água dos poços; mas seguiremos a estrada real sem nos desviarmos nem para a direita nem para a esquerda, até que tenhamos passado o teu território".

[18] Edom respondeu: "Tu não passarás pela minha terra; do contrário, sairei ao teu encontro com a espada na mão".

[19] Disseram-lhe os israelitas: "Tomaremos a estrada comum, e se bebermos de tua água, eu e os meus rebanhos, te pagarei o preço. Não há perigo algum; só queremos passar".

[20] Edom replicou: "Tu não passarás". E veio em massa ao encontro deles com as armas na mão.

[21] Recusando Edom a passagem através do seu território, Israel tomou outra direção.

[22] Partiram de Cades. Toda a assembleia dos israelitas chegou ao monte Hor.

[23] Nesse lugar, que está nas fronteiras da terra de Edom, o Senhor disse a Moisés e a Aarão:

[24] "Aarão vai ser reunido aos seus, porque ele não entrará na terra que destino aos filhos de Israel, visto terdes sido rebeldes à minha ordem nas águas de Meriba.

[25] Toma Aarão e seu filho Eleazar, e leva-os ao monte Hor.

[12]Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron: Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.

[13]Hæc est aqua contradictionis, ubi jurgati sunt filii Israël contra Dominum, et sanctificatus est in eis.

[14]Misit interea nuntios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Israël: Nosti omnem laborem qui apprehendit nos,

[15]quomodo descenderint patres nostri in Ægyptum, et habitaverimus ibi multo tempore, afflixerintque nos Ægyptii, et patres nostros:

[16]et quomodo clamaverimus ad Dominum, et exaudierit nos, miseritque angelum, qui eduxerit nos de Ægypto. Ecce in urbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi,

[17]obsecramus ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas; non bibemus aquas de puteis tuis: sed gradiemur via publica, nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.

[18]Cui respondit Edom: Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi.

[19]Dixeruntque filii Israël: Per tritam gradiemur viam: et si biberimus aquas tuas, nos et pecora nostra, dabimus quod justum est: nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter transeamus.

[20]At ille respondit: Non transibis. Statimque egressus est obvius, cum infinita multitudo, et manu forti,

[21]nec voluit acquiescere deprecanti, ut concederet transitum per fines suos. Quam ob rem divertit ab eo Israël.

[22]Cumque castra movissent de Cades, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom:

[23]ubi locutus est Dominus ad Moysen:

[24]Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non enim intrabit terram, quam dedi filiis Israël, eo quod incredulus fuerit ori meo, ad aquas contradictionis.

[26] Despojarás Aarão de suas vestes e revestirás com elas o seu filho Eleazar. Aarão será reunido aos seus, e aí morrerá”.

[27] Moisés fez como ordenou o Senhor: Subiram ao monte Hor à vista da assembleia.

[28] Despojando Aarão de suas vestes, Moisés revestiu com elas Eleazar, filho do sacerdote. Aarão morreu ali, no cimo do monte. Moisés e Eleazar desceram de novo,

[29] e toda a assembleia, ao saber da morte de Aarão, chorou-o durante trinta dias.

[25]Tolle Aaron et filium ejus cum eo, et duces eos in montem Hor.

[26]Cumque nudaveris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium ejus: Aaron colligetur, et morietur ibi.

[27]Fecit Moyses ut præceperat Dominus: et ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine.

[28]Cumque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium ejus.

[29]Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro.

[30]Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, flevit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

## Números 21

[1] O rei cananeu Arad, que habitava no Negueb, soube que Israel avançava pelo caminho de Atarim; atacou-o e levou alguns deles prisioneiros.

[2] Então Israel fez ao Senhor este voto: se me entregardes nas mãos esse povo, votarei as suas cidades ao interdito.

[3] O Senhor ouviu os rogos de Israel e entregou-lhe os cananeus, que foram votados ao interdito juntamente com as suas cidades. Deu-se a esse lugar o nome de Horma.

[4] Partiram do monte Hor em direção ao mar Vermelho, para contornar a terra de Edom.

[5] Mas o povo perdeu a coragem no caminho, e começou a murmurar contra Deus e contra Moisés: “Por que – diziam eles – nos tirastes do Egito, para morrermos no deserto onde não há pão nem água? Estamos enjoados desse miserável alimento”.

[6] Então o Senhor enviou contra o povo serpentes ardentes, que morderam e mataram muitos.

[7] O povo veio a Moisés e disse-lhe: “Pecamos, murmurando contra o Senhor e contra ti. Roga ao Senhor que afaste de nós essas serpentes”. Moisés intercedeu pelo povo,

## Numeri 21

[1]Quod cum audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israël per exploratorum viam, pugnavit contra illum, et victor existens, duxit ex eo prædam.

[2]At Israël voto se Domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes ejus.

[3]Exaudivitque Dominus preces Israël, et tradidit Chananæum, quem ille interfecit subversis urbibus ejus: et vocavit nomen loci illius Horma, id est, anathema.

[4]Profecti sunt autem et de monte Hor, per viam quæ ducit ad mare Rubrum, ut circumirent terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris:

[5]locutusque contra Deum et Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, ut moreremur in solitudine? deest panis, non sunt aquæ: anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo.

[6]Quam ob rem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas et mortes plurimorum,

[7]venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum et te: ora ut tollat a nobis serpentes. Oravitque Moyses pro populo,

[8] e o Senhor disse a Moisés: "Faze para ti uma serpente ardente e mete-a sobre um poste. Todo o que for mordido, olhando para ela, será salvo".

[8]et locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, et pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet.

[9] Moisés fez, pois, uma serpente de bronze, e fixou-a sobre um poste. Se alguém era mordido por uma serpente e olhava para a serpente de bronze, conservava a vida.

[9]Fecit ergo Moyses serpentem æneum, et posuit eum pro signo: quem cum percussi aspicerent, sanabantur.

[10] Os filhos de Israel partiram e acamparam em Obot.

[10]Profectique filii Israël castrametati sunt in Oboth.

[11] Deixaram Obot e acamparam em Jeabarim, no deserto que está defronte de Moab, ao oriente.

[11]Unde egressi fixere tentoria in Jeabarim, in solitudine quæ respicit Moab contra orientalem plagam.

[12] Dali foram para o vale de Zared.

[12]Et inde moventes, venerunt ad torrentem Zared.

[13] Saindo de Zared, acamparam para além do Arnon, no deserto, nos limites do território dos amorreus. O Arnon, com efeito, serve de fronteira entre Moab e os amorreus.

[13]Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, et prominet in finibus Amorrhæi. Siquidem Arnon terminus est Moab, dividens Moabitas et Amorrhæos.

[14] É por isso que se diz no Livro das Guerras do Senhor: "Vaeb em Sufa, e as torrentes do Arnon,

[14]Unde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in mari Rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.

[15] e o declive dos vales que se inclina para o sítio de Ar e se apoia na fronteira de Moab...".

[15]Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Ar, et recumberent in finibus Moabitarum.

[16] Partindo dali, ganharam Beer, que é o poço a respeito do qual o Senhor disse a Moisés: "Reúne o povo, para que eu lhe dê água".

[16]Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, et dabo ei aquam.

[17] Então cantou Israel este cântico:

[17]Tunc cecinit Israël carmen istud: Ascendat puteus. Concinebant:

[18] "Brota, ó poço! Cantai-lhe! Poço cavado pelos príncipes, aberto pelos nobres do povo com cetro e com bastões!".

[18]Puteus, quem foderunt principes et paraverunt duces multitudinis in datore legis, et in baculis suis. De solitudine, Matthana.

[19] Do deserto foram a Matana; de Matana a Naaliel; de Naaliel a Bamot;

[19]De Matthana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth.

[20] de Bamot ao vale que está nos campos de Moab, no cimo do Fasga, que domina o deserto.

[20]De Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum.

[21] Israel mandou mensageiros a Seon, rei dos amorreus, para lhe dizer:

[21]Misit autem Israël nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens:

[22] "Permite-nos passar pela tua terra. Não nos desviaremos nem para os campos, nem para as vinhas, e não beberemos a água dos poços; mas seguiremos a estrada real até que tenhamos atravessado tuas fronteiras".

[22]Obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros et vineas; non bibemus aquas ex puteis: via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos.

[23] Seon, porém, não quis permitir que Israel passasse pelo seu território. Ao contrário, ajuntou suas tropas e partiu ao encontro de Israel no deserto. Veio a Jasa e combateu contra Israel.

[24] Porém, Israel o feriu com o fio da espada e apoderou-se de toda a sua terra, desde o Arnon até o Jaboc, fronteira dos amonitas, porque essa fronteira era poderosa.

[25] Israel tomou todas as cidades dos amorreus e estabeleceu-se em Hesebon e nas suas aldeias.

[26] Hesebon era a cidade de Seon, rei dos amorreus, o qual tinha feito guerra ao rei precedente de Moab e tinha-lhe tomado toda a sua terra até o Arnon.

[27] Por isso, os poetas dizem: "Vinde a Hesebon! Vai ser reconstruída, vai ser fortificada a cidade de Seon!

[28] Porque um fogo saiu de Hesebon, uma chama, da cidade de Seon, e devorou Ar-Moab e os Baal das alturas do Arnon.

[29] Ai de ti, Moab! Estás perdido, povo de Camos! Entregaram seus filhos fugitivos e suas filhas cativas a Seon, rei dos amorreus.

[30] Nós os crivamos de flechas; Hesebon está destruída até Dibon. Devastamos até Nofe, incendiamos até Mádaba".

[31] Israel estabeleceu-se na terra dos amorreus.

[32] Moisés enviou exploradores a Jazer, e os israelitas tomaram-na juntamente com suas aldeias, expulsando os amorreus que aí se encontravam.

[33] Depois mudaram de direção e subiram pelo caminho de Basã. Og, rei de Basã, foi-lhes ao encontro com todo o seu povo, para combatê-los em Edrai.

[34] "Não o temas – disse o Senhor a Moisés – porque vou entregá-lo em tuas mãos, ele, o seu exército e a sua terra. Farão o mesmo que fizeste com Seon, rei dos amorreus, que morava em Hesebon."

[35] Feriram-no, pois, ele, seus filhos e todo o seu povo, de sorte que não ficou um sequer, e se apoderaram de sua terra.

[23]Qui concedere noluit ut transiret Israël per fines suos: quin potius exercitu congregato, egressus est obviam in desertum, et venit in Jasa, pugnavitque contra eum.

[24]A quo percussus est in ore gladii, et possessa est terra ejus ab Arnon usque Jeboc, et filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum.

[25]Tulit ergo Israël omnes civitates ejus, et habitavit in urbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, et viculis ejus.

[8]et eduxit nos de Ægypto in manu forti, et brachio extento, in ingenti pavore, in signis atque portentis:

[9]et introduxit ad locum istum, et tradidit nobis terram lacte et melle manantem.

[10]Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui, et adorato Domino Deo tuo.

[11]Et epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi et domui tuæ, tu et Levites, et advena qui tecum est.

[12]Quando compleveris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Levitæ, et advenæ, et pupillo et viduæ, ut comedant intra portas tuas, et saturentur:

[13]loquerisque in conspectu Domini Deo tui: Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, et dedi illud Levitæ et advenæ, et pupillo ac viduæ, sicut jussisti mihi: non præterivi mandata tua, nec sum oblitus imperii tui.

[14]Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quidquam in re funebri. Obedivi voci Domini Dei mei, et feci omnia sicut præcepisti mihi.

[14] Não comi dessas coisas durante o meu luto, nem delas separei coisa alguma em estado de impureza, e delas nada dei a um morto. Obedeci à voz do Senhor meu Deus e conformei-me inteiramente às vossas ordens.

[15] Olhai de vossa santa morada, do alto dos céus, e abençoai vosso povo de Israel, e a terra que nos destes, como jurastes a nossos pais, terra que mana leite e mel'."

[16] "O Senhor, teu Deus, ordena-te hoje que guardes estas leis e estes preceitos. Observa-os cuidadosamente e pratica-os de todo o teu coração e de toda a tua alma.

[17] Hoje, fizeste o Senhor, teu Deus, prometer que ele seria teu Deus, e que andarias nos seus caminhos, observando suas leis, seus mandamentos e seus preceitos, e obedecendo-lhe fielmente.

[18] E o Senhor fez-te prometer neste dia, também de tua parte, que serias um povo que lhe pertenceria de maneira exclusiva, como te disse, e que observarias todos os seus mandamentos,

[19] para que ele te eleve em glória, renome e esplendor, acima de todas as nações que criou, e sejas, assim, um povo consagrado ao Senhor, teu Deus, como te disse."

[15]Respice de sanctuario tuo, et de excelso cælorum habitaculo, et benedic populo tuo Israël, et terræ, quam dedisti nobis, sicut jurasti patribus nostris, terræ lacte et melle mananti.

[16]Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi ut facias mandata hæc atque judicia: et custodias et impleas ex toto corde tuo, et ex tota anima tua.

[17]Dominum elegisti hodie, ut sit tibi Deus, et ambules in viis ejus, et custodias cæremonias illius, et mandata atque judicia, et obedias ejus imperio.

[18]Et Dominus elegit te hodie ut sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, et custodias omnia præcepta illius:

[19]et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creavit, in laudem, et nomen, et gloriam suam: ut sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

## Deuteronômio 27

[1] Moisés e os anciãos de Israel deram ao povo a seguinte ordem: "Observareis todos os mandamentos que hoje vos prescrevo.

[2] Quando tiverdes passado o Jordão e entrado na terra que te dá o Senhor, teu Deus, levantarás umas pedras grandes que revestirás de cal.

[3] Escreverás nelas o texto desta lei, depois que tiveres passado e entrado na terra que mana leite e mel, terra que te dá o Senhor, teu Deus, como prometeu a teus pais.

[4] Quando, pois, tiverdes passado o Jordão, levantareis essas pedras no monte Ebal, revestindo-as de cal, como hoje vos ordeno.

## Deuteronomium 27

[1]Præcepit autem Moyses et seniores Israël populo, dicentes: Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie.

[2]Cumque transieritis Jordanem in terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, et calce lævigabis eos,

[3]ut possis in eis scribere omnia verba legis hujus, Jordane transmisso: ut introëas terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte et melle manantem, sicut juravit patribus tuis.

[4]Quando ergo transieritis Jordanem, erigite lapides, quos ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, et lævigabis eos calce:

[5]et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus, quos ferrum non tetigit,

[5] Construirás ali um altar de pedras ao Senhor, teu Deus, com pedras que o ferro não tenha tocado.

[6] Construirás, pois, o altar do Senhor, teu Deus, com pedras brutas, e oferecerás nele holocaustos ao Senhor, teu Deus.

[7] Oferecerás também sacrifícios pacíficos dos quais comerás no mesmo lugar, alegrando-te diante do Senhor, teu Deus.

[8] Escreverás nas pedras o texto completo desta lei, em caracteres distintos e claros".

[9] Moisés e os sacerdotes levíticos dirigiram então a palavra a todo o Israel nestes termos: "Guarda silêncio, e ouve, ó Israel! Hoje te tornaste o povo do Senhor, teu Deus.

[10] Obedece, pois, à sua voz e guarda os seus mandamentos e suas leis que hoje te prescrevo".

[11] No mesmo dia, Moisés ordenou ao povo o seguinte:

[12] "Quando tiverdes passado o Jordão, estarão sobre o monte Garizim para abençoar o povo: Simeão, Levi, Judá, Issacar, José e Benjamim;

[13] e sobre o monte Ebal, para amaldiçoar: Rúben, Gad, Aser, Zabulon, Dã e Neftali.

[14] E os levitas tomarão a palavra e dirão em alta voz a todos os homens de Israel:

[15] Maldito o homem que fabrica ídolo de madeira ou metal (abominação para o Senhor, obra de mãos de artesão), e o erige mesmo que seja em lugar escondido! – E todo o povo responderá: 'Amém!'."

[16] Maldito o que despreza o pai e a mãe! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[17] Maldito o que desloca o marco do vizinho! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[18] Maldito o que desvia o cego do caminho! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[19] Maldito o que viola o direito do estrangeiro, do órfão e da viúva! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[20] Maldito o que se deita com a mulher de seu pai, porque levanta a coberta do leito paterno! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[6]et de saxis informibus et impolitis: et offeres super eo holocausta Domino Deo tuo,

[7]et immolabis hostias pacificas, comedesque ibi, et epulaberis coram Domino Deo tuo.

[8]Et scribes super lapides omnia verba legis hujus plane et lucide.

[9]Dixeruntque Moyses et sacerdotes Levitici generis ad omnem Israëlem: Attende, et audi, Israël: hodie factus es populus Domini Dei tui:

[10]audies vocem ejus, et facies mandata atque justitias, quas ego præcipio tibi.

[11]Præcepitque Moyses populo in die illo, dicens:

[12]Hi stabunt ad benedicendum populo super montem Garizim, Jordane transmisso: Simeon, Levi, Judas, Issachar, Joseph, et Benjamin.

[13]Et e regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad, et Aser, et Zabulon, Dan, et Nephthali.

[14]Et pronuntiabunt Levitæ, dicentque ad omnes viros Israël excelsa voce:

[15]Maledictus homo qui facit sculptile et conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito: et respondebit omnis populus, et dicet: Amen.

[16]Maledictus qui non honorat patrem suum, et matrem: et dicet omnis populus: Amen.

[17]Maledictus qui transfert terminos proximi sui: et dicet omnis populus: Amen.

[18]Maledictus qui errare facit cæcum in itinere: et dicet omnis populus: Amen.

[19]Maledictus qui pervertit judicium advenæ, pupilli et viduæ: et dicet omnis populus: Amen.

[20]Maledictus qui dormit cum uxore patris sui, et revelat operimentum lectuli ejus: et dicet omnis populus: Amen.

[21]Maledictus qui dormit cum omni jumento: et dicet omnis populus: Amen.

[21] Maldito o que peca com um animal qualquer! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[22] Maldito o que se deita com sua irmã, filha de seu pai ou de sua mãe! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[23] Maldito o que se deita com a sua sogra! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[24] Maldito o que se oculta para matar o próximo! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[25] Maldito o que aceita gratificação para levar à morte o inocente! – E todo o povo dirá: 'Amém!'.

[26] Maldito o que não conserva as palavras desta lei e não a cumpre! – E todo o povo dirá: 'Amém!'."

[22]Maledictus qui dormit cum sorore sua, filia patris sui, vel matris suæ: et dicet omnis populus: Amen.

[23]Maledictus qui dormit cum socru sua: et dicet omnis populus: Amen.

[24]Maledictus qui clam percusserit proximum suum: et dicet omnis populus: Amen.

[25]Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis: et dicet omnis populus: Amen.

[26]Maledictus qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit: et dicet omnis populus: Amen.

## Deuteronômio 28

[1] "Se obedeceres fielmente à voz do Senhor, teu Deus, praticando cuidadosamente todos os seus mandamentos que hoje te prescrevo, o Senhor, teu Deus, te elevará acima de todas as nações da terra.

[2] Estas são as bênçãos que virão sobre ti e te tocarão, se obedeceres à voz do Senhor, teu Deus:

[3] serás bendito na cidade e bendito nos campos;

[4] será bendito o fruto de tuas entranhas, o fruto de teu solo, o fruto de teu gado, as crias de tuas vacas e de tuas ovelhas;

[5] benditas serão a tua cesta e a tua amassadeira;

[6] serás bendito quando entrares e bendito quando saíres.

[7] O Senhor expulsará diante de ti todos os inimigos que te atacarem. Se vierem por um caminho contra ti, fugirão por sete caminhos diante de ti.

[8] O Senhor mandará que a bênção esteja contigo, em teus celeiros e em todas as tuas obras, e te abençoará na terra que te há de dar o Senhor, teu Deus.

[9] O Senhor te confirmará como um povo consagrado a ele, como te jurou, contanto

## Deuteronomium 28

[1]Si autem audieris vocem Domini Dei tui, ut facias atque custodias omnia mandata ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra.

[2]Venientque super te universæ benedictiones istæ, et apprehendent te: si tamen præcepta ejus audieris.

[3]Benedictus tu in civitate, et benedictus in agro.

[4]Benedictus fructus ventris tui, et fructus terræ tuæ, fructusque jumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, et caulæ ovium tuarum.

[5]Benedicta horrea tua, et benedictæ reliquiæ tuæ.

[6]Benedictus eris tu ingrediens et egrediens.

[7]Dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgunt adversum te, corruentes in conspectu tuo: per unam viam venient contra te, et per septem fugient a facie tua.

[8]Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, et super omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in terra, quam acceperis.

[9]Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctum, sicut juravit tibi: si custodieris

que observes suas ordens e andes pelos seus caminhos.

[10] Todos os povos da terra verão, então, que és marcado com o nome do Senhor e terão medo.

[11] O Senhor, teu Deus, te cumulará de bens, multiplicará o fruto de tuas entranhas, o fruto de teus animais, o fruto de tua terra, na terra que jurou a teus pais dar-te.

[12] O Senhor abrirá para ti as suas preciosas reservas, o céu, para dar a seu tempo a chuva necessária à tua terra e para abençoar todo o trabalho de tuas mãos. Assim, emprestarás a muitas nações e de nenhuma receberás emprestado.

[13] O Senhor te porá à frente e não na cauda; estarás sempre no alto, jamais embaixo, contanto que obedeças às ordens do Senhor, teu Deus, que hoje te prescrevo, que as observes e as ponhas em prática,

[14] e não te desvies nem para a direita nem para a esquerda, de nenhuma das prescrições que hoje te dou, para seguires a outros deuses e dar-lhes culto.”

[15] “Mas se não obedeceres à voz do Senhor, teu Deus, se não praticares cuidadosamente todos os seus mandamentos e todas as suas leis que hoje te prescrevo, virão sobre ti e te alcançarão todas estas maldições:

[16] serás maldito na cidade e maldito nos campos;

[17] serão malditas tua cesta e tua amassadeira;

[18] será maldito o fruto de tuas entranhas, o fruto do teu solo, as crias de tuas vacas e de tuas ovelhas;

[19] serás maldito quando entrares e maldito serás quando saíres.

[20] O Senhor mandará contra ti a maldição, o pânico e a ameaça em todas as tuas empresas, até que sejas destruído e aniquilado sem demora, por causa da perversidade de tuas ações e por me teres abandonado.

mandata Domini Dei tui, et ambulaveris in viis ejus.

[10]Videbuntque omnes terrarum populi quod nomen Domini invocatum sit super te, et timebunt te.

[11]Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu uteri tui, et fructu jumentorum tuorum, fructu terræ tuæ, quam juravit Dominus patribus tuis ut daret tibi.

[12]Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum, ut tribuat pluviam terræ tuæ in tempore suo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, et ipse a nullo fœnus accipies.

[13]Constituet te Dominus in caput, et non in caudam: et eris semper supra, et non subter: si tamen audieris mandata Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, et custodieris et feceris,

[14]ac non declinaveris ab eis nec ad dexteram, nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neque colueris eos.

[15]Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, et facias omnia mandata ejus et cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, et apprehendent te.

[16]Maledictus eris in civitate, maledictus in agro.

[17]Maledictum horreum tuum, et maledictæ reliquiæ tuæ.

[18]Maledictus fructus ventris tui, et fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, et greges ovium tuarum.

[19]Maledictus eris ingrediens, et maledictus egrediens.

[20]Mittet Dominus super te famem et esuriem, et increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies: donec conterat te, et perdat velociter, propter adinventiones tuas pessimas in quibus reliquisti me.

[21]Adjungat tibi Dominus pestilentiam, donec consumat te de terra ad quam ingredieris possidendam.

[21] O Senhor te mandará a peste, até que ela te tenha apagado da terra em que vais entrar para possuí-la.

[22] O Senhor te ferirá de fraqueza, febre e inflamação, febre ardente e secura, carbúnculo e amarelão, flagelos que te perseguirão até que pereças.

[23] O céu que está por cima da tua cabeça será de bronze, e o solo será de ferro sob os teus pés.

[24] Em lugar da chuva, necessária à tua terra, o Senhor te dará pó e areia, que cairão do céu sobre ti até que pereças.

[25] O Senhor fará com que te ponhas em fuga diante dos teus inimigos. Se marchares contra eles por um caminho, por sete caminhos fugirás deles, e serás objeto de horror para todos os reinos da terra.

[26] Teu cadáver servirá de pasto a todas as aves do céu e a todos os animais da terra, sem que ninguém os expulse.

[27] O Senhor te ferirá de úlcera do Egito, de hemorroidas, de sarna e de outras doenças de pele incuráveis.

[28] O Senhor te ferirá de loucura, de cegueira e de embotamento de espírito.

[29] Andarás às apalpadelas em pleno meio-dia como o cego na escuridão; fracassarás em tuas empresas e não cessarás de ser oprimido e despojado, sem ninguém que te defenda.

[30] Receberás uma mulher, mas outro a possuirá; construirás uma casa, mas não a habitarás; plantarás uma vinha e não comerás os seus frutos.

[31] O teu boi será imolado sob os teus olhos, mas tu não comerás dele; teu jumento será arrebatado em tua presença e não te será jamais restituído; tuas ovelhas serão dadas aos teus inimigos, sem que ninguém te venha em socorro.

[32] Teus filhos e tuas filhas serão dados a um povo estrangeiro; os teus olhos o verão e se consumirão de dor, esperando-os, mas a tua mão ficará impotente.

[22]Percutiat te Dominus egestate, febri et frigore, ardore et æstu, et aëre corrupto ac rubigine, et persequatur donec pereas.

[23]Sit cælum, quod supra te est, æneum: et terra, quam calcas, ferrea.

[24]Det Dominus imbrem terræ tuæ pulverem, et de cælo descendat super te cinis, donec conteraris.

[25]Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos: per unam viam egrediaris contra eos, et per septem fugias, et dispergaris per omnia regna terræ,

[26]sitque cadaver tuum in escam cunctis volatilibus cæli, et bestiis terræ, et non sit qui abigat.

[27]Percutiat te Dominus ulcere Ægypti, et partem corporis, per quam stercora egeruntur, scabie quoque et prurigine: ita ut curari nequeas.

[28]Percutiat te Dominus amentia et cæcitate ac furore mentis,

[29]et palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, et non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam sustineas, et opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te.

[30]Uxorem accipias, et alius dormiat cum ea. Domum ædifices, et non habites in ea. Plantes vineam, et non vindemies eam.

[31]Bos tuus immoletur coram te, et non comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, et non reddatur tibi. Oves tuæ dentur inimicis tuis, et non sit qui te adjuvet.

[32]Filii tui et filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, et deficientibus ad conspectum eorum tota die, et non sit fortitudo in manu tua.

[33]Fructus terræ tuæ, et omnes labores tuos, comedat populus quem ignoras: et sis semper calumniam sustinens, et oppressus cunctis diebus,

[34]et stupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui.

[33] Os frutos de tua terra e de teu trabalho serão comidos por um povo que não conheces, e serás sem cessar oprimido e esmagado;

[34] enlouquecerás à vista de tudo o que teus olhos terão de ver.

[35] O Senhor te ferirá nos joelhos e nas coxas com uma úlcera maligna e incurável, e que se estenderá da planta dos pés ao alto da cabeça.

[36] O Senhor te levará a ti e ao teu rei que tiveres sobre ti, ao meio de um povo que nem tu nem teus pais conheceram. Ali renderás culto a outros deuses, deuses de pau e de pedra.

[37] Serás objeto de pasmo, de ludíbrio e de mofa para todos os povos no meio dos quais te conduzir o Senhor.

[38] Lançarás sementes em abundância nos teus campos, mas colherás pouco, porque o gafanhoto devastará tudo.

[39] Plantarás a vinha, e dela cuidarás, mas não beberás vinho, nem nada colherás, porque o verme devorará tudo.

[40] Terás oliveiras em tuas terras, mas não terás óleo, porque as olivas cairão.

[41] Gerarás filhos e filhas, mas não serão teus, porque irão para o cativeiro.

[42] O besouro consumirá todas as árvores e todos os frutos de teu solo.

[43] O estrangeiro que vive no meio de ti se elevará cada vez mais, ao passo que tu descerás na mesma medida.

[44] Ele te emprestará, mas não tu a ele; ele estará na frente e tu na cauda.

[45] Todas as maldições cairão sobre ti, te perseguirão e te alcançarão até que sejas exterminado, porque não ouviste a voz do Senhor, teu Deus, e não guardaste os mandamentos e as leis que ele te impôs.

[46] Serão para ti e para a tua raça como um sinal e prodígio para sempre.

[47] Visto que não serviste ao Senhor com alegria e bom coração, na abundância em que viveste,

[35]Percutiat te Dominus ulcere pessimo in genibus et in suris, sanarique non possis a planta pedis usque ad verticem tuum.

[36]Ducet te Dominus, et regem tuum, quem constitueris super te, in gentem, quam ignoras tu et patres tui: et servies ibi diis alienis, ligno et lapidi.

[37]Et eris perditus in proverbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus.

[38]Sementem multam jacies in terram, et modicum congregabis: quia locustæ devorabunt omnia.

[39]Vineam plantabis, et fodies: et vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vastabitur vermibus.

[40]Olivas habebis in omnibus terminis tuis, et non ungeris oleo: quia defluent, et peribunt.

[41]Filios generabis et filias, et non frueris eis: quoniam ducentur in captivitatem.

[42]Omnes arbores tuas et fruges terræ tuæ rubigo consumet.

[43]Advena, qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior: tu autem descendes, et eris inferior.

[44]Ipse fœnerabit tibi, et tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput, et tu eris in caudam.

[45]Et venient super te omnes maledictiones istæ, et persequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec servasti mandata ejus et cæremonias, quas præcepit tibi.

[46]Et erunt in te signa atque prodigia, et in semine tuo usque in sempiternum:

[47]eo quod non servieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitia, propter rerum omnium abundantiam.

[48]Servies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame, et siti, et nuditate, et omni penuria: et ponet jugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat.

[49]Adducet Dominus super te gentem de longinquo, et de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cujus linguam intelligere non possis:

[48] servirás na fome, na sede, na nudez e na mais extrema miséria os inimigos que o Senhor enviar contra ti. Ele te porá no pescoço um jugo de ferro até que sejas aniquilado.

[49] O Senhor suscitará contra ti das extremidades da terra uma nação longínqua, rápida como a águia, de uma língua bárbara,

[50] e um rosto feroz, que não terá respeito pelo velho nem piedade com o menino.

[51] Ela devorará o fruto de teus rebanhos e os produtos de teu solo, até que sejas aniquilado, e nada te deixará, nem trigo, nem vinho, nem óleo, nem a cria de tuas vacas, nem os filhotes de tuas ovelhas, até a tua ruína.

[52] Ela te sitiará em todas as tuas cidades, até que desabem os teus mais altos e mais fortes muros, em que punhas a tua confiança, em toda a terra que te tiver dado o Senhor, teu Deus.

[53] Comerás o fruto de tuas entranhas, a carne de teus filhos e de tuas filhas, que o Senhor, teu Deus, te tiver dado, tão grandes serão a angústia e a miséria a que te reduzirá o teu inimigo.

[54] O homem mais delicado de Israel, o mais mimoso, olhará com maus olhos o seu irmão, a mulher que repousa no seu seio e o que lhe resta ainda de filhos,

[55] não querendo repartir com nenhum deles a carne de seus filhos, da qual se alimentará ele mesmo, porque nada mais lhe restará no meio da miséria e da angústia a que te reduzirá o teu inimigo em todas as tuas cidades.

[56] A mulher mais delicada dentre vós, a mais mimosa, que nem sequer tentava pousar na terra a planta dos pés, por causa de sua excessiva brandura e delicadeza, olhará com maus olhos o marido que repousava no seu seio, seu filho e sua filha,

[57] (não querendo repartir com eles) as secundinas saídas de seu ventre e o filho que ela porá no mundo; porque em sua penúria de todas as coisas, ela os terá comido

[50]gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur parvuli,

[51]et devoret fructum jumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ: donec intereas, et non relinquat tibi triticum, vinum, et oleum, armenta boum, et greges ovium: donec te disperdat,

[52]et conterat in cunctis urbibus tuis, et destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus:

[53]et comedes fructum uteri tui, et carnes filiorum tuorum et filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, in angustia et vastitate qua opprimet te hostis tuus.

[54]Homo delicatus in te, et luxuriosus valde, invidebit fratri suo, et uxori, quæ cubat in sinu suo,

[55]ne det eis de carnibus filiorum suorum, quas comedet: eo quod nihil aliud habeat in obsidione et penuria, qua vastaverint te inimici tui intra omnes portas tuas.

[56]Tenera mulier et delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere, propter mollitiem et teneritudinem nimiam, invidebit viro suo, qui cubat in sinu ejus, super filii et filiæ carnibus,

[57]et illuvie secundarum, quæ egrediuntur de medio feminum ejus, et super liberis qui eadem hora nati sunt. Comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam in obsidione et vastitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas.

[58]Nisi custodieris et feceris omnia verba legis hujus, quæ scripta sunt in hoc volumine, et timueris nomen ejus gloriosum et terribile, hoc est, Dominum Deum tuum:

[59]augebit Dominus plagas tuas, et plagas seminis tui, plagas magnas et perseverantes, infirmitates pessimas et perpetuas:

[60]et convertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuisti, et adhærebunt tibi.

ocultamente, no meio da miséria e da angústia a que te reduzirá o teu inimigo em todas as tuas cidades.

58 Se não cuidares de observar todas as palavras desta lei, consignada neste livro, em sinal de reverência pelo nome glorioso e temível de Javé, teu Deus,

59 o Senhor te ferirá, bem como a tua posteridade, com pragas extraordinárias, pragas grandes e permanentes, doenças perniciosas e pertinazes.

60 Fará voltar contra ti todas as enfermidades do Egito que temias, e elas pegarão em ti.

61 Além disso, o Senhor enviará contra ti, até que sejas exterminado, toda sorte de enfermidades e pragas, que não estão escritas no livro desta lei.

62 Vós, que éreis numerosos como as estrelas do céu, sereis reduzidos a um punhado de homens, porque tu não obedeceste à voz do Senhor, teu Deus.

63 E assim como o Senhor se comprazia em vos fazer bem e em vos multiplicar, assim se comprazerá em vos fazer perecer e em vos exterminar. Sereis arrancados da terra em que entrardes para possuí-la.

64 O Senhor te dispersará entre todas as nações, de uma extremidade a outra da terra, e lá renderás culto a outros deuses, deuses de pau e de pedra, que nem tu nem teus pais conheceram.

65 Não haverá segurança para ti no meio desses povos, nem repouso para a planta de teus pés. O Senhor te dará ali um coração agitado, olhos lânguidos e uma alma desfalecida.

66 A tua vida estará como em suspenso diante de ti. Terás pavores de noite e de dia, sem nenhuma certeza de viver.

67 Pela manhã, dirás: 'Oxalá que fosse a tarde!'. E à tarde, dirás: 'Oxalá que fosse a manhã!'. Isso por causa do terror que possuirá o teu coração e do espetáculo que terão de ver os teus olhos.

68 O Senhor te reconduzirá em navios ao Egito, pelo caminho do qual eu te havia dito

61Insuper et universos languores, et plagas, quæ non sunt scriptæ in volumine legis hujus, inducet Dominus super te, donec te conterat:

62et remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cæli præ multitudine, quoniam non audisti vocem Domini Dei tui.

63Et sicut ante lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans: sic lætabitur disperdens vos atque subvertens, ut auferamini de terra, ad quam ingredieris possidendam.

64Disperget te Dominus in omnes populos, a summitate terræ usque ad terminos ejus: et servies ibi diis alienis, quos et tu ignoras et patres tui, lignis et lapidibus.

65In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pavidum, et deficientes oculos, et animam consumptam mœrore:

66et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte et die, et non credes vitæ tuæ.

67Mane dices: Quis mihi det vesperum? et vespere: Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, et propter ea, quæ tuis videbis oculis.

68Reducet te Dominus classibus in Ægyptum per viam de qua dixit tibi ut eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in servos et ancillas, et non erit qui emat.

que não o veríeis mais. E ali, quando vós vos venderdes aos vossos inimigos como escravos e como escravas, não haverá ninguém que vos compre.”

69 Eis as palavras da aliança que o Senhor ordenou a Moisés que fizesse com os israelitas na terra de Moab, além daquela que tinha feito com ele em Horeb.

## Deuteronômio 29

1 Moisés convocou todos os israelitas e disse-lhes: “Vistes tudo o que o Senhor fez diante de vossos olhos no Egito, ao faraó, à sua gente e à sua terra,

2 as grandes provas que se desenrolaram aos vossos olhos, esses sinais e extraordinários prodígios.

3 Até o presente, porém, o Senhor não vos deu um coração que entenda, nem olhos que vejam, nem ouvidos que ouçam.

4 Eu vos conduzi durante quarenta anos pelo deserto, sem que vossas vestes se gastassem sobre vós, nem os sapatos de vossos pés.

5 Não comestes pão, nem bebestes vinho ou cerveja, para que reconhecêsseis que eu sou o Senhor, vosso Deus.

6 Chegastes finalmente aqui. Seon, rei de Hesebon, e Og, rei de Basã, saíram contra nós para combater-nos, mas nós os vencemos.

7 Conquistamos sua terra e a repartimos entre os rubenitas, os gaditas e a meia tribo de Manassés.

8 Observareis, pois, as palavras dessa aliança e as poreis em prática, para serdes bem-sucedidos em todos os vossos empreendimentos.

9 Vós estais hoje todos em presença do Senhor, vosso Deus, vossos chefes, vossas tribos, vossos anciãos, vossos oficiais, todos os homens de Israel,

10 vossos filhos e vossas mulheres, o estrangeiro que mora no acampamento, desde o cortador de lenha até o carregador de água;

## Deuteronomium 29

1Hæc sunt verba fœderis quod præcepit Dominus Moysi ut feriret cum filiis Israël in terra Moab: præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb.

2Vocavitque Moyses omnem Israël, et dixit ad eos: Vos vidistis universa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti Pharaoni, et omnibus servis ejus, universæque terræ illius,

3tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa, portentaque ingentia,

4et non dedit vobis Dominus cor intelligens, et oculos videntes, et aures quæ possunt audire, usque in præsentem diem.

5Adduxit vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt.

6Panem non comedistis, vinum et siceram non bibistis: ut sciretis quia ego sum Dominus Deus vester.

7Et venistis ad hunc locum: egressusque est Sehon rex Hesebon, et Og rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percussimus eos,

8et tulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben et Gad, et dimidiæ tribui Manasse.

9Custodite ergo verba pacti hujus, et implete ea: ut intelligatis universa quæ facitis.

10Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, principes vestri, et tribus, ac majores natu, atque doctores, omnis populus Israël,

11liberi et uxores vestræ, et advena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum cæsoribus, et his qui comportant aquas:

[11] (estais todos) para entrar na aliança do Senhor, teu Deus, na aliança garantida com juramento, que o Senhor, teu Deus, faz neste dia contigo,

[12] a fim de fazer de ti o seu povo, e ele próprio ser o teu Deus, como te prometeu e jurou a teus pais, Abraão, Isaac e Jacó.

[13] Não só convosco faço esta aliança, garantida com juramento;

[14] faço-a também com todos os que estão aqui presentes entre nós diante do Senhor, nosso Deus e com todos os que não estão hoje aqui.

[15] Sabeis de que modo habitamos na terra do Egito, e conheceis nossas peregrinações entre os povos por entre os quais passastes;

[16] vistes suas abominações e seus ídolos infames de pau e de pedra, de prata e de ouro, que se acham entre eles.

[17] Não haja entre vós homem ou mulher, família ou tribo, cujo coração se desvie hoje do Senhor, nosso Deus, para oferecer culto aos deuses dessas nações; não haja entre vós raiz que produza cicuta e absinto.

[18] Que ninguém, ao ouvir as palavras deste juramento, se lisonjeie no seu coração, dizendo: 'Eu terei paz, mesmo que me obstine em seguir as minhas inclinações', porque o que está saciado seria arrastado com o que tem sede.

[19] O Senhor não o perdoaria, mas sua cólera e sua indignação se inflamariam contra ele; todas as maldições contidas neste livro viriam sobre ele, e o Senhor apagaria o seu nome de debaixo dos céus.

[20] O Senhor o separaria, para a sua desgraça, de todas as tribos de Israel, conforme todas as maldições da aliança escritas neste livro da lei.

[21] A geração vindoura, vossos filhos, que nascerem depois de vós, e o estrangeiro que vier de uma terra distante perguntarão, à vista dos flagelos e das calamidades com que o Senhor tiver afligido esta terra,

[22] à vista do enxofre e do sal, e deste solo abrasado, inculto e estéril, onde não cresce

[12]ut transeas in fœdere Domini Dei tui, et in jurejurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum:

[13]ut suscitet te sibi in populum, et ipse sit Deus tuus sicut locutus est tibi, et sicut juravit patribus tuis, Abraham, Isaac, et Jacob.

[14]Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, et hæc juramenta confirmo,

[15]sed cunctis præsentibus et absentibus.

[16]Vos enim nostis quomodo habitaverimus in terra Ægypti, et quomodo transierimus per medium nationum, quas transeuntes

[17]vidistis abominationes et sordes, id est, idola eorum, lignum et lapidem, argentum et aurum, quæ colebant.

[18]Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cujus cor aversum est hodie a Domino Deo nostro, ut vadat et serviat diis illarum gentium: et sit inter vos radix germinans fel et amaritudinem.

[19]Cumque audierit verba juramenti hujus, benedicat sibi in corde suo, dicens: Pax erit mihi, et ambulabo in pravitate cordis mei: et absumat ebria sitientem,

[20]et Dominus non ignoscat ei: sed tunc quam maxime furor ejus fumet, et zelus contra hominem illum, et sedeant super eum omnia maledicta, quæ scripta sunt in hoc volumine: et deleat Dominus nomen ejus sub cælo,

[21]et consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israël, juxta maledictiones, quæ in libro legis hujus ac fœderis continentur.

[22]Dicetque sequens generatio, et filii qui nascentur deinceps, et peregrini qui de longe venerint, videntes plagas terræ illius, et infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus,

[23]sulphure, et salis ardore comburens, ita ut ultra non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum subversionis Sodomæ et Gomorrhæ, Adamæ et Seboim, quas subvertit Dominus in ira et furore suo.

erva alguma – à semelhança da destruição de Sodoma e Gomorra, de Adama e de Seboim, que o Senhor devastou em sua cólera e em seu furor –

[23] todas essas nações perguntarão: 'Por que o fez assim o Senhor a esta terra, e de onde vem o ardor de tamanha cólera?'.

[24] E responderão: 'É porque abandonaram a aliança que o Senhor, o Deus de seus pais, tinha feito com eles quando os tirou do Egito,

[25] e serviram outros deuses, adorando deuses que não conheciam, e que o Senhor não lhes tinha indicado.

[26] A cólera do Senhor acendeu-se contra essa terra, e ele mandou sobre ela todas as maldições escritas neste livro.

[27] O Senhor, em sua cólera, seu furor e sua indignação, arrancou-os de sua terra e os exilou para uma terra estranha, como se vê hoje'.

[28] O que está oculto pertence ao Senhor, nosso Deus; o que foi revelado é para nós e para nossos filhos, para sempre, a fim de que ponhamos em prática todas as palavras desta lei."

[24]Et dicent omnes gentes: Quare sic fecit Dominus terræ huic? quæ est hæc ira furoris ejus immensa?

[25]Et respondebunt: Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de terra Ægypti:

[26]et servierunt diis alienis, et adoraverunt eos, quos nesciebant, et quibus non fuerant attributi:

[27]idcirco iratus est furor Domini contra terram istam, ut induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt:

[28]et ejecit eos de terra sua in ira et in furore, et in indignatione maxima, projecitque in terram alienam, sicut hodie comprobatur.

[29]Abscondita, Domino Deo nostro; quæ manifesta sunt, nobis et filiis nostris usque in sempiternum, ut faciamus universa verba legis hujus.

## Deuteronômio 30

[1] "Quando, pois, tiverem acontecido todas essas coisas e postas diante de ti a bênção ou a maldição, se tu as tomares a peito no meio de todas as nações entre as quais o Senhor, teu Deus, te tiver espalhado,

[2] e voltares então para o Senhor, e obedeceres à sua voz de todo o teu coração e de toda a tua alma, tu e os teus filhos, conformando-vos a tudo o que hoje vos ordeno,

[3] então o Senhor, teu Deus, reconduzirá teus cativos e terá piedade de ti, e te ajuntará de novo do meio das nações entre as quais te houver espalhado.

[4] Ainda que os teus exilados se encontrassem na extremidade dos céus, dali te tiraria o Senhor, teu Deus, e ali mesmo iria ele buscar-te.

## Deuteronomium 30

[1]Cum ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio sive maledictio, quam proposui in conspectu tuo: et ductus pœnitudine cordis tui in universis gentibus, in quas disperserit te Dominus Deus tuus,

[2]et reversus fueris ad eum, et obedieris ejus imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, et in tota anima tua:

[3]reducet Dominus Deus tuus captivitatem tuam, ac miserebitur tui, et rursum congregabit te de cunctis populis, in quos te ante dispersit.

[4]Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus,

[5]et assumet, atque introducet in terram, quam possederunt patres tui, et obtinebis

[5] O Senhor, teu Deus, te reconduzirá à terra que possuíam os teus pais e te dará a sua possessão. E te fará prosperar e multiplicar mais que os teus pais.

[6] O Senhor, teu Deus, te circuncidará o coração e o de tua descendência, para que ames o Senhor de todo o teu coração e de toda a tua alma, a fim de que possas viver.

[7] O Senhor, teu Deus, fará cair todas essas maldições sobre os teus inimigos e sobre aqueles que te perseguem com ódio.

[8] Tu, porém, voltarás a ouvir a voz do Senhor, e porás em prática todas as ordens que hoje te prescrevo.

[9] O Senhor, teu Deus, te encherá de bens em todas as obras de tuas mãos, no fruto de tuas entranhas, no fruto de teus animais e nos produtos de teu solo, porque o Senhor se comprazerá de novo em fazer-te feliz, como se comprazia no tempo de teus pais,

[10] contanto que obedeças à voz do Senhor, teu Deus, observando seus mandamentos e seus preceitos escritos neste livro da lei, e que voltes para o Senhor, teu Deus, de todo o teu coração e de toda a tua alma.

[11] O mandamento que hoje te dou não está acima de tuas forças, nem fora de teu alcance.

[12] Ele não está nos céus, para que digas: ‘Quem subirá ao céu para no-lo buscar e no-lo fazer ouvir para que o observemos?’.

[13] Não está tampouco do outro lado do mar, para que digas: ‘Quem atravessará o mar para no-lo buscar e no-lo fazer ouvir para que o observemos?’.

[14] Mas essa palavra está perto de ti, na tua boca e no teu coração, para que possas cumprir.

[15] Olha que hoje ponho diante de ti a vida com o bem, e a morte com o mal.

[16] Mando-te hoje que ames o Senhor, teu Deus, que andes em seus caminhos, observes seus mandamentos, suas leis e seus preceitos, para que vivas e te multipliques, e que o Senhor, teu Deus, te

eam: et benedicens tibi, majoris numeri te esse faciat quam fuerunt patres tui.

[6]Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, et cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, et in tota anima tua, ut possis vivere.

[7]Omnes autem maledictiones has convertet super inimicos tuos, et eos qui oderunt te et persequuntur.

[8]Tu autem reverteris, et audies vocem Domini Dei tui, faciesque universa mandata quæ ego præcipio tibi hodie:

[9]et abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole uteri tui, et in fructu jumentorum tuorum, in ubertate terræ tuæ, et in rerum omnium largitate. Revertetur enim Dominus, ut gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gavisus est in patribus tuis:

[10]si tamen audieris vocem Domini Dei tui, et custodieris præcepta ejus et cæremonias, quæ in hac lege conscripta sunt: et revertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, et in tota anima tua.

[11]Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum,

[12]nec in cælo situm, ut possis dicere: Quis nostrum valet ad cælum ascendere, ut deferat illud ad nos, et audiamus atque opere compleamus?

[13]neque trans mare positum: ut causeris, et dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, et illud ad nos usque deferre, ut possimus audire et facere quod præceptum est?

[14]sed juxta te est sermo valde, in ore tuo, et in corde tuo, ut facias illum.

[15]Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo, vitam et bonum, et e contrario mortem et malum:

[16]ut diligas Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et custodias mandata illius ac cæremonias atque judicia: et vivas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in terra, ad quam ingredieris possidendam.

abençoe na terra em que vais entrar para possuí-la.

[17] Se, porém, o teu coração se afastar, se não obedeceres e se te deixares seduzir para te prostrares diante de outros deuses e adorá-los,

[18] eu te declaro neste dia: perecereis seguramente e não prolongareis os vossos dias na terra em que ides entrar para possuí-la, ao passar o Jordão.

[19] Tomo hoje por testemunhas o céu e a terra contra vós: ponho diante de ti a vida e a morte, a bênção e a maldição. Escolhe, pois, a vida, para que vivas com a tua posteridade,

[20] amando o Senhor, teu Deus, obedecendo à sua voz e permanecendo unido a ele. Porque é esta a tua vida e a longevidade dos teus dias na terra que o Senhor jurou dar a Abraão, Isaac e Jacó, teus pais."

[17]Si autem aversum fuerit cor tuum, et audire nolueris, atque errore deceptus adoraveris deos alienos, et servieris eis:

[18]prædico tibi hodie quod pereas, et parvo tempore moreris in terra, ad quam, Jordane transmisso, ingredieris possidendam.

[19]Testes invoco hodie cælum et terram, quod proposuerim vobis vitam et mortem, benedictionem et maledictionem. Elige ergo vitam, ut et tu vivas, et semen tuum:

[20]et diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci ejus, et illi adhæreas (ipse est enim vita tua, et longitudo dierum tuorum), ut habites in terra, pro qua juravit Dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, et Jacob, ut daret eam illis.

## Deuteronômio 31

[1] Moisés dirigiu ainda a todo o Israel o discurso seguinte:

[2] "Eis-me hoje com a idade de cento e vinte anos; não posso mais ir e vir, e o Senhor disse-me que eu não passaria o Jordão.

[3] O Senhor, teu Deus, passará diante de ti; ele mesmo exterminará essas nações para que possuas a sua terra. E Josué vos conduzirá, como o declarou o Senhor.

[4] O Senhor fará a esses povos como fez a Seon e a Og, reis dos amorreus, e à sua terra, aniquilando-os.

[5] O Senhor vo-los entregará, e vós os tratareis exatamente como vos ordenei.

[6] Coragem! E sede fortes. Nada vos atemorize, e não os temais, porque é o Senhor, vosso Deus, que marcha à vossa frente: ele não vos deixará nem vos abandonará".

[7] Moisés chamou em seguida Josué e disse-lhe em presença de todo o Israel: "Mostra-te varonil e corajoso, porque entrarás com esse povo na terra que o Senhor jurou a seus pais dar-lhes, e a repartirás entre eles.

## Deuteronomium 31

[1]Abiit itaque Moyses, et locutus est omnia verba hæc ad universum Israël,

[2]et dixit ad eos: Centum viginti annorum sum hodie; non possum ultra egredi et ingredi, præsertim cum et Dominus dixerit mihi: Non transibis Jordanem istum.

[3]Dominus ergo Deus tuus transibit ante te: ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, et possidebis eas: et Josue iste transibit ante te, sicut locutus est Dominus.

[4]Facietque Dominus eis sicut fecit Sehon et Og regibus Amorrhæorum, et terræ eorum, delebitque eos.

[5]Cum ergo et hos tradiderit vobis, similiter facietis eis, sicut præcepi vobis.

[6]Viriliter agite, et confortamini: nolite timere, nec paveatis ad conspectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, et non dimittet, nec derelinquet te.

[7]Vocavitque Moyses Josue, et dixit ei coram omni Israël: Confortare, et esto robustus: tu enim introduces populum istum in terram, quam daturum se patribus eorum juravit Dominus, et tu eam sorte divides.

[8] O Senhor mesmo marchará diante de ti, e estará contigo, e não te deixará nem te abandonará. Nada temas, e não te amedrontes”.

[9] Moisés escreveu essa lei e deu-a aos sacerdotes filhos de Levi, que levavam a arca da aliança do Senhor, bem como a todos os anciãos de Israel,

[10] dando-lhes esta ordem: “Ao fim de cada sete anos, no ano da remissão, por ocasião da festa dos Tabernáculos,

[11] quando todo o Israel vier apresentar-se diante do Senhor, vosso Deus, no lugar escolhido por ele, tu farás a leitura dessa lei a todo o povo israelita.

[12] Juntarás todo o povo num mesmo lugar, homens, mulheres, crianças e o estrangeiro que habita em tuas cidades, para que, ouvindo essa leitura, aprendam a temer o Senhor, vosso Deus, e ponham cuidadosamente em prática todas as prescrições dessa lei.

[13] Seus filhos, que delas não tiverem conhecimento, as ouvirão, e aprenderão a respeitar o Senhor, vosso Deus, em todo o tempo que viverdes nesta terra, cuja posse ides tomar ao passar o Jordão”.

[14] O Senhor disse a Moisés: “Aproxima-se o dia de tua morte. Chama Josué e apresentai-vos na tenda de reunião, para que eu lhe dê minhas ordens”. Apresentaram-se, pois, Moisés e Josué na tenda de reunião.

[15] E o Senhor apareceu ali na coluna de fumaça, a qual parou à entrada do pavilhão.

[16] O Senhor disse a Moisés: “Eis que vais repousar com teus pais, e esse povo irá prostituir-se aos deuses estrangeiros, entre os quais vai habitar. Ele me abandonará e violará a aliança que fiz com ele.

[17] Naquele dia, o meu furor se acenderá contra esse povo: eu o abandonarei e esconderei a minha face, e ele será devorado, uma multidão de males e angústias virá sobre ele, o que lhe fará dizer: ‘É certamente porque meu Deus não está mais comigo que me vêm todos esses males’.

[8]Et Dominus qui ductor est vester, ipse erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paveas.

[9]Scripsit itaque Moyses legem hanc, et tradidit eam sacerdotibus filiis Levi, qui portabant arcam fœderis Domini, et cunctis senioribus Israël.

[10]Præcepitque eis, dicens: Post septem annos, anno remissionis, in solemnitate tabernaculorum,

[11]convenientibus cunctis ex Israël, ut appareant in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus, leges verba legis hujus coram omni Israël, audientibus eis,

[12]et in unum omni populo congregato, tam viris quam mulieribus, parvulis, et advenis, qui sunt intra portas tuas: ut audientes discant, et timeant Dominum Deum vestrum, et custodiant, impleantque omnes sermones legis hujus.

[13]Filii quoque eorum qui nunc ignorant, ut audire possint, et timeant Dominum Deum suum cunctis diebus quibus versantur in terra, ad quam vos, Jordane transmisso, pergitis obtinendam.

[14]Et ait Dominus ad Moysen: Ecce prope sunt dies mortis tuæ: voca Josue, et state in tabernaculo testimonii, ut præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses et Josue, et steterunt in tabernaculo testimonii:

[15]apparuitque Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi.

[16]Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, et populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in terra, ad quam ingreditur ut habitet in ea: ibi derelinquet me, et irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo.

[17]Et irascetur furor meus contra eum in die illo: et derelinquam eum, et abscondam faciem meam ab eo, et erit in devorationem: invenient eum omnia mala et afflictiones, ita ut dicat in illo die: Vere quia non est Deus mecum, invenerunt me hæc mala.

[18] Eu, porém, ocultarei completamente a minha face naquele momento, por causa do mal que fez o povo, seguindo outros deuses.

[19] E agora, escrevei este cântico, ensinai-o aos israelitas e ponde-o nos seus lábios, para que me sirva de testemunho contra eles.

[20] Com efeito, quando eu os tiver introduzido na terra que mana leite e mel, que prometi a seus pais lhes dar, depois que tiverem comido, e se tiverem saciado e engordado, se voltarão para outros deuses e lhes renderão culto, desprezando-me e violando a minha aliança.

[21] Depois que tiverem caído sobre eles muitos males e angústias, deporá contra eles este cântico que seus descendentes repetirão de memória. Eu conheço as disposições que animam esse povo desde o presente, antes mesmo que o tenha introduzido na terra que lhe jurei dar".

[22] Nesse mesmo dia, Moisés redigiu o cântico e o ensinou aos israelitas.

[23] O Senhor deu a Josué, filho de Nun, as seguintes ordens: "Mostra-te varonil e corajoso, porque tu introduzirás os israelitas na terra que lhes jurei dar; e estarei contigo".

[24] Quando Moisés acabou de escrever todo o texto desta lei,

[25] deu aos levitas, que levavam a arca da aliança do Senhor, esta ordem:

[26] "Tomai este livro da lei e colocai-o ao lado da arca da aliança do Senhor, vosso Deus, para aí servir de testemunho contra ti,

[27] porque conheço teu espírito de revolta e sei que tens a cerviz dura. Se hoje, que ainda estou vivo no meio de vós, sois rebeldes ao Senhor, quanto mais o sereis depois de minha morte.

[28] Reuni junto de mim todos os anciãos de vossas tribos e vossos magistrados, para lhes dirigir estas palavras e tomarei o céu e a terra como testemunhas contra eles.

[29] Pois sei que depois de minha morte vos corrompereis certamente e vos desviareis

[18]Ego autem abscondam, et celabo faciem meam in die illo propter omnia mala, quæ fecit, quia secutus est deos alienos.

[19]Nunc itaque scribite vobis canticum istud, et docete filios Israël: ut memoriter teneant, et ore decantent, et sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israël.

[20]Introducam enim eum in terram, pro qua juravi patribus ejus, lacte et melle manantem. Cumque comederint, et saturati, crassique fuerint, avertentur ad deos alienos, et servient eis: detrahentque mihi, et irritum facient pactum meum.

[21]Postquam invenerint eum mala multa et afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit oblivio ex ore seminis sui. Scio enim cogitationes ejus, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in terram, quam ei pollicitus sum.

[22]Scripsit ergo Moyses canticum, et docuit filios Israël.

[23]Præcepitque Dominus Josue filio Nun, et ait: Confortare, et esto robustus: tu enim introduces filios Israël in terram, quam pollicitus sum, et ego ero tecum.

[24]Postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit,

[25]præcepit Levitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens:

[26]Tollite librum istum, et ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: ut sit ibi contra te in testimonium.

[27]Ego enim scio contentionem tuam, et cervicem tuam durissimam. Adhuc vivente me et ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero?

8 Gedeão guardou os víveres do povo e suas trombetas e despediu todos os israelitas, cada um para a sua tenda, só conservando os trezentos homens. O acampamento madianita estava embaixo, na planície.

9 Durante a noite seguinte, o Senhor disse a Gedeão: “Levanta-te e ataca o acampamento, pois eu entreguei em tuas mãos.

10 Todavia, se tens medo de descer só, leva contigo Fara, teu servo.

11 Ouvirás o que eles dizem, e te sentirás assim encorajado para atacar o acampamento”. Gedeão desceu, pois, com Fara, seu servo, até onde estavam os postos avançados do acampamento.

12 Ora, os madianitas, os amalecitas e todos os filhos do oriente estavam espalhados pelo vale, tão numerosos como gafanhotos e seus camelos eram também inumeráveis como a areia das praias.

13 No momento em que Gedeão se aproximou, um homem estava justamente contando um sonho ao seu companheiro: “Eis – dizia ele – o sonho que tive: Um pão de cevada rolava sobre o acampamento de Madiã e, chocando-se com a tenda, lançou-a completamente por terra”. O companheiro respondeu:

vadat, ipse pergat; quem ire prohibuero, revertatur.

5Cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt.

6Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os projiciente lambuerunt aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat.

7Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, et tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum.

8Sumptis itaque pro numero cibariis et tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua: et ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle.

9Eadem nocte dixit Dominus ad eum: Surge, et descende in castra: quia tradidi eos in manu tua.

10Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus.

11Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, et securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse et Phara puer ejus in partem castrorum, ubi erant armatorum vigiliæ.

12Madian autem et Amalec, et omnes orientales populi, fusi jacebant in valle, ut locustarum multitudo: cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena quæ jacet in littore maris.

13Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: et in hunc modum referebat quod viderat: Vidi somnium, et videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volvi, et in castra Madian descendere: cumque pervenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subvertit, et terræ funditus coæquavit.

[14] "Isso não é outra coisa senão a espada de Gedeão, filho de Joás, o israelita. Deus entregou em suas mãos Madiã e todo o acampamento".

[15] Tendo ouvido a narração e a interpretação desse sonho, Gedeão prostrou-se por terra. Voltou ao acampamento israelita e disse: "Levantai-vos, porque o Senhor vos entregou nas mãos o acampamento dos madianitas!".

[16] Dividiu os trezentos homens em três grupos e pôs nas mãos de todos trombetas e ânforas vazias, levando estas dentro uma tocha acesa.

[17] "Olhai para mim – disse ele – e fazei como eu. Quando eu chegar aos limites do acampamento, fazei o que eu fizer.

[18] Tocarei a trombeta com aqueles que me acompanham, e então tocareis também as vossas em volta de todo o acampamento, gritando: 'Pelo Senhor e por Gedeão!'."

[19] Gedeão com seus cem homens chegaram aos limites do acampamento no princípio da segunda vigília, quando se rendiam as sentinelas, e começaram a tocar as trombetas, quebrando ao mesmo tempo as ânforas que tinham na mão.

[20] Então os três batalhões tocaram (também) as trombetas e quebraram as ânforas. Tomando as tochas na mão esquerda e as trombetas na direita para tocar, gritaram: "À espada pelo Senhor e por Gedeão!".

[21] Cada um ficou em seu lugar, ao redor do acampamento; todo o acampamento se pôs a correr e fugiram, gritando.

[22] Os trezentos homens continuavam a tocar as trombetas, enquanto, por todo o acampamento, o Senhor fez com que os madianitas voltassem a espada uns contra os outros, e o exército fugiu até Bet-Seta, para os lados de Sarera e até os limites de Abel-Meúla, junto de Tebat.

[23] Juntaram-se então aos israelitas as tribos de Neftali e de Aser e todo o Manassés, e perseguiram os madianitas.

[14]Respondit is, cui loquebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filii Joas viri Israëlitæ: tradidit enim Dominus in manus ejus Madian, et omnia castra ejus.

[15]Cumque audisset Gedeon somnium, et interpretationem ejus, adoravit: et reversus est ad castra Israël, et ait: Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian.

[16]Divisitque trecentos viros in tres partes, et dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum.

[17]Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, et quod fecero, sectamini.

[18]Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite, et conclamate: Domino et Gedeoni.

[19]Ingressusque est Gedeon, et trecenti viri qui erant cum eo, in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ: et custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, et complodere inter se lagenas.

[20]Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, et hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, et dextris sonantes tubas, clamaveruntque: Gladius Domini et Gedeonis:

[21]stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia itaque castra turbata sunt, et vociferantes ululantesque fugerunt:

[22]et nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. Immisitque Dominus gladium omnibus castris, et mutua se cæde truncabant,

[23]fugientes usque ad Bethsetta, et crepidinem Abelmehula in Tebbath. Conclamantes autem viri Israël de Nephthali, et Aser, et omni Manasse, persequebantur Madian.

[24]Misitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim, dicens: Descendite in occursum Madian, et occupate aquas usque Bethbera atque Jordanem. Clamavitque

[24] Gedeão enviou mensageiros por todo o monte de Efraim, para avisar: "Descei ao encontro dos madianitas e cortai-lhes a passagem das águas até Bet-Bera e até os vaus do Jordão". Juntaram-se, pois, os homens de Efraim e ocuparam as passagens até Bet-Bera, e igualmente os vaus do Jordão.

[25] Tendo capturado dois chefes madianitas, Oreb e Zeb, mataram Oreb no rochedo de Oreb, e Zeb no lagar de Zeb. E continuaram a perseguir os madianitas, levando as cabeças de Oreb e de Zeb a Gedeão, no outro lado do Jordão.

omnis Ephraim, et præoccupavit aquas atque Jordanem usque Bethbera.

[25]Apprehensosque duos viros Madian, Oreb et Zeb, interfecit Oreb in petra Oreb, Zeb vero in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb et Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Jordanis.

## Juízes 8

[1] Os homens de Efraim disseram a Gedeão: "Por que nos trataste assim, não nos chamando a pelejar contigo contra Madiã?". E houve entre eles uma violenta discussão.

[2] Gedeão respondeu-lhes: "Que fiz eu, ao lado do que vós fizestes? Porventura não valem mais os cachos de Efraim que as vindimas de Abiezer?

[3] Foi nas vossas mãos que o Senhor entregou os príncipes de Madiã, Oreb e Zeb. Que pude eu, pois, fazer em comparação ao que vós fizestes?". E, com essas palavras, aquietaram-se.

[4] Gedeão chegou ao Jordão e passou-o com seus trezentos homens, continuando a perseguir o inimigo, apesar de sua fadiga.

[5] Chegando a Sucot, disse aos seus moradores: "Dai, peço-vos, pão aos homens que me acompanham, porque estão muito cansados; estou perseguindo Zebá e Sálmana, reis de Madiã".

[6] Os chefes de Sucot responderam-lhe: "Tens já talvez em teu poder o punho de Zebá e de Sálmana para que possamos dar pão à tua tropa?".

[7] "Pois bem – replicou Gedeão – quando o Senhor me houver entregue nas mãos Zebá e Sálmana, eu vos rasgarei a pele com espinhos e abrolhos do deserto!"

## Judicum 8

[1]Dixeruntque ad eum viri Ephraim: Quid est hoc quod facere voluisti, ut nos non vocares, cum ad pugnam pergeres contra Madian? jurgantes fortiter, et prope vim inferentes.

[2]Quibus ille respondit: Quod enim tale facere potui, quale vos fecistis? nonne melior est racemus Ephraim, vindemiis Abiezer?

[3]In manus vestras Dominus tradidit principes Madian, Oreb et Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cum locutus esset, requievit spiritus eorum, quo tumebant contra eum.

[4]Cumque venisset Gedeon ad Jordanem, transivit eum cum trecentis viris, qui secum erant: et præ lassitudine, fugientes persequi non poterant.

[5]Dixitque ad viros Soccoth: Date, obsecro, panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt: ut possimus persequi Zebee et Salmana reges Madian.

[6]Responderunt principes Soccoth: Forsitan palmæ manuum Zebee et Salmana in manu tua sunt, et idcirco postulas ut demus exercitui tuo panes.

[7]Quibus ille ait: Cum ergo tradiderit Dominus Zebee et Salmana in manus meas, conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti.

[8]Et inde conscendens, venit in Phanuel: locutusque est ad viros loci illius similia. Cui

[8] Dali subiu a Fanuel, onde fez o mesmo pedido, mas obteve a mesma resposta que em Sucot.

[9] Gedeão disse-lhes: “Quando eu voltar vitorioso, destruirei esta torre”.

[10] Zebá e Sálmana estavam então em Carcar com o seu forte exército, cerca de quinze mil homens, que eram o restante de todo o exército dos filhos do oriente, pois haviam já perecido cento e vinte mil combatentes que manejavam a espada.

[11] Gedeão subiu pelo caminho dos nômades, ao oriente de Nob e de Jegbaa, e feriu o acampamento dos inimigos que se julgavam perfeitamente seguros.

[12] Zebá e Sálmana, reis de Madiã, fugiram, mas foram perseguidos e presos por Gedeão, depois de ter derrotado toda a sua guarnição.

[13] Gedeão, filho de Joás, voltou da batalha pela subida de Hares.

[14] Deteve um jovem entre os habitantes de Sucot e fez-lhe perguntas. Este escreveu-lhe uma lista com setenta e sete nomes dos chefes de Sucot e dos anciãos.

[15] Gedeão veio ter com os habitantes de Sucot e disse-lhes: “Eis aqui Zebá e Sálmana a respeito dos quais me insultastes, dizendo: ‘Tens já talvez em teu poder o punho de Zebá e de Sálmana, para que possamos dar pão aos teus homens fatigados?’.”

[16] Tomou então os anciãos da cidade e açoitou-os com espinhos e abrolhos do deserto.

[17] Destruiu também a torre de Fanuel e matou os habitantes da cidade.

[18] E disse a Zebá e a Sálmana: “Como eram aqueles homens que matastes no Tabor?”. “Eram – responderam-lhe – semelhantes a ti; cada um deles parecia um filho de rei.”

[19] “Eram meus irmãos, filhos de minha mãe! Juro pelo Senhor, se os tivésseis deixado com vida, eu não vos mataria.”

[20] E disse a Jeter, seu filho primogênito: “Levanta-te e mata-os!”. Mas o jovem não

et illi responderunt, sicut responderant viri Soccoth.

[9]Dixit itaque et eis: Cum reversus fuero victor in pace, destruam turrim hanc.

[10]Zebee autem et Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum, cæsis centum viginti millibus bellatorum educentium gladium.

[11]Ascendensque Gedeon per viam eorum, qui in tabernaculis morabantur, ad orientalem partem Nobe et Jegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, et nihil adversi suspicabantur.

[12]Fugeruntque Zebee et Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum.

[13]Revertensque de bello ante solis ortum,

[14]apprehendit puerum de viris Soccoth: interrogavitque eum nomina principum et seniorum Soccoth, et descripsit septuaginta septem viros.

[15]Venitque ad Soccoth, et dixit eis: En Zebee et Salmana, super quibus exprobrastis mihi, dicentes: Forsitan manus Zebee et Salmana in manibus tuis sunt, et idcirco postulas ut demus viris, qui lassi sunt et defecerunt, panes.

[16]Tulit ergo seniores civitatis et spinas deserti ac tribulos, et contrivit cum eis atque comminuit viros Soccoth.

[17]Turrim quoque Phanuel subvertit, occisis habitatoribus civitatis.

[18]Dixitque ad Zebee et Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidistis in Thabor? Qui responderunt: Similes tui, et unus ex eis quasi filius regis.

[19]Quibus ille respondit: Fratres mei fuerunt, filii matris meæ. Vivit Dominus, quia si servassetis eos, non vos occiderem.

[20]Dixitque Jether primogenito suo: Surge, et interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat.

[21]Dixeruntque Zebee et Salmana: Tu surge, et irrue in nos: quia juxta ætatem robur est

ousou tirar a espada, porque, sendo ainda muito novo, tinha medo.

21 “Vem tu mesmo – disseram-lhe Zebá e Sálmana – e mata-nos; porque o homem se mede pela sua força.” Gedeão matou Zebá e Sálmana, e tomou os colares que os camelos traziam ao pescoço.

22 Os israelitas disseram a Gedeão: “Sê o nosso rei, tu, teu filho e teu neto, porque tu nos livraste das mãos dos madianitas”.

23 “Não – respondeu ele – não reinarei sobre vós, nem meu filho tampouco; é o Senhor quem será o vosso rei”.

24 E ajuntou: “Tenho um pedido a vos fazer: que cada um de vós me dê as argolas de vosso despojo”. Os inimigos, que eram os ismaelitas, usavam argolas de ouro.

25 Eles responderam: “Daremos com prazer!”. E, estendendo no chão um manto, lançaram nele as argolas de sua presa.

26 O peso das argolas de ouro que ele tinha pedido era de mil e setecentos siclos de ouro, sem contar os colares, brincos e ornamentos de púrpura que costumavam usar os reis de Madiã, afora ainda os colares que traziam seus camelos no pescoço.

27 Gedeão fez de tudo isso um efod e o expôs em sua cidade de Efra. Mas todos os israelitas se prostituíram ante esse efod que se tornou, assim, um laço para Gedeão e sua casa.

28 Os madianitas foram humilhados diante dos israelitas e não puderam mais levantar a cabeça, de sorte que a terra pôde gozar um repouso de quarenta anos, no tempo de Gedeão.

29 Jerobaal, filho de Joás, retirou-se e foi habitar em sua casa.

30 Teve setenta filhos, saídos todos dele, porque tinha numerosas mulheres.

31 Sua concubina, que estava em Siquém, deu-lhe também um filho, que foi chamado Abimelec.

32 Morreu Gedeão, filho de Joás, numa ditosa velhice e foi sepultado no túmulo de Joás, seu pai, em Efra de Abiezer.

hominis. Surrexit Gedeon, et interfecit Zebee et Salmana: et tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent.

22Dixeruntque omnes viri Israël ad Gedeon: Dominare nostri tu, et filius tuus, et filius filii tui: quia liberasti nos de manu Madian.

23Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus.

24Dixitque ad eos: Unam petitionem postulo a vobis: date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaëlitæ habere consueverant.

25Qui responderunt: Libentissime dabimus. Expandentesque super terram pallium, projecerunt in eo inaures de præda:

26et fuit pondus postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, et monilibus, et veste purpurea, quibus reges Madian uti soliti erant, et præter torques aureas camelorum.

27Fecitque ex eo Gedeon ephod, et posuit illud in civitate sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israël in eo, et factum est Gedeoni et omni domui ejus in ruinam.

28Humiliatus est autem Madian coram filiis Israël, nec potuerunt ultra cervices elevare: sed quievit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit.

29Abiit itaque Jerobaal filius Joas, et habitavit in domo sua:

30habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore ejus: eo quod plures haberet uxores.

31Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech.

32Mortuusque est Gedeon filius Joas in senectute bona, et sepultus est in sepulchro Joas patris sui in Ephra de familia Ezri.

33Postquam autem mortuus est Gedeon, aversi sunt filii Israël, et fornicati sunt cum Baalim. Percusseruntque cum Baal fœdus, ut esset eis in deum:

[33] Depois de sua morte, os filhos de Israel prostituíram-se de novo com os baals, e tomaram Baal-Berit por seu deus.

[34] Não se lembraram os israelitas do Senhor, seu Deus, que os livrou das mãos de todos os inimigos que os cercavam,

[35] nem testemunharam gratidão alguma pela casa de Jerobaal-Gedeão por todos os benefícios que ele tinha feito a Israel.

[34]nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum:

[35]nec fecerunt misericordiam cum domo Jerobaal Gedeon, juxta omnia bona quæ fecerat Israëli.

## Juízes 9

[1] Abimelec, filho de Jerobaal, foi ter com os irmãos de sua mãe em Siquém, e disse-lhes, assim como a toda a família de sua mãe:

[2] "Dizei, vo-lo peço, a todos os habitantes de Siquém: O que é melhor para vós: serdes dominados por setenta homens, todos filhos de Jerobaal, ou que um só homem seja vosso rei? Lembrai-vos de que eu sou de vosso sangue e de vossa carne".

[3] Os irmãos de sua mãe falaram dele aos habitantes de Siquém, referindo-lhes suas palavras e inclinaram o seu coração para Abimelec, "porque – diziam eles – é nosso irmão".

[4] E deram-lhe setenta siclos de prata tomados do templo de Baal-Berit, com os quais assalariou homens miseráveis e aventureiros que o seguiram.

[5] Foi à casa de seu pai, em Efra, e matou sobre uma pedra os seus irmãos, filhos de Jerobaal, setenta homens; escapou somente Joatão, filho mais novo de Jerobaal, porque se tinha escondido.

[6] Juntaram-se então todos os siquemitas com todos os de Bet-Melo e vieram junto do terebinto da coluna sagrada que havia em Siquém, onde proclamaram rei Abimelec.

[7] Sabendo disso, subiu Joatão ao cimo do monte Garizim e exclamou: "Ouvi-me, homens de Siquém, para que Deus vos ouça!

[8] As árvores resolveram um dia eleger um rei para governá-las e disseram à oliveira: reina sobre nós!

[9] Mas ela respondeu: 'Renunciarei, porventura, ao meu óleo que constitui

## Judicum 9

[1]Abiit autem Abimelech filius Jerobaal in Sichem ad fratres matris suæ, et locutus est ad eos, et ad omnem cognationem domus patris matris suæ, dicens:

[2]Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Jerobaal, an ut dominetur unus vir? simulque considerate quod os vestrum et caro vestra sum.

[3]Locutique sunt fratres matris ejus de eo ad omnes viros Sichem universos sermones istos, et inclinaverunt cor eorum post Abimelech, dicentes: Frater noster est.

[4]Dederuntque illi septuaginta pondo argenti de fano Baalberit. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes et vagos, secutique sunt eum.

[5]Et venit in domum patris sui in Ephra, et occidit fratres suos filios Jerobaal, septuaginta viros super lapidem unum: remansitque Joatham filius Jerobaal minimus, et absconditus est.

[6]Congregati sunt autem omnes viri Sichem, et universæ familiæ urbis Mello: abieruntque et constituerunt regem Abimelech, juxta quercum quæ stabat in Sichem.

[7]Quod cum nuntiatum esset Joatham, ivit, et stetit in vertice montis Garizim: elevataque voce, clamavit, et dixit: Audite me, viri Sichem; ita audiat vos Deus.

[8]Ierunt ligna, ut ungerent super se regem: dixeruntque olivæ: Impera nobis.

[9]Quæ respondit: Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua et dii

minha glória aos olhos de Deus e dos homens, para colocar-me acima das outras árvores?'.

10 E as árvores disseram à figueira: 'Vem tu e reina sobre nós!'

11 Mas a figueira disse-lhes: 'Poderia eu, porventura, renunciar à doçura de meu delicioso fruto, para colocar-me acima das outras árvores?'.

12 E as árvores disseram à videira: 'Vem tu, reina sobre nós!'.

13 Mas a videira respondeu: Poderia eu renunciar ao meu vinho que faz a alegria de Deus e dos homens, para colocar-me acima das outras árvores?'.

14 E todas as árvores disseram ao espinheiro: Vem tu, reina sobre nós!'.

15 E o espinheiro respondeu: 'Se realmente me quereis escolher para reinar sobre vós, vinde e abrigai-vos debaixo de minha sombra; mas, se não o quereis, saia fogo do espinheiro e devore os cedros do Líbano!'.

16 Agora, pois, se com lealdade e boa-fé escolhestes Abimelec para vosso rei, se vos portastes bem com Jerobaal e sua casa, correspondendo aos benefícios que ele vos fez –

17 porque meu pai combateu por vós e livrou-vos dos madianitas arriscando a própria vida;

18 vós, que agora vos levantastes contra a casa de meu pai, matastes todos os seus setenta filhos sobre uma pedra e proclamastes rei dos habitantes de Siquém a Abimelec, filho de sua escrava, sob o pretexto de que ele é vosso irmão –,

19 se, pois, com lealdade e boa-fé procedestes bem com Jerobaal e sua casa, então que Abimelec vos faça felizes e que vós o façais feliz igualmente!

20 Do contrário, saia fogo de Abimelec e devore os homens de Siquém com os de Bet-Melo; e saia fogo dos habitantes de Siquém e de Bet-Melo e devore Abimelec!".

21 Fugiu em seguida Joatão para Bera, onde habitou, longe de Abimelec, seu irmão.

utuntur et homines, et venire ut inter ligna promovear?

10Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, et super nos regnum accipe.

11Quæ respondit eis: Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suavissimos, et ire ut inter cetera ligna promovear?

12Locutaque sunt ligna ad vitem: Veni, et impera nobis.

13Quæ respondit eis: Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum et homines, et inter ligna cetera promoveri?

14Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni, et impera super nos.

15Quæ respondit eis: Si vere me regem vobis constituitis, venite, et sub umbra mea requiescite: si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, et devoret cedros Libani.

16Nunc igitur, si recte et absque peccato constituistis super vos regem Abimelech, et bene egistis cum Jerobaal, et cum domo ejus, et reddidistis vicem beneficiis ejus, qui pugnavit pro vobis,

17et animam suam dedit periculis, ut erueret vos de manu Madian,

18qui nunc surrexistis contra domum patris mei, et interfecistis filios ejus septuaginta viros super unum lapidem, et constituistis regem Abimelech filium ancillæ ejus super habitatores Sichem, eo quod frater vester sit:

19si ergo recte et absque vitio egistis cum Jerobaal et domo ejus, hodie lætamini in Abimelech, et ille lætetur in vobis.

20Sin autem perverse: egrediatur ignis ex eo, et consumat habitatores Sichem, et oppidum Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, et de oppido Mello, et devoret Abimelech.

21Quæ cum dixisset, fugit, et abiit in Bera: habitavitque ibi ob metum Abimelech fratris sui.

22Regnavit itaque Abimelech super Israël tribus annis.

[22] Reinou Abimelec sobre Israel durante três anos.

[23] E Deus suscitou um mau espírito entre ele e os habitantes de Siquém, que os fez se revoltarem.

[24] Isso aconteceu para que fosse vingado o homicídio dos setenta filhos de Jerobaal, e seu sangue caísse sobre Abimelec, seu irmão, que os havia matado, e sobre os siquemitas que tinham sido seus cúmplices.

[25] Os homens de Siquém armaram contra ele emboscadas no alto dos montes e puseram-se a despojar todos aqueles que passavam por ali; e Abimelec foi informado disso.

[26] Gaal, filho de Obed, foi com seus irmãos a Siquém e ganhou a confiança dos homens do lugar.

[27] Saíram pelos campos, vindimaram as vinhas, pisaram as uvas, celebraram a festa. Foram ao templo do seu deus e ali fizeram um festim, amaldiçoando Abimelec.

[28] Gaal, filho de Obed, disse: "Quem é Abimelec e o que é Siquém, para que lhe estejamos sujeitos? Não é ele filho de Jerobaal e não é Zebul o seu lugar-tenente? Servi a família de Emor, o pai de Siquém? Por que razão serviremos Abimelec?

[29] Oxalá tivesse eu poder sobre esse povo! Eu arrasaria Abimelec e lhe diria: aumenta o teu exército e vem!".

[30] Zebul, governador da cidade, sabendo o que dissera Gaal, filho de Obed, encolerizou-se,

[31] e mandou secretamente dizer a Abimelec: "Gaal, filho de Obed, veio a Siquém com seus irmãos e anda sublevando a cidade contra ti.

[32] Levanta-te de noite tu e tua tropa e põe-te de emboscada no campo.

[33] Amanhã cedo, ao nascer do sol, lança-te sobre a cidade; quando Gaal e sua tropa saírem contra ti, tu farás o que as circunstâncias te permitirem".

[23]Misitque Dominus spiritum pessimum inter Abimelech et habitatores Sichem: qui cœperunt eum detestari,

[24]et scelus interfectionis septuaginta filiorum Jerobaal, et effusionem sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem suum, et in ceteros Sichimorum principes, qui eum adjuverant.

[25]Posueruntque insidias adversus eum in summitate montium: et dum illius præstolabantur adventum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus: nuntiatumque est Abimelech.

[26]Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, et transivit in Sichimam. Ad cujus adventum erecti habitatores Sichem,

[27]egressi sunt in agros, vastantes vineas, uvasque calcantes: et factis cantantium choris, ingressi sunt fanum dei sui, et inter epulas et pocula maledicebant Abimelech,

[28]clamante Gaal filio Obed: Quis est Abimelech, et quæ est Sichem, ut serviamus ei? numquid non est filius Jerobaal, et constituit principem Zebul servum suum super viros Emor patris Sichem? cur ergo serviemus ei?

[29]utinam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferrem de medio Abimelech. Dictumque est Abimelech: Congrega exercitus multitudinem, et veni.

[30]Zebul enim princeps civitatis, auditis sermonibus Gaal filii Obed, iratus est valde,

[31]et misit clam ad Abimelech nuntios, dicens: Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus suis, et oppugnat adversum te civitatem.

[32]Surge itaque nocte cum populo qui tecum est, et latita in agro:

[33]et primo mane, oriente sole, irrue super civitatem. Illo autem egrediente adversum te cum populo suo, fac ei quod potueris.

[34]Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo nocte, et tetendit insidias juxta Sichimam in quatuor locis.

[34] Abimelec, pois, partiu durante a noite com toda a sua gente e pôs emboscadas em quatro grupos junto de Siquém.

[35] Entretanto Gaal, filho de Obed, saiu e instalou-se diante das portas da cidade. Então, Abimelec com todos os seus deixou a emboscada.

[36] Vendo aquela tropa, Gaal disse a Zebul: "Eis uma multidão que desce das colinas". "Tu vês – respondeu Zebul – as sombras das colinas como se fossem homens."

[37] Gaal replicou: "Está descendo uma tropa do alto; e eis uma outra que vem pelo caminho do carvalho do Adivinho".

[38] Zebul disse-lhe então: "Onde está agora a tua arrogância, tu que dizias: 'Quem é Abimelec para que nós o sirvamos?'. Eis o povo que tu desprezavas! Vai agora e combate contra ele!".

[39] Saiu Gaal à frente dos siquemitas e combateu contra Abimelec.

[40] Mas foi derrotado por Abimelec e fugiu. Muitos homens, que estavam mortalmente feridos, caíram antes de terem atingido o limiar da porta.

[41] Abimelec deteve-se em Aruma; Zebul, porém, lançou Gaal e seus irmãos fora de Siquém.

[42] No dia seguinte, o povo saiu ao campo. Tendo sabido disso, Abimelec

[43] tomou sua tropa, dividiu-a em três grupos e os pôs de emboscada no campo. Ao ver que o povo saía da cidade, atacou-o e derrotou-o,

[44] vindo em seguida com o seu grupo tomar posição à entrada da cidade, enquanto os dois outros grupos perseguiam os que estavam no campo e os massacravam.

[45] Abimelec combateu a cidade durante todo aquele dia e tomou-a. Matou toda a população, arrasou a cidade e semeou-a de sal.

[46] Ao ouvirem isso, todos os habitantes da torre de Siquém retiraram-se para a fortaleza do templo de El-Berit.

[35]Egressusque est Gaal filius Obed, et stetit in introitu portæ civitatis. Surrexit autem Abimelech, et omnis exercitus cum eo, de insidiarum loco.

[36]Cumque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit: Umbras montium vides quasi capita hominum, et hoc errore deciperis.

[37]Rursumque Gaal ait: Ecce populus de umbilico terræ descendit, et unus cuneus venit per viam quæ respicit quercum.

[38]Cui dixit Zebul: Ubi est nunc os tuum, quo loquebaris: Quis est Abimelech ut serviamus ei? nonne hic populus est, quem despiciebas? egredere, et pugna contra eum.

[39]Abiit ergo Gaal, spectante Sichimorum populo, et pugnavit contra Abimelech,

[40]qui persecutus est eum fugientem, et in urbem compulit: cecideruntque ex parte ejus plurimi, usque ad portam civitatis.

[41]Et Abimelech sedit in Ruma: Zebul autem Gaal et socios ejus expulit de urbe, nec in ea passus est commorari.

[42]Sequenti ergo die, egressus est populus in campum. Quod cum nuntiatum esset Abimelech,

[43]tulit exercitum suum, et divisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Vidensque quod egrederetur populus de civitate, surrexit, et irruit in eos

[44]cum cuneo suo, oppugnans et obsidens civitatem: duæ autem turmæ palantes per campum adversarios persequebantur.

[45]Porro Abimelech omni die illo oppugnabat urbem: quam cepit, interfectis habitatoribus ejus, ipsaque destructa, ita ut sal in ea dispergeret.

[46]Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt fanum dei sui Berith, ubi fœdus cum eo pepigerant, et ex eo locus nomen acceperat: qui erat munitus valde.

[47]Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos,

[47] E foi noticiado a Abimelec que todos os habitantes da torre de Siquém se tinham retirado para esse lugar.

[48] Subiu então Abimelec com sua tropa ao monte Selmon, tomou um machado e cortou um galho de árvore. Pondo-o aos ombros, disse à sua gente: "Vistes o que fiz? Apressai-vos a fazer o mesmo".

[49] Cortou cada um deles um galho e todos seguiram Abimelec; puseram esses galhos contra a fortaleza e puseram-lhes fogo, sendo a fortaleza, com todos os seus ocupantes, devorada pelas chamas. Desse modo pereceram todos os que habitavam na torre de Siquém, cerca de mil pessoas, tanto homens como mulheres.

[50] Depois disso, Abimelec marchou contra Tebes. Assediou Tebes e a conquistou.

[51] Havia no meio da cidade uma torre forte, na qual se tinham refugiado todos os habitantes, homens e mulheres. Fechando bem a porta, subiram ao terraço da torre.

[52] Abimelec, chegando ao pé da torre, aproximou-se da porta para lhe pôr fogo.

[53] Então uma mulher, lançando de cima uma pedra de moinho, feriu-lhe a cabeça, fraturando-lhe o crânio.

[54] Chamou imediatamente seu escudeiro e disse-lhe: "Tira a tua espada e acaba de matar-me, para que se não diga que fui morto por uma mulher!". Seu escudeiro o feriu e Abimelec morreu.

[55] Morto Abimelec, todos os israelitas voltaram para suas casas.

[56] Assim Deus fez recair sobre Abimelec o mal que tinha feito a seu pai, matando seus setenta irmãos.

[57] E do mesmo modo Deus fez recair sobre os siquemitas os seus crimes. Assim se cumpriu sobre ele a maldição de Joatão, filho de Jerobaal.

[48]ascendit in montem Selmon cum omni populo suo: et arrepta securi, præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios: Quod me videtis facere, cito facite.

[49]Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, sequebantur ducem. Qui circumdantes præsidium, succenderunt: atque ita factum est, ut fumo et igne mille homines necarentur, viri pariter et mulieres, habitatorum turris Sichem.

[50]Abimelech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes, quod circumdans obsidebat exercitu.

[51]Erat autem turris excelsa in media civitate, ad quam confugerant simul viri ac mulieres, et omnes principes civitatis, clausa firmissime janua, et super turris tectum stantes per propugnacula.

[52]Accedensque Abimelech juxta turrim, pugnabat fortiter: et appropinquans ostio, ignem supponere nitebatur:

[53]et ecce una mulier fragmen molæ desuper jaciens, illisit capiti Abimelech, et confregit cerebrum ejus.

[54]Qui vocavit cito armigerum suum, et ait ad eum: Evagina gladium tuum, et percute me, ne forte dicatur quod a femina interfectus sim. Qui jussa perficiens, interfecit eum.

[55]Illoque mortuo, omnes qui cum eo erant de Israël, reversi sunt in sedes suas:

[56]et reddidit Deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis.

[57]Sichimitis quoque quod operati erant, retributum est, et venit super eos maledictio Joatham filii Jerobaal.

## Juízes 10

[1] Depois de Abimelec, Tola, filho de Fua, filho de Dodo, de Issacar, levantou-se para

## Judicum 10

[1]Post Abimelech surrexit dux in Israël Thola filius Phua patrui Abimelech, vir de

livrar Israel. Habitava em Samir, na montanha de Efraim,

2 e foi juiz em Israel durante vinte e três anos. Depois disso, morreu e foi sepultado em Samir.

3 A este sucedeu Jair, de Galaad, que foi juiz em Israel durante vinte e dois anos.

4 Tinha trinta filhos que montavam em trinta jumentinhos e possuíam trinta cidades que se chamam ainda hoje Havot-Jair, situadas em Galaad.

5 Jair morreu e foi sepultado em Camon.

6 Os filhos de Israel voltaram a ofender o Senhor, servindo os baals e os astarot, os deuses da Síria, de Sidon, de Moab, os deuses dos amonitas e dos filisteus. Abandonaram o culto do Senhor.

7 A cólera do Senhor inflamou-se contra Israel e ele entregou-os nas mãos dos filisteus e dos amonitas.

8 Estes últimos oprimiram e esmagaram os israelitas naquele ano. A opressão estendeu-se por dezoito anos sobre os israelitas de além do Jordão, na terra dos amorreus, em Galaad.

9 Os amonitas, tendo passado o Jordão, combateram contra Judá, Benjamim e a tribo de Efraim, e Israel viu-se numa extrema aflição.

10 Os israelitas clamaram ao Senhor, dizendo: “Pecamos contra vós, abandonando o nosso Deus e servindo aos baals”.

11 O Senhor respondeu-lhes: “Porventura não vos tenho eu livrado dos egípcios, dos amorreus, dos amonitas, dos filisteus?

12 E quando os sidônios, os amalecitas e Maon vos oprimiam e vós clamastes a mim, não vos libertei?

13 Vós, porém, me abandonastes para servir a outros deuses. Por isso, não mais vos livrarei.

14 Ide e invocai os deuses que escolhestes; eles que vos livrem de vossa angústia!”.

Issachar, qui habitavit in Samir montis Ephraim:

2et judicavit Israëlem viginti et tribus annis, mortuusque est, ac sepultus in Samir.

3Huic successit Jair Galaadites, qui judicavit Israël per viginti et duos annos,

4habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, et principes triginta civitatum, quæ ex nomine ejus sunt appellatæ Havoth Jair, id est, oppida Jair, usque in præsentem diem, in terra Galaad.

5Mortuusque est Jair, ac sepultus in loco cui est vocabulum Camon.

6Filii autem Israël peccatis veteribus jungentes nova, fecerunt malum in conspectu Domini, et servierunt idolis, Baalim et Astaroth, et diis Syriæ ac Sidonis et Moab et filiorum Ammon et Philisthiim: dimiseruntque Dominum, et non coluerunt eum.

7Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthiim et filiorum Ammon.

8Afflictique sunt, et vehementer oppressi per annos decem et octo, omnes qui habitabant trans Jordanem in terra Amorrhæi, qui est in Galaad:

9in tantum ut filii Ammon, Jordane transmisso, vastarent Judam et Benjamin et Ephraim: afflictusque est Israël nimis.

10Et clamantes ad Dominum, dixerunt: Peccavimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, et servivimus Baalim.

11Quibus locutus est Dominus: Numquid non Ægyptii et Amorrhæi, filiique Ammon et Philisthiim,

12Sidonii quoque et Amalec et Chanaan oppresserunt vos, et clamastis ad me, et erui vos de manu eorum?

13Et tamen reliquistis me, et coluistis deos alienos: idcirco non addam ut ultra vos liberem:

14ite, et invocate deos quos elegistis: ipsi vos liberent in tempore angustiæ.

[15] Os israelitas disseram ao Senhor: “Pecamos; tratai-nos como melhor vos parecer, contanto que nos livres hoje”.

[16] Tiraram então do meio deles os deuses estranhos e serviram ao Senhor, que se compadeceu dos males de Israel.

[17] Os amonitas juntaram-se e acamparam em Galaad, enquanto os israelitas faziam o mesmo em Masfa.

[18] O povo e os chefes de Galaad diziam uns para os outros: “Quem começará a pelejar contra os amonitas? Esse será o chefe de todo o povo de Galaad”.

[15]Dixeruntque filii Israël ad Dominum: Peccavimus, redde tu nobis quidquid tibi placet: tantum nunc libera nos.

[16]Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idola projecerunt, et servierunt Domino Deo: qui doluit super miseriis eorum.

[17]Itaque filii Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria, contra quos congregati filii Israël in Maspha castrametati sunt.

[18]Dixeruntque principes Galaad singuli ad proximos suos: Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

## Juízes 11

[1] Jefté, o galaadita, era um valente guerreiro, filho de Galaad com uma meretriz.

[2] A mulher de Galaad deu-lhe filhos. Quando cresceram, expulsaram Jefté, dizendo: “Tu não herdarás nada na casa de nosso pai, porque és um bastardo”.

[3] Jefté afastou-se de seus irmãos e fixou-se na terra de Tob. Alguns homens miseráveis reuniram-se a ele e tomaram parte em suas incursões.

[4] Algum tempo depois, os amonitas entraram em luta contra Israel.

[5] Os habitantes de Galaad, vendo-se assim atacados, foram em busca de Jefté na terra de Tob

[6] e disseram-lhe: “Vem e sê o nosso chefe. Vamos combater os amonitas”.

[7] Jefté, porém, respondeu: “Vós, que sois meus inimigos, tendo-me expulsado da casa de meu pai, por que vindes a mim agora que estais em aperto?”.

[8] Os anciãos de Galaad disseram-lhe: “Foi precisamente por isso que viemos agora ter contigo, para que venhas conosco e combatas contra os filhos de Amon e sejas o nosso chefe, o chefe de todo o povo de Galaad”.

## Judicum 11

[1]Fuit illo tempore Jephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad.

[2]Habuit autem Galaad uxorem, de qua suscepit filios: qui postquam creverant, ejecerunt Jephte, dicentes: Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es.

[3]Quos ille fugiens atque devitans, habitavit in terra Tob: congregatique sunt ad eum viri inopes, et latrocinantes, et quasi principem sequebantur.

[4]In illis diebus pugnabant filii Ammon contra Israël.

[5]Quibus acriter instantibus perrexerunt majores natu de Galaad, ut tollerent in auxilium sui Jephte de terra Tob:

[6]dixeruntque ad eum: Veni et esto princeps noster, et pugna contra filios Ammon.

[7]Quibus ille respondit: Nonne vos estis, qui odistis me, et ejecistis de domo patris mei? et nunc venistis ad me necessitate compulsi.

[8]Dixeruntque principes Galaad ad Jephte: Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, ut proficiscaris nobiscum, et pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium qui habitant in Galaad.

[9]Jephte quoque dixit eis: Si vere venistis ad me, ut pugnem pro vobis contra filios

[9] Jefté disse-lhes: “Se vós me conduzirdes para lutar contra os amonitas, e o Senhor os entregar a mim, serei o vosso chefe”.

[10] Os anciãos responderam-lhe: “O Senhor seja testemunha entre nós de que faremos tudo o que disseste!”.

[11] E Jefté partiu com os anciãos de Galaad. O povo proclamou-o seu chefe e general. Jefté repetiu diante do Senhor, em Masfa, tudo o que acabara de dizer.

[12] Jefté enviou mensageiros ao rei dos amonitas para lhe dizer: “Que tens tu contra mim para que me venhas combater em minha terra?”.

[13] O rei respondeu-lhes: “Israel, vindo do Egito, tomou a minha terra desde o Arnon até Jaboc e até o Jordão. Devolve-o agora, pois, pacificamente”.

[14] Jefté mandou nova embaixada ao rei dos amonitas,

[15] dizendo-lhe: “Assim fala Jefté: Israel não se apoderou nem do território de Moab, nem da terra dos filhos de Amon.

[16] Quando saiu do Egito, Israel marchou pelo deserto até o mar Vermelho e chegou a Cades.

[17] Mandou então mensageiros ao rei de Edom, dizendo: ‘Deixa-me passar pelo teu país’, mas o rei de Edom não o consentiu. Fez o mesmo pedido ao rei de Moab, que tampouco lhe deu passagem. Israel deteve-se, pois, em Cades.

[18] Retomou em seguida sua marcha pelo deserto e contornou as terras de Edom e de Moab. Chegando à parte oriental da terra de Moab, acampou na outra banda do Arnon, sem entrar na terra de Moab, cuja fronteira é o Arnon.

[19] Dali, Israel mandou ainda mensageiros a Seon, rei dos amorreus, em Hesebon, pedindo-lhe que os deixasse passar pela sua terra, para que chegassem à deles.

[20] Seon, porém, não teve bastante confiança em Israel para deixá-lo atravessar o seu território. Ao contrário, juntou todas as

Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero vester princeps?

[10]Qui responderunt ei: Dominus, qui hæc audit, ipse mediator ac testis est quod nostra promissa faciemus.

[11]Abiit itaque Jephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Locutusque est Jephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha.

[12]Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua dicerent: Quid mihi et tibi est, quia venisti contra me, ut vastares terram meam?

[13]Quibus ille respondit: Quia tulit Israël terram meam, quando ascendit de Ægypto, a finibus Arnon usque Jaboc atque Jordanem: nunc ergo cum pace redde mihi eam.

[14]Per quos rursum mandavit Jephte, et imperavit eis ut dicerent regi Ammon:

[15]Hæc dicit Jephte: Non tulit Israël terram Moab, nec terram filiorum Ammon:

[16]sed quando de Ægypto conscenderunt, ambulavit per solitudinem usque ad mare Rubrum, et venit in Cades.

[17]Misitque nuntios ad regem Edom, dicens: Dimitte me ut transeam per terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus ejus. Misit quoque ad regem Moab, qui et ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaque in Cades,

[18]et circuivit ex latere terram Edom et terram Moab: venitque contra orientalem plagam terræ Moab, et castrametatus est trans Arnon: nec voluit intrare terminos Moab. (Arnon quippe confinium est terræ Moab.)

[19]Misit itaque Israël nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, et dixerunt ei: Dimitte ut transeam per terram tuam usque ad fluvium.

[20]Qui et ipse Israël verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos: sed

suas tropas, acampou em Jasa, e atacou Israel.

[21] O Senhor, Deus de Israel, entregou-o com todo o seu povo nas mãos de Israel que o derrotou e conquistou todas as terras dos amorreus que habitavam naquela região;

[22] tomou toda a terra dos amorreus, desde o Arnon até Jaboc, e desde o deserto até o Jordão.

[23] Agora que o Senhor, Deus de Israel, expulsou os amorreus diante de seu povo de Israel, tu pretendes possuir a sua terra?

[24] Porventura não tens a posse do que te deu a conquistar o teu deus Camos? E nós, por que não possuiríamos tudo aquilo que o Senhor nosso Deus expulsou diante de nós?

[25] Serias tu melhor do que Balac, filho de Sefor, rei de Moab? Acaso disputou ele com os israelitas ou combateu contra eles?

[26] Eis já trezentos anos que Israel habita em Hesebon e em suas aldeias, em Aroer e em suas aldeias, em todas as cidades banhadas pelo Arnon. Por que não lhe tiraste estas terras durante todo esse tempo?

[27] Não sou eu, pois, que te faço dano, mas és tu mesmo que te prejudicas, declarando-me guerra. Que o Senhor, que é Juiz, se pronuncie hoje entre os israelitas e os amonitas!”.

[28] Mas o rei dos amonitas não quis ouvir nada do que Jefté lhe mandara dizer.

[29] O Espírito do Senhor desceu sobre Jefté, que atravessou Galaad e Manassés, passou dali até Masfa de Galaad, de onde marchou contra os amonitas.

[30] Jetfé fez ao Senhor este voto:

[31] “Se me entregardes nas mãos os amonitas, aquele que sair das portas de minha casa ao meu encontro, quando eu voltar vitorioso dos filhos de Amon, será consagrado ao Senhor e eu o oferecerei em holocausto”.

[32] Jefté marchou contra os amonitas e o Senhor os entregou.

[33] Ele os derrotou desde Aroer até as proximidades de Menit e até Abel-Carmin,

infinita multitudine congregata, egressus est contra eum in Jasa, et fortiter resistebat.

[21]Tradiditque eum Dominus in manus Israël cum omni exercitu suo: qui percussit eum, et possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius,

[22]et universos fines ejus, de Arnon usque Jaboc, et de solitudine usque ad Jordanem.

[23]Dominus ergo Deus Israël subvertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israël, et tu nunc vis possidere terram ejus?

[24]nonne ea quæ possidet Chamos deus tuus, tibi jure debentur? quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem:

[25]nisi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab; aut docere potes, quod jurgatus sit contra Israël, et pugnaverit contra eum,

[26]quando habitavit in Hesebon et viculis ejus, et in Aroër et villis illius, vel in cunctis civitatibus juxta Jordanem, per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis?

[27]Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, indicens mihi bella non justa. Judicet Dominus arbiter hujus diei inter Israël, et inter filios Ammon.

[28]Noluitque acquiescere rex filiorum Ammon verbis Jephte, quæ per nuntios mandaverat.

[29]Factus est ergo super Jephte spiritus Domini, et circuiens Galaad et Manasse, Maspha quoque Galaad, et inde transiens ad filios Ammon,

[30]votum vovit Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas,

[31]quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit revertenti cum pace a filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino.

[32]Transivitque Jephte ad filios Ammon, ut pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus ejus.

[33]Percussitque ab Aroër usque dum venias in Mennith, viginti civitates, et usque ad

tomando-lhes vinte aldeias. E os amonitas, com esse terrível golpe, foram humilhados perante Israel.

34 Ora, voltando Jefté para a sua casa em Masfa, eis que sua filha saiu-lhe ao encontro com tamborins e danças. Era a sua única filha, porque, afora ela, não tinha filho nem filha.

35 Quando a viu, rasgou as suas vestes: “Ah, minha filha – exclamou ele – tu me acabrunhas de dor e estás no número daqueles que causam a minha infelicidade! Fiz ao Senhor um voto que não posso revogar”.

36 “Meu pai – disse ela – se fizeste um voto ao Senhor, trata-me segundo o que prometeste, agora que o Senhor te vingou de teus inimigos, os amonitas.”

37 E ajuntou: “Concede-me somente isto: deixa-me que vá sobre as colinas durante dois meses, para chorar a minha virgindade com as minhas amigas”.

38 “Vai – disse-lhe ele –. E deu-lhe dois meses de liberdade. Ela foi com as suas companheiras e chorou a sua virgindade sobre as colinas.

39 Passado o prazo, voltou para seu pai e ele cumpriu o voto que tinha feito. Ela não tinha conhecido varão.

40 Daqui veio este costume, em Israel, que todos os anos as jovens israelitas reúnem-se para chorar durante quatro dias a filha de Jefté, o galaadita.

## Juízes 12

1 Os efraimitas, tendo-se sublevado, passaram a Safon e disseram a Jefté: “Por que saíste a combater os amonitas sem nos chamar para irmos contigo? Por isso vamos queimar a tua casa”.

2 Jefté respondeu: “Eu e meu povo tivemos graves contendas com os amonitas. Chamei-vos e vós não me livrastes de suas mãos.

3 Vendo que não podia contar convosco, arrisquei a minha vida marchando sozinho

Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis: humiliatique sunt filii Ammon a filiis Israël.

34Revertente autem Jephte in Maspha domum suam, occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis et choris: non enim habebat alios liberos.

35Qua visa, scidit vestimenta sua, et ait: Heu me, filia mea! decepisti me, et ipsa decepta es: aperui enim os meum ad Dominum, et aliud facere non potero.

36Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi ultione atque victoria de hostibus tuis.

37Dixitque ad patrem: Hoc solum mihi præsta quod deprecor: dimitte me ut duobus mensibus circumeam montes, et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.

38Cui ille respondit: Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cumque abiisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus.

39Expletisque duobus mensibus, reversa est ad patrem suum, et fecit ei sicut voverat, quæ ignorabat virum. Exinde mos increbruit in Israël, et consuetudo servata est,

40ut post anni circulum conveniant in unum filiæ Israël, et plangant filiam Jephte Galaaditæ diebus quatuor.

## Judicum 12

1Ecce autem in Ephraim orta est seditio: nam transeuntes contra aquilonem, dixerunt ad Jephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, ut pergeremus tecum? igitur incendemus domum tuam.

2Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi et populo meo contra filios Ammon vehemens: vocavique vos, ut præberetis mihi auxilium, et facere noluistis.

contra os amonitas e o Senhor entregou-os nas minhas mãos. Por que, pois, viestes combater contra mim?".

4 Jefté reuniu todos os homens de Galaad e combateu contra Efraim. Os habitantes de Galaad derrotaram os de Efraim, que lhes haviam dito: "Vós sois fugitivos de Efraim que habitais entre Efraim e Manassés!".

5 Galaad ocupou os vaus do Jordão. Cada vez que um fugitivo de Efraim queria passar, perguntavam-lhe: "És tu efraimita?". Ele respondia – "Não".

6 "Pois bem – diziam eles então – dize: Chibólet." E ele dizia: "Sibólet", não podendo pronunciar corretamente. Prendiam-no logo e o degolavam junto aos vaus do Jordão. Naquele dia, pereceram quarenta e dois mil homens de Efraim.

7 Jefté, o galaadita, foi juiz em Israel durante seis anos; depois morreu e foi sepultado em uma das cidades de Galaad. Outros juízes menores

8 Depois de Jefté, foi juiz de Israel Abesã, de Belém,

9 o qual teve trinta filhos; casou suas trinta filhas fora de sua família, e mandou vir de fora trinta jovens para os seus filhos. Julgou Israel durante sete anos.

10 Morreu e foi enterrado em Belém.

11 Depois dele, Elon, de Zabulon, foi juiz em Israel e sua judicatura durou dez anos.

12 Morreu e foi enterrado em Aialon, na terra de Zabulon.

13 Em seguida, teve Israel por juiz Abdon, filho de Ilel, de Faraton.

14 Teve quarenta filhos e trinta netos, que montavam em setenta jumentinhos. Julgou Israel durante oito anos.

12Cui respondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filiis Israël: sed transibo usque Gabaa,

13et cum illuc pervenero, manebimus in ea, aut certe in urbe Rama.

14Transierunt ergo Jebus, et cœptum carpebant iter, occubuitque eis sol juxta Gabaa, quæ est in tribu Benjamin:

15diverteruntque ad eam, ut manerent ibi. Quo cum intrassent, sedebant in platea civitatis, et nullus eos recipere voluit hospitio.

16Et ecce, apparuit homo senex, revertens de agro et de opere suo vesperi, qui et ipse de monte erat Ephraim, et peregrinus habitabat in Gabaa: homines autem regionis illius erant filii Jemini.

17Elevatisque oculis, vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea civitatis, et dixit ad eum: Unde venis? et quo vadis?

18Qui respondit ei: Profecti sumus de Bethlehem Juda, et pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, unde ieramus in Bethlehem: et nunc vadimus ad domum Dei, nullusque sub tectum suum nos vult recipere,

19habentes paleas et fœnum in asinorum pabulum, et panem ac vinum in meos et ancillæ tuæ usus, et pueri qui mecum est: nulla re indigemus nisi hospitio.

20Cui respondit senex: Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantum, quæso, ne in platea maneas.

21Introduxitque eum in domum suam, et pabulum asinis præbuit: ac postquam laverunt pedes suos, recepit eos in convivium.

22Illis epulantibus, et post laborem itineris cibo et potu reficientibus corpora, venerunt viri civitatis illius, filii Belial (id est, absque jugo), et circumdantes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus atque dicentes: Educ virum, qui ingressus est domum tuam, ut abutamur eo.

maldade, pois esse homem é hóspede de minha casa. Não pratiqueis tal infâmia.

[24] Eis aqui a minha filha virgem e a concubina desse homem. Eu vo-las trarei. Vós podereis violá-las e fazer delas o que quiserdes; somente vos peço que não cometais contra esse homem uma ação tão infame".

[25] Eles, porém, não o quiseram ouvir. Então o levita, vendo isso, trouxe-lhes sua concubina. Eles a conheceram e abusaram dela durante a noite até pela manhã e despediram-na ao amanhecer.

[26] Ao romper do dia, veio a mulher e caiu à porta da casa onde estava o marido e ali ficou até que o dia clareasse.

[27] Chegada a manhã, levantou-se o marido e, ao abrir a porta para continuar o seu caminho, eis que sua concubina jazia diante da porta, com as mãos estendidas sobre a soleira.

[28] "Levanta-te – disse-lhe ele –, vamos embora." Mas a mulher não lhe respondeu... tomou-a então, pô-la sobre o jumento e tomou o caminho de volta para a sua casa.

[29] Chegando à sua casa, pegou um cutelo. Dividiu o cadáver de sua concubina, membro por membro, em doze partes, e enviou-as por todo o território de Israel.

[30] Todos os que testemunharam aquilo, disseram: "Jamais se fez ou se viu tal coisa, desde que Israel subiu do Egito até este dia. Ponderai bem isto, deliberai e pronunciai-vos!".

[23]Egressusque est ad eos senex, et ait: Nolite, fratres, nolite facere malum hoc, quia ingressus est homo hospitium meum: et cessate ab hac stultitia.

[24]Habeo filiam virginem, et hic homo habet concubinam: educam eas ad vos, ut humilietis eas, et vestram libidinem compleatis: tantum, obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum.

[25]Nolebant acquiescere sermonibus illius: quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, et eis tradidit illudendam: qua cum tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane.

[26]At mulier, recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, ubi manebat dominus suus, et ibi corruit.

[27]Mane facto, surrexit homo, et aperuit ostium, ut cœptam expleret viam: et ecce concubina ejus jacebat ante ostium sparsis in limine manibus.

[28]Cui ille, putans eam quiescere, loquebatur: Surge, et ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens quod erat mortua, tulit eam, et imposuit asino, reversusque est in domum suam.

[29]Quam cum esset ingressus, arripuit gladium, et cadaver uxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frustra concidens, misit in omnes terminos Israël.

[30]Quod cum vidissent singuli, conclamabant: Numquam res talis facta est in Israël, ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Ægypto usque in præsens tempus: ferte sententiam, et in commune decernite quid facto opus sit.

## Juízes 20

[1] Movimentaram-se, pois, todos os israelitas como um só homem, desde Dã até Bersabeia, e até a terra de Galaad. E a assembleia reuniu-se diante do Senhor, em Masfa.

[2] Os chefes de todo o povo e todas as tribos de Israel apresentaram-se diante da assembleia do povo de Deus: havia

## Judicum 20

[1]Egressi itaque sunt omnes filii Israël, et pariter congregati, quasi vir unus, de Dan usque Bersabee, et terra Galaad, ad Dominum in Maspha.

[2]Omnesque anguli populorum, et cunctæ tribus Israël in ecclesiam populi Dei convenerunt, quadringenta millia peditum pugnatorum.

quatrocentos mil homens de pé, armados com a espada.

[3] E os filhos de Benjamim souberam que os israelitas tinham subido a Masfa. Os israelitas disseram: "Dizei-nos de que modo se cometeu esse crime".

[4] O levita, marido da mulher que foi morta, tomou a palavra: "Eu cheguei a Gabaá de Benjamim – disse ele – com minha concubina para ali passar a noite.

[5] Os homens de Gabaá, porém, amotinaram-se contra mim e cercaram de noite a casa, querendo matar-me; violentaram a minha concubina e ela morreu.

[6] Tomei-a então e cortei-a em pedaços e mandei distribuir por todo o território da herança de Israel, porque cometeram uma atrocidade e uma infâmia em Israel.

[7] Vós todos, ó israelitas que aqui estais, dai o vosso parecer e tomai uma decisão".

[8] Levantou-se então todo o povo como um só homem, dizendo: "Ninguém dentre nós irá à sua tenda e ninguém voltará à sua casa.

[9] Eis o que agora vamos fazer a Gabaá: lancemos a sorte contra ela!

[10] Tomemos dentre todas as tribos de Israel dez homens de cada cem, cem de cada mil e mil de cada dez mil, que irão procurar víveres para o abastecimento do povo. É preciso, quando eles voltarem, tratarmos a Gabaá de Benjamim como ela merece pela infâmia que cometeu em Israel".

[11] Assim se coligou contra a cidade todo o Israel, como se fora um só homem.

[12] Mandaram mensageiros a todas as famílias de Benjamim, para que lhe dissessem: "Que maldade é essa que se cometeu no meio de vós?

[13] Entregai-nos sem demora os celerados de Gabaá, para que os matemos e tiremos o mal do meio de Israel". Mas os benjaminitas não quiseram dar ouvidos aos seus irmãos israelitas.

[14] Juntaram-se em Gabaá todas as suas cidades para combater contra os israelitas.

[3](Nec latuit filios Benjamin quod ascendissent filii Israël in Maspha.) Interrogatusque Levita, maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum scelus perpetratum esset,

[4]respondit: Veni in Gabaa Benjamin cum uxore mea, illucque diverti:

[5]et ecce homines civitatis illius circumdederunt nocte domum in qua manebam, volentes me occidere, et uxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua est.

[6]Quam arreptam, in frustra concidi, misique partes in omnes terminos possessionis vestræ: quia numquam tantum nefas, et tam grande piaculum, factum est in Israël.

[7]Adestis, omnes filii Israël: decernite quid facere debeatis.

[8]Stansque omnis populus, quasi unius hominis sermone respondit: Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit domum:

[9]sed hoc contra Gabaa in commune faciamus.

[10]Decem viri eligantur e centum ex omnibus tribubus Israël, et centum de mille, et mille de decem millibus, ut comportent exercitui cibaria, et possimus pugnare contra Gabaa Benjamin, et reddere ei pro scelere, quod meretur.

[11]Convenitque universus Israël ad civitatem, quasi homo unus eadem mente, unoque consilio.

[12]Et miserunt nuntios ad omnem tribum Benjamin, qui dicerent: Cur tantum nefas in vobis repertum est?

[13]Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, ut moriantur, et auferatur malum de Israël. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israël audire mandatum:

[14]sed ex cunctis urbibus, quæ sortis suæ erant, convenerunt in Gabaa, ut illis ferrent auxilium, et contra universum populum Israël dimicarent.

[15] Contaram-se naquele dia os benjaminitas que acorreram de todas as cidades: vinte e seis mil homens, armados de espada, sem contar os habitantes de Gabaá, que eram setecentos homens de escol.

[16] Entre todo esse povo havia setecentos homens de escol que não se serviam da mão direita e todos capazes de atirar pedras com a funda num cabelo, sem errar o alvo.

[17] O número de israelitas recenseados, excluindo Benjamim, era de quatrocentos mil homens armados de espada, todos aptos para o combate.

[18] Os israelitas subiram a Betel para consultar o Senhor; perguntaram: "Quem de nós subirá primeiro para começar a luta contra os benjaminitas?". O Senhor respondeu-lhes: "Judá será o primeiro a subir".

[19] Partiram os israelitas no dia seguinte pela manhã e acamparam perto de Gabaá.

[20] Começaram o combate contra os filhos de Benjamim e puseram-se em ordem de batalha perto da cidade.

[21] Saindo os benjaminitas, infligiram a Israel naquele dia uma perda de vinte e dois mil homens, que juncavam o solo.

[22] A multidão dos filhos de Israel, recobrando nova coragem, pôs-se outra vez em ordem de batalha no mesmo lugar onde estiveram na véspera.

[23] Até a tarde estiveram os filhos de Israel chorando diante do Senhor e o consultaram, dizendo: "Devo continuar ainda a combater contra os filhos de Benjamim, meu irmão?". O Senhor respondeu: "Marchai contra ele".

[24] Os israelitas avançaram pela segunda vez contra os benjaminitas,

[25] que saíram de Gabaá ao seu encontro e lançaram-nos de novo por terra, matando dezoito mil israelitas, todos homens que manejavam a espada.

[26] Então, todo o povo dos israelitas subiu a Betel e ali, sentados, lamentavam-se diante do Senhor, jejuando naquele dia até a tarde

[15]Inventique sunt viginti quinque millia de Benjamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa,

[16]qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra ut dextra præliantes: et sic fundis lapides ad certum jacientes, ut capillum quoque possent percutere, et nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.

[17]Virorum quoque Israël, absque filiis Benjamin, inventa sunt quadringenta millia educentium gladium, et paratorum ad pugnam.

[18]Qui surgentes venerunt in domum Dei, hoc est, in Silo: consulueruntque Deum, atque dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin? Quibus respondit Dominus: Judas sit dux vester.

[19]Statimque filii Israël surgentes mane, castrametati sunt juxta Gabaa:

[20]et inde procedentes ad pugnam contra Benjamin, urbem oppugnare cœperunt.

[21]Egressique filii Benjamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israël die illo viginti duo millia virorum.

[22]Rursum filii Israël et fortitudine et numero confidentes, in eodem loco in quo prius certaverant, aciem direxerunt:

[23]ita tamen ut prius ascenderent et flerent coram Domino usque ad noctem, consulerentque eum, et dicerent: Debeo ultra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, et inite certamen.

[24]Cumque filii Israël altera die contra filios Benjamin ad prælium processissent,

[25]eruperunt filii Benjamin de portis Gabaa: et occurrentes eis tanta in illos cæde bacchati sunt, ut decem et octo millia virorum educentium gladium prosternerent.

[26]Quam ob rem omnes filii Israël venerunt in domum Dei, et sedentes flebant coram Domino: jejunaveruntque die illo usque ad

e ofereceram holocaustos e sacrifícios pacíficos diante do Senhor.

27 E consultaram-no. Naquele tempo a arca da aliança de Deus estava lá, com Fineias, filho de Eleazar, filho de Aarão, que se conservava junto dela.

28 Disseram, pois: "Devo continuar ou devo cessar a guerra contra Benjamim, meu irmão?". O Senhor respondeu: "Ide, porque amanhã eu os entregarei nas vossas mãos".

29 Israel pôs emboscadas em volta de Gabaá e,

30 ao terceiro dia, recomeçou o combate contra os benjaminitas na mesma ordem de batalha que antes.

31 Saindo contra eles, os benjaminitas deixaram-se atrair para longe da cidade e puseram-se, como das outras vezes, a ferir e a matar alguns homens de Israel, uns trinta aproximadamente, nos caminhos que sobem para Betel e para Gabaá, através do campo.

32 Os filhos de Benjamim disseram entre si: "Ei-los batidos diante de nós como dantes". Os filhos de Israel, porém, diziam: "Fujamos e atraiamo-los para longe da cidade por esses caminhos".

33 Então, saindo todos os israelitas dos seus postos, ordenaram-se em batalha em Baal-Tamar, enquanto os homens de emboscada deixavam os seus esconderijos na planície da Gabaá.

34 Surgiram assim diante de Gabaá dez mil homens de escol do exército de Israel. A batalha foi rude: mas os benjaminitas não supunham que a derrota ia atingi-los.

35 O Senhor destruiu Benjamim à vista dos filhos de Israel, os quais mataram naquele dia vinte e cinco mil e cem benjaminitas, todos armados de espada.

36 Os filhos de Benjamim foram derrotados. Os israelitas tinham-lhes cedido terreno para fugir, porque confiavam na emboscada que tinham posto junto de Gabaá.

vesperam, et obtulerunt ei holocausta, atque pacificas victimas,

27et super statu suo interrogaverunt. Eo tempore ibi erat arca fœderis Dei,

28et Phinees filius Eleazari filii Aaron præpositus domus. Consuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt: Exire ultra debemus ad pugnam contra filios Benjamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus: Ascendite: cras enim tradam eos in manus vestras.

29Posueruntque filii Israël insidias per circuitum urbis Gabaa:

30et tertia vice, sicut semel et bis, contra Benjamin exercitum produxerunt.

31Sed et filii Benjamin audacter eruperunt de civitate, et fugientes adversarios longius persecuti sunt, ita ut vulnerarent ex eis sicut primo die et secundo, et cæderent per duas semitas vertentes terga, quarum una ferebatur in Bethel et altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros:

32putaverunt enim solito eos more cedere. Qui fugam arte simulantes inierunt consilium ut abstraherent eos de civitate, et quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent.

33Omnes itaque filii Israël surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco qui vocatur Baalthamar. Insidiæ quoque, quæ circa urbem erant, paulatim se aperire cœperunt,

34et ab occidentali urbis parte procedere. Sed et alia decem millia virorum de universo Israël, habitatores urbis ad certamina provocabant. Ingravatumque est bellum contra filios Benjamin: et non intellexerunt quod ex omni parte illis instaret interitus.

35Percussitque eos Dominus in conspectu filiorum Israël, et interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia, et centum viros, omnes bellatores et educentes gladium.

36Filii autem Benjamin cum se inferiores esse vidissent, cœperunt fugere. Quod cernentes filii Israël, dederunt eis ad

[37] Saindo, pois, os homens dessa emboscada, cercaram a cidade e passaram tudo a fio de espada.

[38] Ora, os homens de Israel tinham combinado com os da emboscada que fizessem subir da cidade como sinal uma nuvem de fumo.

[39] Os homens de Israel simularam a fuga no combate e Benjamim pôs-se a ferir e a matar cerca de trinta homens, dizendo: “Sem dúvida, estão derrotados diante de nós como no primeiro combate”.

[40] Mas quando a nuvem de fumo começou a subir da cidade, os benjaminitas olharam para trás e viram o incêndio de Gabaá subir até o céu.

[41] Os homens de Israel deram volta e os benjaminitas ficaram pasmados ante o desastre que vinha sobre eles.

[42] Voltaram as costas diante dos israelitas e tomaram o caminho do deserto; o exército, porém, os perseguiu de perto e os das cidades foram massacrados cada um em seu próprio lugar.

[43] Cercaram os benjaminitas, os perseguiram e esmagaram em todas as suas paragens até defronte de Gabaá, para as bandas do levante.

[44] Dessa sorte, caíram dezoito mil valentes guerreiros benjaminitas,

[45] enquanto o resto se pôs a fugir para o deserto até o rochedo de Remon. Nessa fuga foram ainda mortos cinco mil homens pelos caminhos e, perseguindo-os de perto até Gedeão, mataram ainda dois mil.

[46] Naquele dia, foram mortos vinte e cinco mil homens de Benjamim, guerreiros valentes que manejavam a espada.

[47] Seiscentos homens tinham chegado, em sua fuga para o deserto, ao rochedo de Remon, onde permaneceram por quatro meses.

[48] Entrementes, os israelitas tinham-se voltado contra os filhos de Benjamim e passaram a fio de espada tudo o que lhes caía nas mãos nas cidades, desde os homens

fugiendum locum, ut ad præparatas insidias devenirent, quas juxta urbem posuerant.

[37]Qui cum repente de latibulis surrexissent, et Benjamin terga cædentibus daret, ingressi sunt civitatem, et percusserunt eam in ore gladii.

[38]Signum autem dederant filii Israël his quos in insidiis collocaverant, ut postquam urbem cepissent, ignem accenderent: ut ascendente in altum fumo, captam urbem demonstrarent.

[39]Quod cum cernerent filii Israël in ipso certamine positi (putaverunt enim filii Benjamin eos fugere, et instantius persequebantur, cæsis de exercitu eorum triginta viris),

[40]et viderent quasi columnam fumi de civitate conscendere: Benjamin quoque aspiciens retro, cum captam cerneret civitatem, et flammas in sublime ferri:

[41]qui prius simulaverant fugam, versa facie fortius resistebant. Quod cum vidissent filii Benjamin, in fugam versi sunt,

[42]et ad viam deserti ire cœperunt, illuc quoque eos adversariis persequentibus: sed et hi qui urbem succenderant, occurrerunt eis.

[43]Atque ita factum est, ut ex utraque parte ab hostibus cæderentur, nec erat ulla requies morientium. Ceciderunt, atque prostrati sunt ad orientalem plagam urbis Gabaa.

[44]Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem et octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores.

[45]Quod cum vidissent qui remanserant de Benjamin, fugerunt in solitudinem: et pergebant ad petram, cujus vocabulum est Remmon. In illa quoque fuga palantes, et in diversa tendentes, occiderunt quinque millia virorum. Et cum ultra tenderent, persecuti sunt eos, et interfecerunt etiam alia duo millia.

[46]Et sic factum est, ut omnes qui ceciderant de Benjamin in diversis locis essent viginti quinque millia pugnatores ad bella promptissimi.

até os animais. Incendiaram também todas as cidades que encontraram.

[47]Remanserunt itaque de omni numero Benjamin, qui evadere et fugere in solitudinem potuerunt, sexcenti viri: sederuntque in petra Remmon mensibus quatuor.

[48]Regressi autem filii Israël, omnes reliquias civitatis a viris usque ad jumenta gladio percusserunt, cunctasque urbes et viculos Benjamin vorax flamma consumpsit.

## Juízes 21

[1] Os filhos de Israel tinham jurado em Masfa, dizendo: “Ninguém dentre nós dará sua filha em casamento a um benjaminita”.

[2] Dirigiu-se o povo a Betel, onde ficou até a tarde, em presença do Senhor, levantando grande clamor a voz com grandes lamentações:

[3] “Por que – diziam eles –, ó Senhor Deus de Israel, aconteceu essa desgraça que nos falte hoje uma tribo de Israel?”.

[4] No dia seguinte pela manhã, o povo levantou naquele lugar um altar, sobre o qual ofereceu holocaustos e sacrifícios pacíficos.

[5] E disseram: “Haverá alguém dentre todas as tribos de Israel que não tenha comparecido à assembleia em presença do Eterno?”. Com efeito, fora pronunciado o seguinte juramento solene contra aquele que não subisse a Masfa, diante do Senhor: “Será punido de morte”.

[6] Os filhos de Israel tiveram pena de Benjamim, seu irmão: “Assim – diziam eles – “foi hoje uma tribo cortada de Israel?

[7] Onde vamos buscar mulheres para os que restam, pois que juramos pelo Senhor não lhes dar nossas filhas em casamento?”.

[8] Por isso, perguntavam se não havia alguma tribo de Israel que não tivesse subido para o Senhor, em Masfa. Ora, ninguém de Jabes em Galaad tinha vindo ao acampamento ou comparecido à assembleia.

## Judicum 21

[1]Juraverunt quoque filii Israël in Maspha, et dixerunt: Nullus nostrum dabit filiis Benjamin de filiabus suis uxorem.

[2]Veneruntque omnes ad domum Dei in Silo, et in conspectu ejus sedentes usque ad vesperam, levaverunt vocem, et magno ululatu cœperunt flere, dicentes:

[3]Quare, Domine Deus Israël, factum est hoc malum in populo tuo, ut hodie una tribus auferretur ex nobis?

[4]Altera autem die diluculo consurgentes, exstruxerunt altare: obtuleruntque ibi holocausta, et pacificas victimas, et dixerunt:

[5]Quis non ascendit in exercitu Domini de universis tribubus Israël? grandi enim juramento se constrinxerant, cum essent in Maspha, interfici eos qui defuissent.

[6]Ductique pœnitentia filii Israël super fratre suo Benjamin, cœperunt dicere: Ablata est tribus una de Israël:

[7]unde uxores accipient? omnes enim in commune juravimus, non daturos nos his filias nostras.

[8]Idcirco dixerunt: Quis est de universis tribubus Israël, qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inventi sunt habitatores Jabes Galaad in illo exercitu non fuisse.

[9](Eo quoque tempore cum essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est.)

[10]Miserunt itaque decem millia viros robustissimos, et præceperunt eis: Ite, et

[9] Fez-se o recenseamento do povo e não se encontrou, com efeito, homem algum de Jabes em Galaad.

[10] Então, a assembleia enviou para lá doze mil guerreiros valentes com a ordem seguinte: "Ide e passai a fio de espada todos os habitantes de Jabes em Galaad com as mulheres e as crianças.

[11] Eis como deveis fazer: votareis ao interdito todo homem, bem como toda mulher que se houver deitado com homem".

[12] Encontraram entre os habitantes de Jabes em Galaad quatrocentas moças virgens, que não tinham conhecido varão e as levaram ao acampamento de Silo, na terra de Canaã.

[13] Toda a assembleia enviou mensagens de paz aos benjaminitas que tinham se refugiado no rochedo de Remon.

[14] Voltaram eles para as suas casas e foram-lhes dadas por mulheres as filhas de Jabes em Galaad que tinham sido poupadas. Mas isso não lhes foi suficiente chegaram para todos.

[15] O povo teve pena de Benjamim, porque o Senhor tinha feito uma brecha nas tribos de Israel.

[16] Os anciãos da assembleia disseram: "Que faremos para dar mulheres aos que restam. Pois todas as mulheres de Benjamim foram exterminadas".

[17] E acrescentaram: "Fique para Benjamim a herança dos que sobreviveram, para que não seja cortada uma tribo de Israel.

[18] Mas, não podemos dar-lhes nossas filhas em casamento, pois os filhos de Israel lançaram a maldição a todo aquele que desse a sua filha por mulher a um benjaminita".

[19] E disseram: "Eis que se celebra a festa anual do Senhor em Silo" (Silo está situada ao norte de Betel, ao oriente do caminho que vai de Betel a Siquém e ao sul de Lebona).

percutite habitatores Jabes Galaad in ore gladii, tam uxores quam parvulos eorum.

[11]Et hoc erit quod observare debebitis: omne generis masculini, et mulieres quæ cognoverunt viros, interficite; virgines autem reservate.

[12]Inventæque sunt de Jabes Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorum: et adduxerunt eas ad castra in Silo, in terram Chanaan.

[13]Miseruntque nuntios ad filios Benjamin, qui erant in petra Remmon, et præceperunt eis, ut eos susciperent in pace.

[14]Veneruntque filii Benjamin in illo tempore, et datæ sunt eis uxores de filiabus Jabes Galaad: alias autem non repererunt, quas simili modo traderent.

[15]Universusque Israël valde doluit, et egit pœnitentiam super interfectione unius tribus ex Israël.

[16]Dixeruntque majores natu: Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt uxores? omnes in Benjamin feminæ conciderunt,

[17]et magna nobis cura, ingentique studio providendum est, ne una tribus deleatur ex Israël.

[18]Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti juramento et maledictione qua diximus: Maledictus qui dederit de filiabus suis uxorem Benjamin.

[19]Ceperuntque consilium, atque dixerunt: Ecce solemnitas Domini est in Silo anniversaria, quæ sita est ad septentrionem urbis Bethel, et ad orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, et ad meridiem oppidi Lebona.

[20]Præceperuntque filiis Benjamin, atque dixerunt: Ite, et latitate in vineis.

[21]Cumque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de vineis, et rapite ex eis singuli uxores singulas, et pergite in terram Benjamin.

[22]Cumque venerint patres earum, ac fratres, et adversum vos queri cœperint atque jurgari, dicemus eis: Miseremini eorum: non enim rapuerunt eas jure bellantium

[20] Depois deram este conselho aos filhos de Benjamim: "Ide e escondei-vos nas vinhas.

[21] Quando virdes as filhas de Silo saírem para dançar em coro, saí de repente das vinhas e cada um tome uma para mulher entre as filhas de Silo. Em seguida, voltai para a terra de Benjamim.

[22] Quando seus pais ou seus irmãos vierem queixar-se junto de nós, lhes diremos: 'Deixai-as vir conosco, pois durante a guerra não pudemos tomar uma mulher para cada um. Aliás, não sois vós quem lhas destes e nem tendes culpa nisso'."

[23] Assim fizeram os benjaminitas: tomaram entre as dançarinas mulheres segundo o seu número; tomaram-nas e voltaram para a sua casa. Depois construíram cidades e habitaram nelas.

[24] Voltaram também os israelitas, cada um para a sua tribo e sua família e para a terra de sua herança.

[25] Naquele tempo, não havia rei em Israel e cada um fazia o que lhe parecia melhor.

atque victorum: sed rogantibus ut acciperent, non dedistis, et a vestra parte peccatum est.

[23]Feceruntque filii Benjamin ut sibi fuerat imperatum: et juxta numerum suum, rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, uxores singulas: abieruntque in possessionem suam ædificantes urbes, et habitantes in eis.

[24]Filii quoque Israël reversi sunt per tribus et familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israël: sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

| Rute | Ruth |
|---|---|

## Rute 1

[1] No tempo que governavam os juízes, sobreveio uma fome na terra. Um homem partiu de Belém de Judá, com sua mulher e seus dois filhos, indo morar nos campos de Moab.

[2] Chamava-se Elimelec e sua mulher Noemi; seus dois filhos chamavam-se Maalon e Quelion; eram efrateus de Belém de Judá. Chegados à terra de Moab, estabeleceram-se ali.

[3] Elimelec, marido de Noemi, morreu, deixando-a com seus dois filhos.

[4] Estes casaram com mulheres moabitas, chamadas uma Orfa e outra Rute. Viveram lá aproximadamente dez anos.

[5] Maalon e Quelion morreram ficando Noemi só, sem seus dois filhos e sem seu marido.

[6] Então, levantou-se Noemi e partiu da região de Moab com suas duas noras, porque ouviu dizer que o Senhor tinha visitado o seu povo e lhe tinha dado pão.

[7] Deixou, pois, aquele lugar onde habitara com suas duas noras e pôs-se a caminho de volta para a terra de Judá.

[8] "Ide, voltai para a casa de vossa mãe – disse ela às suas noras –. O Senhor use convosco de misericórdia, como vós usastes com os que morreram e comigo!

[9] Que ele vos conceda paz em vossos lares, cada uma em casa de seu marido!" E beijou-as. Elas puseram-se a chorar:

[10] "Nós iremos contigo para o teu povo – disseram elas.

[11] "Ide, minhas filhas – replicou Noemi –. Por que haveis de vir comigo? Porventura, tenho eu ainda em meu seio filhos que possam tornar-se vossos maridos?

[12] Voltai, minhas filhas, porque já estou demasiado velha para casar-me de novo. E ainda que eu tivesse alguma esperança e

## Ruth 1

[1]In diebus unius judicis, quando judices præerant, facta est fames in terra. Abiitque homo de Bethlehem Juda, ut peregrinaretur in regione Moabitide cum uxore sua ac duobus liberis.

[2]Ipse vocabatur Elimelech, et uxor ejus Noëmi: et duo filii, alter Mahalon, et alter Chelion, Ephrathæi de Bethlehem Juda. Ingressique regionem Moabitidem, morabantur ibi.

[3]Et mortuus est Elimelech maritus Noëmi: remansitque ipsa cum filiis.

[4]Qui acceperunt uxores Moabitidas, quarum una vocabatur Orpha, altera vero Ruth. Manseruntque ibi decem annis,

[5]et ambo mortui sunt, Mahalon videlicet et Chelion: remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito.

[6]Et surrexit ut in patriam pergeret cum utraque nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quod respexisset Dominus populum suum, et dedisset eis escas.

[7]Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ, cum utraque nuru: et jam in via revertendi posita in terram Juda,

[8]dixit ad eas: Ite in domum matris vestræ: faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis, et mecum.

[9]Det vobis invenire requiem in domibus virorum quos sortituræ estis. Et osculata est eas. Quæ elevata voce flere cœperunt,

[10]et dicere: Tecum pergemus ad populum tuum.

[11]Quibus illa respondit: Revertimini, filiæ meæ, cur venitis mecum? num ultra habeo filios in utero meo, ut viros ex me sperare possitis?

[12]Revertimini, filiæ meæ, et abite: jam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo conjugali: etiamsi possem hac nocte concipere, et parere filios,

que esta noite mesmo me fosse dado ter marido e viesse a gerar filhos,

13 haveríeis de esperá-los crescer, sem vos casardes de novo, até que se tornassem grandes? Não, minhas filhas, minha dor é muito maior do que a vossa, porque a mão do Senhor pesou sobre mim”.

14 Então, elas desataram de novo a chorar. Orfa beijou a sua sogra, porém Rute não quis separar-se dela.

15 “Eis que tua cunhada voltou para o seu povo e para os seus deuses – disse-lhe Noemi –. “Vai com ela!”

16 “Não insistas comigo – respondeu Rute – para que eu te deixe e me vá longe de ti. Aonde fores, eu irei; onde habitares, eu habitarei. O teu povo é meu povo e o teu Deus, meu Deus.

17 Na terra em que morreres, quero também eu morrer e aí ser sepultada. O Senhor trate-me com todo o rigor, se outra coisa, a não ser a morte, me separar de ti!”

18 Ante tal resolução, Noemi não insistiu mais.

19 Seguiram juntas o seu caminho até Belém. Ali chegando, comoveu-se toda a cidade e as mulheres diziam: “Eis aí Noemi!”.

20 “Não me chameis mais Noemi – replicou ela –, mas chamai-me Mara, porque o Todo-poderoso me encheu de amargura.

21 Parti com as mãos cheias e o Senhor fez-me voltar com as mãos vazias. Por que me chamais Noemi, se o Senhor se declarou contra mim e o Onipotente me inundou de aflição?”.

22 Foi assim que voltaram dos campos de Moab, Noemi e sua nora Rute, a moabita. Chegaram a Belém, quando começava a colheita da cevada.

## Rute 2

1 Noemi tinha um parente, por parte de seu marido, homem poderoso e rico da família de Elimelec, chamado Booz.

13si eos expectare velitis donec crescant, et annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ quam nubatis. Nolite, quæso, filiæ meæ: quia vestra angustia magis me premit, et egressa est manus Domini contra me.

14Elevata igitur voce, rursum flere cœperunt: Orpha osculata est socrum, ac reversa est; Ruth adhæsit socrui suæ:

15cui dixit Noëmi: En reversa est cognata tua ad populum suum, et ad deos suos, vade cum ea.

16Quæ respondit: Ne adverseris mihi ut relinquam te et abeam: quocumque enim perrexeris, pergam, et ubi morata fueris, et ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, et Deus tuus Deus meus.

17Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar: ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Dominus, et hæc addat, si non sola mors me et te separaverit.

18Videns ergo Noëmi quod obstinato animo Ruth decrevisset secum pergere, adversari noluit, nec ad suos ultra reditum persuadere:

19profectæque sunt simul, et venerunt in Bethlehem. Quibus urbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebruit: dicebantque mulieres: Hæc est illa Noëmi.

20Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi (id est, pulchram), sed vocate me Mara (id est, amaram), quia amaritudine valde replevit me Omnipotens.

21Egressa sum plena, et vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Dominus humiliavit, et afflixit Omnipotens?

22Venit ergo Noëmi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reversa est in Bethlehem, quando primum hordea metebantur.

## Ruth 2

1Erat autem viro Elimelech consanguineus, homo potens, et magnarum opum, nomine Booz.

[2] Rute, a moabita, disse a Noemi: "Peço-te que me deixes ir respigar nos campos de quem me quiser acolher favoravelmente". "Vai, minha filha" – respondeu-lhe ela.

[3] Rute partiu, pois, e entrou num campo, atrás dos segadores. Ora, aconteceu que aquele era justamente o campo de Booz, parente de Elimelec.

[4] Booz acabava de voltar de Belém e saudou os segadores: "O Senhor esteja convosco!". "Deus te abençoe" – responderam eles.

[5] Booz dirigiu-se ao servo que tomava conta dos segadores: "Quem é esta moça?".

[6] "Esta é uma jovem moabita – respondeu ele – que veio com Noemi da terra de Moab.

[7] Pediu-nos que a deixássemos respigar entre os feixes de trigo e apanhar as espigas atrás dos segadores. Está, aí, sempre de pé, desde a manhã até agora. Nesse momento, ela descansa um pouco sob a tenda."

[8] Booz disse a Rute: "Ouve, minha filha: não vás respigar em outro campo, nem te afastes daqui, mas junta-te com minhas servas.

[9] Olha em que campo vão ceifar e segue-as. Proibi aos meus servos que te molestassem. Se tiveres sede, vai ao cântaro e bebe da água que elas tiverem buscado".

[10] Rute, caindo aos seus pés, prostrou-se por terra: "De onde me vem a dita – disse ela – de que te interesses por mim, uma estrangeira?".

[11] "Contaram-me – replicou Booz – tudo o que fizeste por tua sogra depois que morreu o teu marido, como deixaste teu pai, tua mãe e a tua pátria e vieste para um povo que antes não conhecias.

[12] O Senhor te remunere pelo bem que fizeste e recebas uma plena recompensa do Senhor, Deus de Israel, sob cujas asas te acolheste!"

[13] Ela respondeu: "Encontre eu graça diante dos teus olhos, meu senhor, pois me consolaste e encorajaste a tua serva, ainda que eu não seja como uma de tuas escravas".

[2]Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam: Si jubes, vadam in agrum, et colligam spicas quæ fugerint manus metentium, ubicumque clementis in me patrisfamilias repperero gratiam. Cui illa respondit: Vade, filia mea.

[3]Abiit itaque et colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem ut ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech.

[4]Et ecce, ipse veniebat de Bethlehem, dixitque messoribus: Dominus vobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi Dominus.

[5]Dixitque Booz juveni, qui messoribus præerat: Cujus est hæc puella?

[6]Cui respondit: Hæc est Moabitis, quæ venit cum Noëmi, de regione Moabitide,

[7]et rogavit ut spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: et de mane usque nunc stat in agro, et ne ad momentum quidem domum reversa est.

[8]Et ait Booz ad Ruth: Audi, filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed jungere puellis meis,

[9]et ubi messuerint, sequere. Mandavi enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas, et bibe aquas, de quibus et pueri bibunt.

[10]Quæ cadens in faciem suam et adorans super terram, dixit ad eum: Unde mihi hoc, ut invenirem gratiam ante oculos tuos, et nosse me dignareris peregrinam mulierem?

[11]Cui ille respondit: Nuntiata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui: et quod reliqueris parentes tuos, et terram in qua nata es, et veneris ad populum, quem antea nesciebas.

[12]Reddat tibi Dominus pro opere tuo, et plenam mercedem recipias a Domino Deo Israël, ad quem venisti, et sub cujus confugisti alas.

[13]Quæ ait: Inveni gratiam apud oculos tuos, domine mi, qui consolatus es me, et locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis unius puellarum tuarum.

[14] À hora de comer, Booz disse-lhe: "Vem, come tua parte do pão e molha o teu bocado no vinagre". Ela assentou-se ao lado dos segadores e Booz ofereceu-lhe grão torrado. Ela comeu até ficar satisfeita e guardou o resto. Levantou-se em seguida e recomeçou a respigar.

[15] Booz disse aos seus servos: "Deixai-a respigar mesmo entre os feixes e não a molesteis.

[16] Deixai cair de vossos feixes, como por descuido, algumas espigas e deixai-as para que ela as apanhe; sobretudo, não a censurais de forma alguma".

[17] Rute esteve, pois, respigando no campo até a tarde; tendo depois batido as espigas que tinha colhido, encontrou quase um efá de cevada.

[18] Carregando a cevada, entrou na cidade e sua sogra viu o que ela tinha colhido. Rute tirou então o que lhe sobrou de seu almoço e ofereceu à sogra.

[19] Noemi perguntou-lhe: "Onde respigaste hoje?". "Onde trabalhaste? Bendito seja quem te acolheu!" Ela contou à sua sogra em que propriedade tinha trabalhado. "O homem – disse ela – em cuja terra trabalhei hoje chama-se Booz."

[20] "Bendito seja ele do Senhor – respondeu Noemi – porque mostrou-se misericordioso tanto para com os vivos como para com os mortos." E acrescentou: "Esse homem é nosso parente próximo, um dos que têm direito de resgate sobre nós".

[21] "Ele disse-me também – continuou Rute –, a moabita, que ficasse com os seus servos até que se acabasse toda a ceifa."

[22] Noemi respondeu-lhe: "É melhor, minha filha, que sigas as suas servas e que não te encontrem noutro campo".

[23] Ela ficou, pois, com as servas de Booz, respigando até o fim da ceifa da cevada e do trigo. E morava com a sua sogra.

## Rute 3

[14]Dixitque ad eam Booz: Quando hora vescendi fuerit, veni huc, et comede panem, et intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, et congessit polentam sibi, comeditque et saturata est, et tulit reliquias.

[15]Atque inde surrexit, ut spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: Etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam:

[16]et de vestris quoque manipulis projicite de industria, et remanere permittite, ut absque rubore colligat, et colligentem nemo corripiat.

[17]Collegit ergo in agro usque ad vesperam: et quæ collegerat virga cædens et excutiens, invenit hordei quasi ephi mensuram, id est, tres modios.

[18]Quos portans reversa est in civitatem, et ostendit socrui suæ: insuper protulit, et dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat.

[19]Dixitque ei socrus sua: Ubi hodie collegisti, et ubi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. Indicavitque ei apud quem fuisset operata: et nomen dixit viri, quod Booz vocaretur.

[20]Cui respondit Noëmi: Benedictus sit a Domino: quoniam eamdem gratiam, quam præbuerat vivis, servavit et mortuis. Rursumque ait: Propinquus noster est homo.

[21]Et ait Ruth: Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, ut tamdiu messoribus ejus jungerer, donec omnes segetes meterentur.

[22]Cui dixit socrus: Melius est, filia mea, ut cum puellis ejus exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi.

[23]Juncta est itaque puellis Booz: et tamdiu cum eis messuit, donec hordea et triticum in horreis conderentur.

## Ruth 3

[1] Noemi, sua sogra, disse-lhe: “Minha filha, é preciso que eu te assegure uma existência tranquila, para que sejas feliz.

[2] Este Booz, nosso parente, cujas servas seguiste, deverá joeirar esta tarde a cevada de sua eira.

[3] Lava-te, unge-te, põe tuas melhores vestes e desce à eira, mas não te deixes reconhecer por ele antes que ele tenha acabado de comer.

[4] Quando for dormir, observa o lugar em que dorme. Entra, então, levanta a cobertura de seus pés e deita-te! Ele mesmo te dirá o que deves fazer”.

[5] “Farei – disse ela – tudo o que me indicas.”

[6] Ela desceu à eira e fez tudo o que sua sogra lhe tinha recomendado.

[7] Booz comeu e bebeu e o seu coração tornou-se alegre. Depois disso, foi e deitou-se junto de um monte de feixes. Rute aproximou-se de mansinho, levantou o manto de seus pés e deitou-se também.

[8] Pelo meio da noite, o homem despertou, de repente, voltou-se e viu uma mulher deitada a seus pés.

[9] “Quem és tu?” – perguntou-lhe ele –. “Eu sou Rute, tua serva” – respondeu ela –. “Estende o teu manto sobre a tua serva, porque tens o direito de resgate.”

[10] Ele disse: “Deus te abençoe, minha filha. Esta tua última bondade vale mais que a primeira, porque não buscaste jovens, pobres ou ricos.

[11] Agora, minha filha, não temas. Tudo o que disseres eu te farei, porque todos em Belém sabem que és uma mulher virtuosa.

[12] Tenho, realmente, o direito de resgate, mas há outro mais próximo parente do que eu.

[13] Passa aqui esta noite. Amanhã, se ele quiser usar de seu direito de resgate sobre ti, está bem, que o faça. Do contrário, eu o farei; juro pelo Senhor! Dorme, pois até pela manhã”.

[14] Ela ficou deitada aos seus pés até de madrugada. Levantou-se quando ainda não

[1]Postquam autem reversa est ad socrum suam, audivit ab ea: Filia mea, quæram tibi requiem, et providebo ut bene sit tibi.

[2]Booz iste, cujus puellis in agro juncta es, propinquus noster est, et hac nocte aream hordei ventilat.

[3]Lavare igitur, et ungere, et induere cultioribus vestimentis, et descende in aream: non te videat homo, donec esum potumque finierit.

[4]Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat: veniesque et discooperies pallium, quo operitur a parte pedum, et projicies te, et ibi jacebis: ipse autem dicet quid agere debeas.

[5]Quæ respondit: Quidquid præceperis, faciam.

[6]Descenditque in aream, et fecit omnia quæ sibi imperaverat socrus.

[7]Cumque comedisset Booz, et bibisset, et factus esset hilarior, issetque ad dormiendum juxta acervum manipulorum, venit abscondite, et discooperto pallio, a pedibus ejus se projecit.

[8]Et ecce, nocte jam media expavit homo, et conturbatus est: viditque mulierem jacentem ad pedes suos,

[9]et ait illi: Quæ es? Illaque respondit: Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.

[10]Et ille: Benedicta, inquit, es a Domino, filia, et priorem misericordiam posteriore superasti: quia non est secuta juvenes, pauperes sive divites.

[11]Noli ergo metuere, sed quidquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te esse virtutis.

[12]Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior.

[13]Quiesce hac nocte: et facto mane, si te voluerit propinquitatis jure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque ulla dubitatione suscipiam, vivit Dominus. Dormi usque mane.

se podiam distinguir as pessoas. Booz tinha dito: "Não é bom que se saiba ter esta mulher entrado na eira".

15 E acrescentou: "Estende o manto que tens sobre ti e segura-o". Ela estendeu-o e Booz encheu-o com seis medidas de cevada, que lhe pôs às costas. Em seguida, ela voltou à cidade.

16 Rute voltou para junto de sua sogra, que lhe disse: "Como vais, minha filha?". Rute contou-lhe então tudo o que aquele homem fizera por ela. E acrescentou:

17 "Ele deu-me estas seis medidas de cevada, dizendo-me: 'Não voltarás com as mãos vazias para a tua sogra'."

18 "Espera, minha filha – retomou Noemi –, até sabermos como vai terminar tudo isso. Esse homem não descansará enquanto não tiver resolvido esse assunto e o fará hoje mesmo."

## Rute 4

1 Foi Booz à porta da cidade e sentou-se ali. Vendo passar o homem que tinha o direito de resgate, do qual falara, chamou-o e disse-lhe: "Vem cá um pouco; senta-te aqui". O homem veio e sentou-se.

2 Escolhendo então Booz dez homens dentre os anciãos da cidade, disse-lhes: "Sentai-vos aqui".

3 Estando eles sentados, Booz dirigiu-se ao parente próximo, falando-lhe nestes termos: "Noemi, que voltou da terra de Moab, está para vender a parte no campo que pertencia ao nosso parente Elimelec.

4 Eu quis informar-te disso e propor-te que a compres diante dos anciãos do meu povo aqui presentes. Se queres usar do teu direito de resgate, faze-o; do contrário, dize-me, para que eu saiba o que devo fazer, porque vens em primeiro lugar, mas depois de ti é a mim que cabe esse direito". "Eu quero usar do meu direito – respondeu o homem –.

5 "Comprando essa terra da mão de Noemi – continuou Booz – adquires ao mesmo tempo Rute, a moabita, mulher do defunto

14Dormivit itaque ad pedes ejus, usque ad noctis abscessum. Surrexit itaque antequam homines se cognoscerent mutuo, et dixit Booz: Cave ne quis noverit quod huc veneris.

15Et rursum: Expande, inquit, pallium tuum, quo operiris, et tene utraque manu. Qua extendente, et tenente, mensus est sex modios hordei, et posuit super eam. Quæ portans ingressa est civitatem,

16et venit ad socrum suam. Quæ dixit ei: Quid egisti, filia? Narravitque ei omnia, quæ sibi fecisset homo.

17Et ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi, et ait: Nolo vacuam te reverti ad socrum tuam.

18Dixitque Noëmi: Expecta, filia, donec videamus quem res exitum habeat: neque enim cessabit homo, nisi compleverit quod locutus est.

## Ruth 4

1Ascendit ergo Booz ad portam, et sedit ibi. Cumque vidisset propinquum præterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum: Declina paulisper, et sede hic: vocans eum nomine suo. Qui divertit, et sedit.

2Tollens autem Booz decem viros de senioribus civitatis, dixit ad eos: Sedete hic.

3Quibus sedentibus, locutus est ad propinquum: Partem agri fratris nostri Elimelech vendet Noëmi, quæ reversa est de regione Moabitide:

4quod audire te volui, et tibi dicere coram cunctis sedentibus, et majoribus natu de populo meo. Si vis possidere jure propinquitatis, eme, et posside: sin autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, ut sciam quid facere debeam: nullus enim est propinquus, excepto te, qui prior es, et me, qui secundus sum. At ille respondit: Ego agrum emam.

5Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere: ut

para conservar o nome do defunto, em sua herança.”

[6] “Nesse caso – respondeu aquele homem –, não a posso resgatar por minha própria conta, porque isso viria prejudicar o meu patrimônio. Usa tu do meu privilégio, porque não o posso fazer.”

[7] Outrora, era costume em Israel, nos casos de resgate ou de sub-rogação, que o homem tirasse o calçado e o desse ao outro para validade da transação; isso servia de ratificação.

[8] O parente próximo disse, pois, a Booz: “Compra-a para ti”, e tirou o calçado.

[9] Booz disse aos anciãos e a todo o povo: “Vós sois hoje testemunhas de que comprei da mão de Noemi tudo o que pertencia a Elimelec, a Quelion e a Maalon.

[10] Com isso, adquiro ao mesmo tempo Rute, a moabita, por mulher, viúva de Maalon, para conservar o nome do defunto em sua herança e para que esse nome não se apague de entre os seus parentes e no povo da cidade. Disso sois hoje testemunhas”.

[11] Então, todo o povo que estava na porta e todos os anciãos responderam: “Somos testemunhas! O Senhor torne essa mulher que entra na tua casa semelhante a Raquel e a Lia, que fundaram a casa de Israel! Sê feliz em Éfrata, adquire um nome em Belém!

[12] Que a tua casa se torne como a casa de Farés, que Tamar deu à luz a Judá, pela posteridade que te der o Senhor por esta jovem”.

[13] Booz tomou, pois, Rute, que se tornou sua mulher. Aproximou-se dela e o Senhor concedeu-lhe a graça de conceber e dar à luz um filho.

[14] As mulheres diziam a Noemi: “Bendito seja Deus, que não te recusou um libertador neste dia. Que o teu nome seja um dia célebre em Israel!.

[15] Ele te dará a vida e será o sustentáculo de tua velhice, porque tua nora, aquela que o gerou é que te ama e é para ti mais preciosa que sete filhos!”.

suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua.

[6]Qui respondit: Cedo juri propinquitatis: neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo: tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor.

[7]Hic autem erat mos antiquitus in Israël inter propinquos, ut siquando alter alteri suo juri cedebat, ut esset firma concessio, solvebat homo calceamentum suum, et dabat proximo suo: hoc erat testimonium cessionis in Israël.

[8]Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calceamentum tuum. Quod statim solvit de pede suo.

[9]At ille majoribus natu, et universo populo: Testes vos, inquit, estis hodie, quod possederim omnis quæ fuerunt Elimelech, et Chelion, et Mahalon, tradente Noëmi;

[10]et Ruth Moabitidem, uxorem Mahalon, in conjugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum ejus de familia sua ac fratribus et populo deleatur. Vos, inquam, hujus rei testes estis.

[11]Respondit omnis populus, qui erat in porta, et majores natu: Nos testes sumus: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel et Liam, quæ ædificaverunt domum Israël: ut sit exemplum virtutis in Ephratha, et habeat celebre nomen in Bethlehem:

[12]fiatque domus tua sicut domus Phares, quem Thamar peperit Judæ, de semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella.

[13]Tulit itaque Booz Ruth, et accepit uxorem: ingressusque est ad eam, et dedit illi Dominus ut conciperet, et pareret filium.

[14]Dixeruntque mulieres ad Noëmi: Benedictus Dominus, qui non est passus ut deficeret successor familiæ tuæ, et vocaretur nomen ejus in Israël:

[15]et habeas qui consoletur animam tuam, et enutriat senectutem: de nuru enim tua natus est, quæ te diligit, et multo tibi melior est, quam si septem haberes filios.

[16] Noemi, tomando o menino, colocou-o no seu regaço e fazia-lhe as vezes de ama.

[17] Suas vizinhas deram-lhe nome, dizendo: “Nasceu um filho a Noemi”. E chamaram ao menino Obed. Este foi pai de Jessé, e pai de Davi.

[18] Esta é a posteridade de Farés: Farés gerou Hesron;

[19] Hesron gerou Ram; Ram gerou Abinadab;

[20] Abinadab gerou Naasson; Naasson gerou Salmon;

[21] Salmon gerou Booz; Booz gerou Obed;

[22] Obed gerou Jessé; Jessé gerou Davi.

[16]Susceptumque Noëmi puerum posuit in sinu suo, et nutricis ac gerulæ fungebatur officio.

[17]Vicinæ autem mulieris congratulantes ei, et dicentes: Natus est filius Noëmi: vocaverunt nomen ejus Obed: hic est pater Isai, patris David.

[18]Hæ sunt generationes Phares: Phares genuit Esron,

[19]Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab,

[20]Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon,

[21]Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed,

[18] E no dia em que clamardes ao Senhor por causa do rei, que vós mesmos escolhestes, o Senhor não vos ouvirá".

[19] O povo recusou ouvir a voz de Samuel. "Não – disseram eles –; é preciso que tenhamos um rei!

[20] Queremos ser como todas as outras nações. Nosso rei nos julgará, marchará à nossa frente e será nosso chefe na guerra."

[21] Samuel ouviu todas as palavras do povo e referiu-as ao Senhor.

[22] E respondeu-lhe o Senhor: "Ouve-os; dá-lhes um rei". Samuel disse aos israelitas: "Volte cada um para a sua cidade".

[11]Et ait: Hoc erit jus regis, qui imperaturus est vobis: filios vestros tollet, et ponet in curribus suis: facietque sibi equites et præcursores quadrigarum suarum,

[12]et constituet sibi tribunos, et centuriones, et aratores agrorum suorum, et messores segetum, et fabros armorum et curruum suorum.

[13]Filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, et focarias, et panificas.

[14]Agros quoque vestros, et vineas, et oliveta optima tollet, et dabit servis suis.

[15]Sed et segetes vestras et vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis et famulis suis.

[16]Servos etiam vestros, et ancillas, et juvenes optimos, et asinos, auferet, et ponet in opere suo.

[17]Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi.

[18]Et clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis: et non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem.

[19]Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam: rex enim erit super nos,

[20]et erimus nos quoque sicut omnes gentes: et judicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis.

[21]Et audivit Samuel omnia verba populi, et locutus est ea in auribus Domini.

[22]Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, et constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israël: Vadat unusquisque in civitatem suam.

## 1 Samuel 9

[1] Havia um homem de Benjamim, chamado Cis, filho de Abiel, filho de Seror, filho de Becorat, filho de Afia, de família benjaminita, que era um homem valente.

[2] Tinha um filho chamado Saul, que era jovem e belo. Não havia em Israel outro

## Regum I 9

[1]Et erat vir de Benjamin nomine Cis, filius Abiel, filii Seror, filii Bechorath, filii Aphia, filii viri Jemini, fortis robore.

[2]Et erat ei filius vocabulo Saul, electus et bonus: et non erat vir de filiis Israël melior

mais belo do que ele; dos ombros para cima sobressaía a todo o povo.

[3] Tendo-se perdido as jumentas de Cis, pai de Saul, disse aquele ao seu filho: "Toma um servo contigo e vai procurar as jumentas".

[4] Saul atravessou a montanha de Efraim e entrou na terra de Salisa, sem nada encontrar; percorreu a terra de Salim, mas em vão. Na terra de Benjamim não as encontrou tampouco.

[5] Tendo chegado à terra de Suf, Saul disse ao seu servo: "Vem, voltemos. Meu pai poderia não mais pensar nas jumentas e ficar com cuidados por nós".

[6] "Nesta cidade – disse-lhe o servo – há um homem de Deus, varão muito considerado; tudo o que ele prediz se cumpre. Vamos lá; talvez ele nos mostrará o caminho que devemos tomar."

[7] Saul respondeu: "Está bem, vamos; mas o que havemos de oferecer-lhe? Nossos alforjes estão vazios e não temos presente algum para dar ao homem de Deus. O que nos resta?".

[8] "Tenho aqui um quarto de siclo de prata – respondeu o servo –. Vou dá-lo ao homem de Deus para que ele nos mostre o caminho".

[9] (Antigamente, em Israel, todo o que ia consultar a Deus, dizia: "Vinde, vamos ao vidente". Chamava-se então vidente ao que hoje se chama profeta.)

[10] Saul disse ao seu servo: "Tens razão. Anda, vamos". E foram à cidade onde estava o homem de Deus.

[11] Subindo eles a encosta da cidade, encontraram umas moças que saíam a buscar água. "Há um vidente aqui?"– perguntaram-lhes.

[12] "Sim – responderam elas –; ali diante de ti. Apressa-te; ele veio hoje à cidade, porque o povo oferece um sacrifício no lugar alto.

[13] Ao entrar na cidade, o encontrareis, seguramente antes que suba ao lugar alto para o festim. O povo não comerá antes

illo: ab humero et sursum eminebat super omnem populum.

[3]Perierant autem asinæ Cis patris Saul: et dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum unum de pueris, et consurgens vade, et quære asinas. Qui cum transissent per montem Ephraim

[4]et per terram Salisa, et non invenissent, transierunt etiam per terram Salim, et non erant: sed et per terram Jemini, et minime repererunt.

[5]Cum autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum qui erat cum eo: Veni et revertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, et sollicitus sit pro nobis.

[6]Qui ait ei: Ecce vir Dei est in civitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra, propter quam venimus.

[7]Dixitque Saul ad puerum suum: Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in sitarciis nostris, et sportulam non habemus ut demus homini Dei, nec quidquam aliud.

[8]Rursum puer respondit Sauli, et ait: Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti: demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram.

[9](Olim in Israël sic loquebatur unusquisque vadens consulere Deum: Venite, et eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.)

[10]Et dixit Saul ad puerum suum: Optimus sermo tuus. Veni, eamus. Et ierunt in civitatem in qua erat vir Dei.

[11]Cumque ascenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, et dixerunt eis: Num hic est videns?

[12]Quæ respondentes, dixerunt illis: Hic est: ecce ante te, festina nunc: hodie enim venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso.

[13]Ingredientes urbem, statim invenietis eum antequam ascendat excelsum ad vescendum, neque enim comesurus est populus donec ille veniat: quia ipse benedicit hostiæ, et deinceps

que ele chegue, pois ele deverá abençoar o sacrifício; os convidados só comerão depois. Subi, pois; hoje o encontrareis.”

14 Subiram à cidade. No momento em que entravam, encontraram Samuel que saía para subir ao lugar alto.

15 Ora, na véspera da chegada de Saul, o Senhor tinha revelado a Samuel:

16 “Amanhã a esta mesma hora, te mandarei um homem da terra de Benjamim e tu o ungirás para chefe do meu povo de Israel, para que ele livre o povo das mãos dos filisteus. Porque voltei os meus olhos para o meu povo e o seu clamor chegou até a mim”.

17 Quando Samuel viu Saul, Deus disse-lhe: “Eis o homem de quem te falei: este reinará sobre o meu povo”.

18 Saul aproximou-se de Samuel à porta da cidade e disse-lhe: “Rogo-te que me digas onde é a casa do vidente”.

19 “Sou eu mesmo o vidente – respondeu Samuel –; sobe na minha frente ao lugar alto; comereis hoje comigo. Amanhã te deixarei partir, depois de ter revelado a ti tudo o que tens no coração.

20 Quanto às jumentas perdidas há dois ou três dias, não te inquietes por isso, porque já foram encontradas. E de quem será toda a beleza de Israel? Não é, porventura, tua e de toda a casa de teu pai?”

21 Saul respondeu: “Eu sou um benjaminita, filho da menor tribo de Israel; e minha família é a menor de todas as famílias de Benjamim. Por que, pois, me falas assim?”.

22 Samuel, tomando Saul e o seu servo, levou-os para a sala do festim e deu-lhes o primeiro lugar entre os convidados, que eram em número de aproximadamente trinta pessoas.

23 Samuel disse ao cozinheiro: “Serve a porção que te dei e que te mandei pôr à parte”.

24 Tomou, pois, o cozinheiro a espádua com o que nela havia e a serviu a Saul. Samuel disse: “Eis diante de ti a porção que

comedunt qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum.

14Et ascenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obviam eis, ut ascenderet in excelsum.

15Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante unam diem quam veniret Saul, dicens:

16Hac ipsa hora quæ nunc est, cras mittam virum ad te de terra Benjamin, et unges eum ducem super populum meum Israël: et salvabit populum meum de manu Philisthinorum, quia respexi populum meum: venit enim clamor eorum ad me.

17Cumque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi: iste dominabitur populo meo.

18Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, et ait: Indica, oro, mihi, ubi est domus videntis.

19Et respondit Samuel Sauli, dicens: Ego sum videns: ascende ante me in excelsum, ut comedatis mecum hodie, et dimittam te mane: et omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi.

20Et de asinis quas nudiustertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inventæ sunt. Et cujus erunt optima quæque Israël? nonne tibi et omni domui patris tui?

21Respondens autem Saul, ait: Numquid non filius Jemini ego sum de minima tribu Israël, et cognatio mea novissima inter omnes familias de tribu Benjamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum?

22Assumens itaque Samuel Saulem et puerum ejus, introduxit eos in triclinium, et dedit eis locum in capite eorum qui fuerant invitati: erant enim quasi triginta viri.

23Dixitque Samuel coco: Da partem quam dedi tibi, et præcepi ut reponeres seorsum apud te.

24Levavit autem cocus armum, et posuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remansit: pone ante te, et comede, quia de industria

te foi reservada. Come-a; reservei-a para este momento quando convidei o povo". Saul e Samuel comeram juntos naquele dia.

[25] Do lugar alto desceram para a cidade e prepararam uma cama para Saul no terraço

[26] e ele foi dormir. No dia seguinte, ao romper da aurora, Samuel chamou Saul ao terraço e disse-lhe: "Levanta-te e te deixarei partir". Saul levantou-se e saíram os dois juntos.

[27] Quando chegaram aos limites da cidade, Samuel disse a Saul: "Dize ao teu servo que passe e vá adiante de nós – e o servo passou adiante –; mas tu detém-te aqui para que eu te comunique uma palavra de Deus".

servatum est tibi quando populum vocavi. Et comedit Saul cum Samuele in die illa.

[25]Et descenderunt de excelso in oppidum, et locutus est cum Saule in solario: stravitque Saul in solario, et dormivit.

[26]Cumque mane surrexissent, et jam elucesceret, vocavit Samuel Saulem in solario, dicens: Surge, et dimittam te. Et surrexit Saul: egressique sunt ambo, ipse videlicet, et Samuel.

[27]Cumque descenderent in extrema parte civitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero ut antecedat nos et transeat: tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi verbum Domini.

## 1 Samuel 10

[1] Samuel tomou um pequeno frasco de óleo e derramou-o na cabeça de Saul; beijou-o e disse: "O Senhor te confere esta unção para que sejas chefe da sua herança.

[2] Quando te apartares hoje de mim, encontrarás dois homens junto do túmulo de Raquel, na terra de Benjamim, em Selsac. Eles te dirão: 'As jumentas que foste procurar foram encontradas. Teu pai não se inquieta mais por elas, mas tem cuidado por vós e aflige-se perguntando o que poderá fazer por vós'.

[3] Seguirás o teu caminho até o carvalho de Tabor, onde se apresentarão a ti três homens que sobem a adorar a Deus, em Betel, levando um três cabritos, outro três fatias de pão e o terceiro um odre de vinho.

[4] Depois de te saudarem, te darão dois pães e tu os receberás de suas mãos.

[5] Depois disso, chegarás a Gabaá-Eloim onde se encontra o governador dos filisteus. À entrada da cidade, encontrarás um grupo de profetas descendo do lugar alto, precedidos de saltérios, de tímpanos, de flautas e de cítaras, profetizando.

## Regum I 10

[1]Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput ejus: et deosculatus est eum, et ait: Ecce unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, et liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus qui in circuitu ejus sunt. Et hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem.

[2]Cum abieris hodie a me, invenies duos viros juxta sepulchrum Rachel in finibus Benjamin, in meridie: dicentque tibi: Inventæ sunt asinæ ad quas ieras perquirendas: et intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, et dicit: Quid faciam de filio meo?

[3]Cumque abieris inde, et ultra transieris, et veneris ad quercum Thabor, invenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, unus portans tres hædos, et alius tres tortas panis, et alius portans lagenam vini.

[4]Cumque te salutaverint, dabunt tibi duos panes, et accipies de manu eorum.

[5]Post hæc venies in collem Dei, ubi est statio Philisthinorum: et cum ingressus fueris ibi urbem, obvium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, et ante eos psalterium, et tympanum, et tibiam, et citharam, ipsosque prophetantes.

[6] O Espírito do Senhor virá também sobre ti, profetizarás com eles e te tornará um outro homem.

[7] Quando vires acontecer todos esses sinais, faze o que a circunstância te ditar, porque Deus estará contigo.

[8] Descerás antes de mim a Gálgala; irei ter contigo ali, para oferecer holocaustos e sacrifícios pacíficos. Esperarás sete dias até que eu chegue; então te instruirei sobre o que deverás fazer".

[9] Logo que Saul voltou as costas, despedindo-se de Samuel, Deus transformou-lhe o coração. Todos esses sinais se cumpriram no mesmo dia.

[10] Chegando ele a Gabaá, veio-lhe ao encontro um grupo de profetas; o Espírito de Deus apoderou-se de Saul e ele pôs-se a profetizar no meio deles.

[11] Todos os que o tinham conhecido antes, vendo-o cantar com os profetas, perguntavam uns aos outros: "Que aconteceu ao filho de Cis? Porventura também Saul está entre os profetas?".

[12] Dentre a multidão, alguém perguntou: "Quem é o pai dele?". De onde o provérbio: "Porventura também Saul está entre os profetas?".

[13] Acabados esses cânticos proféticos, foi Saul para o lugar alto.

[14] O tio de Saul perguntou a ele e ao servo: "Aonde fostes?". Saul respondeu: "À procura das jumentas; mas não as encontramos e, por isso, fomos ter com Samuel".

[15] "Conta-me – replicou o tio – o que vos disse Samuel."

[16] Saul disse-lhe: "Declarou-nos que as jumentas tinham já sido encontradas"; mas nada lhe contou do que tinha dito o vidente com relação ao reino.

[17] Samuel convocou o povo diante do Senhor, em Masfa:

[18] "Assim – disse ele aos israelitas – fala o Senhor, Deus de Israel: Eu vos tirei do

[6]Et insiliet in te spiritus Domini, et prophetabis cum eis, et mutaberis in virum alium.

[7]Quando ergo evenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumque invenerit manus tua, quia Dominus tecum est.

[8]Et descendes ante me in Galgala (ego quippe descendam ad te), ut offeras oblationem, et immoles victimas pacificas: septem diebus expectabis, donec veniam ad te, et ostendam tibi quid facias.

[9]Itaque cum avertisset humerum suum ut abiret a Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, et venerunt omnia signa hæc in die illa.

[10]Veneruntque ad prædictum collem, et ecce cuneus prophetarum obvius ei: et insiluit super eum spiritus Domini, et prophetavit in medio eorum.

[11]Videntes autem omnes qui noverant eum heri et nudiustertius quod esset cum prophetis, et prophetaret, dixerunt ad invicem: Quænam res accidit filio Cis? num et Saul inter prophetas?

[12]Responditque alius ad alterum, dicens: Et quis pater eorum? Propterea versum est in proverbium: Num et Saul inter prophetas?

[13]Cessavit autem prophetare, et venit ad excelsum.

[14]Dixitque patruus Saul ad eum, et ad puerum ejus: Quo abistis? Qui responderunt: Quærere asinas: quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem.

[15]Et dixit ei patruus suus: Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.

[16]Et ait Saul ad patruum suum: Indicavit nobis quia inventæ essent asinæ. De sermone autem regni non indicavit ei quem locutus fuerat ei Samuel.

[17]Et convocavit Samuel populum ad Dominum in Maspha:

[18]et ait ad filios Israël: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego eduxi Israël de Ægypto, et erui vos de manu Ægyptiorum, et de manu omnium regum qui affligebant vos.

[19]Vos autem hodie projecistis Deum vestrum, qui solus salvavit vos de universis malis et

Egito, livrei-vos das mãos dos egípcios e de todos os reis que vos oprimiam.

[19] Vós, porém, rejeitastes hoje o vosso Deus que vos salvou de todos os males e de todas as tribulações e dissestes: Estabelecei um rei sobre nós. Pois bem: ponde-vos por ordem de tribos e de milhares e apresentai-vos diante do Senhor”.

[20] Samuel mandou que se aproximassem todas as tribos de Israel e a tribo de Benjamim foi designada pela sorte.

[21] Mandou vir a tribo de Benjamim por famílias e a família de Metri foi designada. E a escolha caiu, enfim, sobre Saul, filho de Cis. Procuraram-no, mas não o encontraram.

[22] Consultaram então de novo o Senhor: “Haverá ainda alguém que tenha vindo aqui?”. O Senhor respondeu: “Ele escondeu-se no meio das bagagens”.

[23] Correram a buscá-lo e colocaram-no no meio da multidão, a qual ele excedia em altura do ombro para cima.

[24] Samuel disse ao povo: “Vedes aquele que o Senhor escolheu? Não há em todo o povo quem lhe seja semelhante”. E todos o aclamaram, dizendo: “Viva o rei!”.

[25] Samuel expôs em seguida ao povo os direitos do rei, consignou-os em um livro que depositou diante do Senhor e despediu todo o povo, cada um para sua casa.

[26] Saul voltou também para sua casa, em Gabaá, acompanhado de homens valentes, cujos corações tinham sido tocados por Deus.

[27] Houve, porém, alguns homens maus que disseram: “Que poderá este fazer por nós?”. Por isso, desprezaram-no e não lhe levaram presente algum. Mas Saul não fez caso disso.

## 1 Samuel 11

[1] Naás, o amonita, pôs-se em cam-panha e combateu contra Jabes, em Galaad. Os

tribulationibus vestris: et dixistis: Nequaquam: sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras, et per familias.

[20]Et applicuit Samuel omnes tribus Israël, et cecidit sors tribus Benjamin.

[21]Et applicuit tribum Benjamin et cognationes ejus, et cecidit cognatio Metri: et pervenit usque ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum, et non est inventus.

[22]Et consuluerunt post hæc Dominum utrumnam venturus esset illuc. Responditque Dominus: Ecce absconditus est domi.

[23]Cucurrerunt itaque et tulerunt eum inde: stetitque in medio populi, et altior fuit universo populo ab humero et sursum.

[24]Et ait Samuel ad omnem populum: Certe videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamavit omnis populus, et ait: Vivat rex.

[25]Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro, et reposuit coram Domino: et dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam.

[26]Sed et Saul abiit in domum suam in Gabaa: et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.

[27]Filii vero Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera: ille vero dissimulabat se audire.

## Regum I 11

[1]Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, et pugnare cœpit adversum

habitantes de Jabes disseram-lhe: “Façamos aliança e nós te serviremos”.

[2] Mas Naás, o amonita, respondeu-lhes: “Só farei aliança convosco com a condição de vos furar a todos o olho direito, para impor assim um opróbrio a todo o Israel”.

[3] “Concede-nos sete dias – disseram-lhe os anciãos de Jabes – para que enviemos mensageiros por toda a terra de Israel; se não houver quem nos ajude, nos entregaremos a ti”.

[4] Foram os mensageiros a Gabaá, cidade de Saul e contaram isso ao povo e todo o povo pôs-se a chorar em alta voz.

[5] Saul voltava então do campo, atrás dos seus bois. “Que tem o povo para chorar dessa forma?” – disse ele. E referiram-lhe as palavras dos habitantes de Jabes.

[6] Ouvindo isso, o Espírito do Senhor apoderou-se de Saul e ele encolerizou-se.

[7] Tomando uma junta de bois, fê-la em pedaços e mandou-os por mão de mensageiros por todo o território de Israel, com este aviso: “Assim será feito aos bois de todo aquele que se não puser em campanha com Saul e Samuel”. O terror do Senhor apoderou-se do povo e este pôs-se em marcha como um só homem.

[8] Saul passou-o em revista em Bezec: havia trezentos mil homens de Israel e trinta mil de Judá.

[9] Disseram aos mensageiros que tinham vindo: “Dizei aos habitantes de Jabes, em Galaad, que amanhã, quando o sol estiver na força do seu calor, serão socorridos”. Voltando, deram os mensageiros essa notícia aos habitantes de Jabes, que se alegraram.

[10] Esses disseram aos amonitas: “Amanhã nos renderemos a vós e fareis de nós o que vos parecer melhor”.

[11] No dia seguinte, Saul dividiu o povo em três partes; penetraram ao raiar do dia no acampamento inimigo e feriram os amonitas até que chegou o grande calor do dia. Aqueles que escaparam foram

Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, et serviemus tibi.

[2]Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in universo Israël.

[3]Et dixerunt ad eum seniores Jabes: Concede nobis septem dies, ut mittamus nuntios ad universos terminos Israël, et si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.

[4]Venerunt ergo nuntii in Gabaa Saulis: et locuti sunt verba hæc, audiente populo: et levavit omnis populus vocem suam, et flevit.

[5]Et ecce Saul veniebat, sequens boves de agro, et ait: Quid habet populus quod plorat? Et narraverunt ei verba virorum Jabes.

[6]Et insilivit spiritus Domini in Saul cum audisset verba hæc, et iratus est furor ejus nimis.

[7]Et assumens utrumque bovem, concidit in frustra, misitque in omnes terminos Israël per manum nuntiorum, dicens: Quicumque non exierit, et secutus fuerit Saul et Samuel, sic fiet bobus ejus. Invasit ergo timor Domini populum, et egressi sunt quasi vir unus.

[8]Et recensuit eos in Bezech: fueruntque filiorum Israël trecenta millia, virorum autem Juda triginta millia.

[9]Et dixerunt nuntiis qui venerant: Sic dicetis viris qui sunt in Jabes Galaad: Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. Venerunt ergo nuntii, et annuntiaverunt viris Jabes: qui lætati sunt.

[10]Et dixerunt: Mane exibimus ad vos: et facietis nobis omne quod placuerit vobis.

[11]Et factum est, cum dies crastinus venisset, constituit Saul populum in tres partes: et ingressus est media castra in vigilia matutina, et percussit Ammon usque dum incalesceret dies: reliqui autem dispersi sunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pariter.

[12]Et ait populus ad Samuelem: Quis est iste qui dixit: Saul num regnabit super nos? Date viros, et interficiemus eos.

dispersos, de tal sorte que não ficaram dois deles juntos.

12 O povo disse a Samuel: “Quem é que disse: ‘Saul não reinará sobre nós?’ Dai-nos esses homens para que os matemos.”

13 Porém, Saul respondeu: “Hoje não se matará ninguém, porque é o dia em que o Senhor libertou Israel.”

14 Samuel disse ao povo: “Vamos a Gálgala e renovemos ali a realeza.”

15 Partiu, pois, todo o povo para Gálgala para ali confirmar Saul, em presença do Senhor, no seu título de rei e oferecer naquele lugar sacrifícios de ações de graças. E Saul, com todos os israelitas, alegraram-se grandemente.

13Et ait Saul: Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israël.

14Dixit autem Samuel ad populum: Venite, et eamus in Galgala, et innovemus ibi regnum.

15Et perrexit omnis populus in Galgala, et fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, et immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi Saul, et cuncti viri Israël nimis.

## 1 Samuel 12

1 Samuel disse a todo o Israel: “Obedeci à vossa voz em tudo o que me pedistes e estabeleci um rei sobre vós.

2 Agora tendes o rei que vos governará doravante. Quanto a mim, estou velho e grisalho e meus filhos estão no meio de vós. Estive à vossa frente desde a minha juventude até este dia.

3 Agora, aqui me tendes! Dai testemunho de mim em presença do Senhor e do seu ungido: tomei o boi ou o jumento de alguém? Oprimi ou prejudiquei alguém? Recebi presentes de alguém para fechar os olhos ao seu proceder? Restituirei”.

4 Responderam-lhe: “Tu não nos prejudicaste, nem nos oprimiste, nem recebeste coisa alguma da mão de ninguém”.

5 Samuel replicou: “O Senhor é testemunha contra vós e também o seu ungido, de que vós não encontrastes coisa alguma nas minhas mãos”. “Sim, eles são testemunhas”– responderam eles.

6 Samuel disse ao povo: “É, pois, testemunha o Senhor que estabeleceu Moisés e Aarão e tirou os vossos pais do Egito.

## Regum I 12

1Dixit autem Samuel ad universum Israël: Ecce audivi vocem vestram juxta omnia quæ locuti estis ad me, et constitui super vos regem.

2Et nunc rex graditur ante vos: ego autem senui, et incanui: porro filii mei vobiscum sunt: itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce præsto sum.

3Loquimini de me coram Domino, et coram christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi: et contemnam illud hodie, restituamque vobis.

4Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quippiam.

5Dixitque ad eos: Testis est Dominus adversum vos, et testis christus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis.

6Et ait Samuel ad populum: Dominus, qui fecit Moysen et Aaron, et eduxit patres nostros de terra Ægypti.

7Nunc ergo state, ut judicio contendam adversum vos coram Domino de omnibus

[7] Agora, apresentai-vos. Vou pleitear convosco diante do Senhor a respeito de todos os benefícios que ele vos concedeu a vós e a vossos pais.

[8] Depois que Jacó entrou no Egito, vossos pais invocaram o Senhor e ele enviou Moisés e Aarão para tirá-los do Egito e colocá-los neste lugar.

[9] Mas esqueceram-se do Senhor, seu Deus, e ele os entregou nas mãos de Sísara, general do exército de Hasor, nas mãos dos filisteus e na mão do rei de Moab, os quais combateram contra eles.

[10] Depois clamaram ao Senhor, dizendo: 'Pecamos, porque abandonamos o Senhor para servir aos baals e às Astartes: agora livrai-nos das mãos de nossos inimigos e nós vos serviremos.

[11] O Senhor enviou Jerobaal, Badã, Jefté e Samuel, para salvar-vos das mãos dos inimigos que vos cercavam, a fim de habitardes em segurança nas vossas casas.

[12] Mas quando vistes Naás, rei dos amonitas, marchar contra vós, dissestes-me: 'Não! Um rei nos governará!', quando o Senhor, nosso Deus, era o vosso rei.

[13] Eis, pois, o rei que escolhestes e pedistes. O Senhor estabeleceu-o sobre vós.

[14] Esteja em vós o temor ao Senhor, para o servirdes e obedecerdes à sua voz e não vos rebelardes contra as suas vontades! Que vós sejais, vós e o vosso rei, dóceis ao Senhor, vosso Deus.

[15] Mas se não ouvirdes a sua voz e vos revoltardes contra as suas ordens, a mão do Senhor pesará sobre vós como pesou sobre vossos pais.

[16] Agora, ficai ainda um pouco aqui para assistirdes ao prodígio que o Senhor vai realizar aos vossos olhos.

[17] Não é, porventura, agora a colheita do trigo? Vou invocar o Senhor e ele fará trovejar e chover. Compreendereis então que fizestes mal aos seus olhos pedindo um rei".

misericordiis Domini quas fecit vobiscum et cum patribus vestris:

[8]quomodo Jacob ingressus est in Ægyptum, et clamaverunt patres vestri ad Dominum: et misit Dominus Moysen et Aaron, et eduxit patres vestros de Ægypto, et collocavit eos in loco hoc.

[9]Qui obliti sunt Domini Dei sui, et tradidit eos in manu Sisaræ magistri militiæ Hasor, et in manu Philisthinorum, et in manu regis Moab: et pugnaverunt adversum eos.

[10]Postea autem clamaverunt ad Dominum, et dixerunt: Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, et servivimus Baalim et Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, et serviemus tibi.

[11]Et misit Dominus Jerobaal, et Badan, et Jephte, et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, et habitastis confidenter.

[12]Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.

[13]Nunc ergo præsto est rex vester, quem elegistis et petistis: ecce dedit vobis Dominus regem.

[14]Si timueritis Dominum, et servieritis ei, et audieritis vocem ejus, et non exasperaveritis os Domini, eritis et vos, et rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum:

[15]si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos, et super patres vestros.

[16]Sed et nunc state, et videte rem istam grandem quam facturus est Dominus in conspectu vestro.

[17]Numquid non messis tritici est hodie? invocabo Dominum, et dabit voces et pluvias: et scietis, et videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem.

[18]Et clamavit Samuel ad Dominum, et dedit Dominus voces et pluvias in illa die.

[19]Et timuit omnis populus nimis Dominum et Samuelem, et dixit universus populus ad

[18] Samuel pôs-se em oração e o Senhor mandou no mesmo instante trovões e chuva, de modo que todo o povo temeu grandemente ao Senhor e a Samuel.

[19] E disseram todos a Samuel: “Roga pelos teus servos ao Senhor, teu Deus, para que não morramos, porque a todos nossos pecados ajuntamos o mal de pedirmos um rei”.

[20] “Não temais – respondeu Samuel –. O mal está feito. Agora não vos desvieis do Senhor e servi-o de todo o vosso coração.

[21] Não vos afasteis dele para seguirdes coisas vãs, que não salvam nem livram, porque são vãs.

[22] O Senhor, por causa do seu grande nome, não abandonará o seu povo, porque foi do seu agrado fazer de vós uma nação.

[23] Longe de mim também esse pecado contra o Senhor de cessar de orar por vós! Eu vos mostrarei o caminho bom e reto.

[24] Temei, pois, ao Senhor e servi-o em verdade e de todo o vosso coração, considerando as maravilhas que ele fez por vós.

[25] Se, porém, fizerdes o mal, perecereis vós e o vosso rei”.

Samuelem: Ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur: addidimus enim universis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem.

[20]Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere: vos fecistis universum malum hoc, verumtamen nolite recedere a tergo Domini, sed servite Domino in omni corde vestro.

[21]Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt.

[22]Et non derelinquet Dominus populum suum propter nomen suum magnum: quia juravit Dominus facere vos sibi populum.

[23]Absit autem a me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis, et docebo vos viam bonam et rectam.

[24]Igitur timete Dominum, et servite ei in veritate, et ex toto corde vestro: vidistis enim magnifica quæ in vobis gesserit.

[25]Quod si perseveraveritis in malitia, et vos et rex vester pariter peribitis.

## 1 Samuel 13

[1] Saul tinha... anos quando se tornou rei. Ele reinou... dois anos sobre Israel.

[2] Saul escolheu para si três mil israelitas: dois mil para ficar com ele em Macmas e no monte Betel e mil com Jônatas em Gabaá de Benjamim. Quanto ao restante do povo, mandou que fosse cada um para a sua tenda.

[3] Jônatas destruiu a guarnição dos filisteus de Guibea. E souberam-no os filisteus. Saul mandou por toda a terra tocar a trombeta, dizendo: “Saibam-no os hebreus”.

[4] Todo o Israel ouviu esta notícia: Saul bateu a guarnição dos filisteus e Israel atraiu sobre si o ódio deles. O povo foi convocado diante de Saul em Gálgala.

## Regum I 13

[1]Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpisset: duobus autem annis regnavit super Israël.

[2]Et elegit sibi Saul tria millia de Israël: et erant cum Saul duo millia in Machmas, et in monte Bethel: mille autem cum Jonatha in Gabaa Benjamin: porro ceterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua.

[3]Et percussit Jonathas stationem Philisthinorum quæ erat in Gabaa. Quod cum audissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi.

[4]Et universus Israël audivit hujuscemodi famam: Percussit Saul stationem Philisthinorum, et erexit se Israël adversus Philisthiim. Clamavit ergo populus post Saul in Galgala.

[5] Juntaram-se os filisteus para combater contra Israel, com três mil carros, seis mil cavaleiros e uma multidão tão numerosa como a areia na praia do mar. Partiram e acamparam em Macmas, ao oriente de Bet-Áven.

[6] Os israelitas, vendo o aperto em que se achavam, porque estavam cercados de perto, ocultaram-se nas cavernas, nos matos, nos rochedos, nos fortins e nas cisternas.

[7] Vários deles atravessaram o Jordão e foram para a terra de Gad e de Galaad. Saul, entretanto, estava ainda em Gálgala, com todo o seu povo, que tremia de medo.

[8] Esperou sete dias, prazo fixado por Samuel, mas este não chegava e o povo começou a afastar-se.

[9] Então Saul disse: "Trazei-me o holocausto e os sacrifícios pacíficos". E ofereceu o holocausto.

[10] Apenas acabava de oferecê-lo, chegou Samuel. Saul saiu-lhe ao encontro para saudá-lo.

[11] "Que fizeste? – disse Samuel –. Vendo que o povo se dispersava e que tu não chegavas no tempo fixado e que os filisteus se tinham juntado em Macmas,

[12] pensei: Agora eles vão cair sobre mim em Gálgala, sem que eu tenha aplacado o Senhor. Por isso, ofereci eu mesmo o holocausto."

[13] Samuel replicou-lhe: "Procedeste insensatamente, não observando o mandamento que te deu o Senhor, teu Deus, que estava pronto a confirmar para sempre o teu trono sobre Israel.

[14] Agora o teu reino não subsistirá. O Senhor escolheu para si um homem segundo o seu coração e o fará chefe de seu povo, porque não observaste as suas ordens".

[15] E Samuel partiu, subindo de Gálgala a Gabaá de Benjamim. Quanto a Saul, passando em revista o povo que estava com ele, achou que havia cerca de seiscentos homens.

[5]Et Philisthiim congregati sunt ad præliandum contra Israël, triginta millia curruum, et sex millia equitum, et reliquum vulgus, sicut arena quæ est in littore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethaven.

[6]Quod cum vidissent viri Israël se in arcto positos (afflictus enim erat populus), absconderunt se in speluncis, et in abditis, in petris quoque, et in antris, et in cisternis.

[7]Hebræi autem transierunt Jordanem in terram Gad et Galaad. Cumque adhuc esset Saul in Galgala, universus populus perterritus est qui sequebatur eum.

[8]Et expectavit septem diebus juxta placitum Samuelis, et non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus ab eo.

[9]Ait ergo Saul: Afferte mihi holocaustum et pacifica. Et obtulit holocaustum.

[10]Cumque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat: et egressus est Saul obviam ei ut salutaret eum.

[11]Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi quod populus dilaberetur a me, et tu non veneras juxta placitos dies, porro Philisthiim congregati fuerant in Machmas,

[12]dixi: Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala, et faciem Domini non placavi. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum.

[13]Dixitque Samuel ad Saul: Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum:

[14]sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum: et præcepit ei Dominus ut esset dux super populum suum, eo quod non servaveris quæ præcepit Dominus.

[15]Surrexit autem Samuel, et ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recensuit Saul populum qui inventi fuerant cum eo, quasi sexcentos viros.

[16] Saul, Jônatas, seu filho e o povo que tinha ficado com eles, concentraram-se em Gabaá de Benjamim, enquanto os filisteus acampavam em Macmas.

[17] Três destacamentos saíram do acampamento dos filisteus com o intuito de saquear: um tomou o caminho de Efra, para a terra de Saul.

[18] Outro grupo avançou pelo caminho de Bet-Horon; e o terceiro foi pelo caminho da fronteira que domina o vale de Seboim, do lado do deserto.

[19] Ora, não se encontrava um ferreiro em toda a terra de Israel, porque os filisteus diziam: "Não deixemos que os hebreus fabriquem espadas ou lanças".

[20] E por isso todos os israelitas tinham que descer aos filisteus para afiar cada um a sua relha, o enxadão, o machado ou a foice,

[21] quando o fio das relhas, dos enxadões, dos forcados ou das cunhas se embotava e para aguçar os aguilhões.

[22] E, chegando o dia do combate, não se encontrou nem espada, nem lança nas mãos do povo que acompanhava Saul e Jônatas. Somente Saul e seu filho Jônatas estavam munidos dessas armas.

[23] Um grupo de filisteus tinha se postado no desfiladeiro de Macmas.

[16]Et Saul et Jonathas filius ejus, populusque qui inventus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin: porro Philisthiim consederant in Machmas.

[17]Et egressi sunt ad prædandum de castris Philisthinorum tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viam Ephra ad terram Sual:

[18]porro alius ingrediebatur per viam Beth-horon: tertius autem verterat se ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertum.

[19]Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israël: caverant enim Philisthiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam.

[20]Descendebat ergo omnis Israël ad Philisthiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum, et ligonem, et securim, et sarculum.

[21]Retusæ itaque erant acies vomerum, et ligonum, et tridentum, et securium, usque ad stimulum corrigendum.

[22]Cumque venisset dies prælii, non est inventus ensis et lancea in manu totius populi qui erat cum Saule et Jonatha, excepto Saul et Jonatha filio ejus.

[23]Egressa est autem statio Philisthiim, ut transcenderet in Machmas.

## 1 Samuel 14

[1] Um dia, Jônatas, filho de Saul, disse ao seu escudeiro: "Vem, passemos até o acampamento dos filisteus que está do outro lado". Mas nada disse ao seu pai.

[2] Saul estava acampado na extremidade de Gabaá, debaixo da romãzeira de Magron, com uma tropa de seiscentos homens aproximadamente.

[3] Aías, filho de Aquitob, irmão de Icabod, filho de Fineias, filho de Heli, o sacerdote do Senhor em Silo, levava o efod. O povo ignorava a saída de Jônatas.

[4] Ora, no desfiladeiro que Jônatas tentava atravessar para atingir a guarnição dos filisteus, havia rochedos altos, em forma de

## Regum I 14

[1]Et accidit quadam die ut diceret Jonathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum: Veni, et transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicavit.

[2]Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malogranato, quæ erat in Magron: et erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum.

[3]Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed et populus ignorabat quo isset Jonathas.

[4]Erant autem inter ascensus per quos nitebatur Jonathas transire ad stationem

dentes, de um e outro lado, um dos quais se chamava Boses e o outro Sene.

5 Um desses se elevava ao norte, defronte de Macmas e o outro ao sul, do lado de Gabaá.

6 Disse, pois, Jônatas ao seu escudeiro: "Vem, ataquemos a guarnição desses incircuncisos; talvez o Senhor combata por nós. Nada impede que ele dê a vitória a poucos tão bem como a muitos".

7 Seu escudeiro respondeu-lhe: "Faze como te aprouver; vai aonde quiseres, que eu te seguirei onde deliberares".

8 "Pois bem – replicou Jônatas –, marchemos contra esses homens e mostremos-nos a eles.

9 Se nos disserem: 'Esperai até que vamos ter convosco', ficaremos em nosso posto e não subiremos a eles.

10 Se, porém, nos disserem: 'Subi a nós' – iremos, porque o Senhor no-los terá entregue nas mãos. Isso nos servirá de sinal".

11 Então, mostraram-se ambos à guarnição dos filisteus. Estes disseram: "Eis os hebreus que saem das cavernas onde se tinham escondido".

12 E os homens da guarda gritaram a Jônatas e ao escudeiro: "Subi a nós; queremos dizer-vos uma coisa". Jônatas disse ao escudeiro: "Segue-me, porque o Senhor os entregou nas mãos de Israel".

13 Subiu, pois, Jônatas, trepando com as mãos e com os pés, seguido do escudeiro. Os filisteus caíram diante de Jônatas e o seu escudeiro matava-os atrás dele.

14 Esse foi o primeiro massacre que fizeram Jônatas e o seu escudeiro, no qual eliminaram uns vinte homens no estreito espaço da metade de uma jeira de terra.

15 Espalhou-se o terror no acampamento dos filisteus, assim como na região e entre todo o povo. A guarnição e os saqueadores ficaram tomados de espanto e a terra entrou em pânico: pois aquilo era como um terror de Deus.

Philisthinorum, eminentes petræ ex utraque parte, et quasi in modum dentium scopuli hinc et inde prærupti: nomen uni Boses, et nomen alteri Sene:

5unus scopulus prominens ad aquilonem ex adverso Machmas, et alter ad meridiem contra Gabaa.

6Dixit autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum: Veni, transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si forte faciat Dominus pro nobis: quia non est Domino difficile salvare, vel in multis, vel in paucis.

7Dixitque ei armiger suus: Fac omnia quæ placent animo tuo: perge quo cupis, et ero tecum ubicumque volueris.

8Et ait Jonathas: Ecce nos transimus ad viros istos. Cumque apparuerimus eis,

9si taliter locuti fuerint ad nos: Manete donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos.

10Si autem dixerint: Ascendite ad nos: ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris: hoc erit nobis signum.

11Apparuit igitur uterque stationi Philisthinorum: dixeruntque Philisthiim: En Hebræi egrediuntur de cavernis in quibus absconditi fuerant.

12Et locuti sunt viri de statione ad Jonathan et ad armigerum ejus, dixeruntque: Ascendite ad nos, et ostendemus vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum: Ascendamus: sequere me: tradidit enim Dominus eos in manus Israël.

13Ascendit autem Jonathas manibus et pedibus reptans, et armiger ejus post eum. Itaque alii cadebant ante Jonathan, alios armiger ejus interficiebat sequens eum.

14Et facta est plaga prima qua percussit Jonathas et armiger ejus, quasi viginti virorum in media parte jugeri quam par boum in die arare consuevit.

15Et factum est miraculum in castris per agros: sed et omnis populus stationis eorum qui ierant ad prædandum, obstupuit, et

[16] As sentinelas de Saul, que estavam em Gabaá de Benjamim, viram a multidão de fugitivos que se dispersava por todos os lados.

[17] Saul disse ao povo: "Fazei uma chamada e vede quem saiu dentre nós". Fez-se a chamada e verificou-se a falta de Jônatas e de seu escudeiro.

[18] Saul disse a Aías: "Faze aproximar a arca de Deus". Porque a arca de Deus se encontrava naquele dia com os israelitas.

[19] Enquanto Saul falava ao sacerdote, o tumulto no acampamento dos filisteus crescia cada vez mais. Saul disse ao sacerdote: "Retira a tua mão".

[20] O rei e todo o povo que estavam com ele foram até o lugar do combate: os filisteus, numa extrema confusão, voltavam a espada uns contra os outros.

[21] Os hebreus que tinham estado desde há muito tempo com os filisteus e que os tinham seguido ao acampamento, voltaram e puseram-se do lado dos israelitas que estavam com Saul e Jônatas.

[22] Igualmente, todos os israelitas que se tinham escondido no monte de Efraim, sabendo que os filisteus tinham fugido, saíram a persegui-los para feri-los.

[23] Naquele dia, o Senhor deu a vitória a Israel. O combate prosseguiu até além de Bet-Áven.

[24] Os israelitas estavam extenuados naquele dia, porque Saul conjurara o povo, dizendo: "Maldito seja o homem que tomar alimento antes do anoitecer, antes que eu me tenha vingado de meus inimigos". Por isso, ninguém tinha comido.

[25] Todos tinham entrado numa floresta, onde havia mel na superfície do solo.

[26] O povo entrou, pois, na floresta e viu o mel que corria, mas ninguém levou a mão à boca, por respeito ao juramento.

[27] Mas, Jônatas, ignorando o juramento que o seu pai obrigara o povo a fazer, estendeu a ponta da vara que tinha na mão, mergulhou-a num favo de mel e a

conturbata est terra: et accidit quasi miraculum a Deo.

[16]Et respexerunt speculatores Saul qui erant in Gabaa Benjamin, et ecce multitudo prostrata, et huc illucque diffugiens.

[17]Et ait Saul populo qui erat cum eo: Requirite, et videte quis abierit ex nobis. Cumque requisissent, repertum est non adesse Jonathan et armigerum ejus.

[18]Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam Dei. (Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israël.)

[19]Cumque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum: crescebatque paulatim, et clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam.

[20]Conclamavit ergo Saul, et omnis populus qui erat cum eo, et venerunt usque ad locum certaminis: et ecce versus fuerat gladius uniuscujusque ad proximum suum, et cædes magna nimis.

[21]Sed et Hebræi qui fuerant cum Philisthiim heri et nudiustertius, ascenderantque cum eis in castris, reversi sunt ut essent cum Israël qui erant cum Saul et Jonatha.

[22]Omnes quoque Israëlitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quod fugissent Philisthæi, sociaverunt se cum suis in prælio. Et erant cum Saul quasi decem millia virorum.

[23]Et salvavit Dominus in die illa Israël: pugna autem pervenit usque ad Bethaven.

[24]Et viri Israël sociati sunt sibi in die illa: adjuravit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem:

[25]omneque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri.

[26]Ingressus est itaque populus saltum, et apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum: timebat enim populus juramentum.

[27]Porro Jonathas non audierat cum adjuraret pater ejus populum: extenditque

levou à boca. Então, seus olhos (fatigados) brilharam.

[28] Um homem do grupo disse-lhe: "Teu pai fez jurar o povo, dizendo: Maldito o homem que hoje tomar alimento. E o povo estava esgotado".

[29] Jônatas disse: "Meu pai fez mal à terra. Vede como se me iluminaram os olhos, porque comi um pouco de mel.

[30] Sem dúvida, se o povo tivesse hoje comido da presa tomada ao inimigo, não teria sido muito maior a derrota dos filisteus?".

[31] Eles derrotaram, naquele dia, os filisteus desde Macmas até Aialon.

[32] O povo, esgotado de fadiga, lançou-se sobre a presa e tomou as ovelhas, os bois e os bezerros, que degolou sobre a terra, comendo a carne juntamente com o sangue.

[33] "Eis que o povo está pecando contra o Senhor – vieram dizer a Saul –, comendo carne com sangue." "Isso é uma impiedade – exclamou o rei –. "Revolvei-me já para aqui uma grande pedra.

[34] Ide por todo o povo – ajuntou –, e dizei-lhes que cada um me traga as suas ovelhas e os seus bois, para que sejam degolados aqui. E comais, então, sem pecar contra o Senhor, comendo carne com sangue." Cada um deles levou naquela noite o gado que tinha em mãos e o degolou ali.

[35] Saul edificou um altar ao Senhor. Esse foi o primeiro altar que ele levantou.

[36] Depois Saul disse: "Desçamos durante a noite contra os filisteus e despojemo-los até os primeiros albores do dia e não deixemos vivo um só homem deles". O povo disse: "Faze tudo o que melhor te parecer". Então, o sacerdote disse: "Aproximemo-nos aqui de Deus".

[37] Saul consultou a Deus: "Perseguirei os filisteus? Tu os entregarás nas mãos de Israel?". Mas, Deus não lhe respondeu dessa vez.

summitatem virgæ quam habebat in manu, et intinxit in favum mellis: et convertit manum suam ad os suum, et illuminati sunt oculi ejus.

[28]Respondensque unus de populo, ait: Jurejurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir qui comederit panem hodie. (Defecerat autem populus.)

[29]Dixitque Jonathas: Turbavit pater meus terram: vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustaverim paululum de melle isto:

[30]quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? nonne major plaga facta fuisset in Philisthiim?

[31]Percusserunt ergo in die illa Philisthæos a Machmis usque in Ajalon. Defatigatus est autem populus nimis:

[32]et versus ad prædam tulit oves, et boves, et vitulos, et mactaverunt in terra: comeditque populus cum sanguine.

[33]Nuntiaverunt autem Sauli dicentes quod populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait: Prævaricati estis: volvite ad me jam nunc saxum grande.

[34]Et dixit Saul: Dispergimini in vulgus, et dicite eis ut adducat ad me unusquisque bovem suum et arietem, et occidite super istud, et vescimini, et non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bovem in manu sua usque ad noctem: et occiderunt ibi.

[35]Ædificavit autem Saul altare Domino, tuncque primum cœpit ædificare altare Domino.

[36]Et dixit Saul: Irruamus super Philisthæos nocte, et vastemus eos usque dum illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitque populus: Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos: Accedamus huc ad Deum.

[37]Et consuluit Saul Dominum: Num persequar Philisthiim? si trades eos in manus Israël? Et non respondit ei in die illa.

[38] Saul disse: "Fazei vir aqui todos os chefes do povo; investigai e dizei-me qual é o pecado que hoje se cometeu.

[39] Pela vida do Senhor, libertador de Israel! Mesmo que fosse o meu filho Jônatas, ele morrerá!". Mas, ninguém na multidão lhe respondeu.

[40] "Ponde-vos de um lado – disse ele a todo o Israel –; eu e meu filho Jônatas estaremos do outro." A multidão respondeu-lhe: "Faze o que te parecer melhor".

[41] Saul disse ao Senhor: "Deus de Israel, dai-nos a conhecer a verdade!". Jônatas e Saul foram designados pela sorte e o povo ficou livre.

[42] Então, Saul disse: "Lançai a sorte entre mim e Jônatas, meu filho". E caiu a sorte em Jônatas.

[43] "Confessa-me o que fizeste" – disse Saul ao seu filho. Jônatas contou-lhe: "Provei um pouco de mel com a ponta da vara que eu tinha na mão. Eis que vou morrer!".

[44] Saul disse: "Trate-me Deus com todo o rigor, se não morreres, Jônatas!".

6Videntes autem filii Ammon quod injuriam fecissent David, miserunt, et conduxerunt mercede Syrum Rohob, et Syrum Soba, viginti millia peditum, et a rege Maacha mille viros, et ab Istob duodecim millia virorum.

7Quod cum audisset David, misit Joab et omnem exercitum bellatorum.

8Egressi sunt ergo filii Ammon, et direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba, et Rohob, et Istob, et Maacha, seorsum erant in campo.

9Videns igitur Joab quod præparatum esset adversum se prælium et ex adverso et post tergum, elegit ex omnibus electis Israël, et instruxit aciem contra Syrum:

10reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem adversus filios Ammon.

11Et ait Joab: Si prævaluerint adversum me Syri, eris mihi in adjutorium: si autem filii Ammon prævaluerint adversum te, auxiliabor tibi.

12Esto vir fortis, et pugnemus pro populo nostro et civitate Dei nostri: Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo.

13Iniit itaque Joab, et populus qui erat cum eo, certamen contra Syros: qui statim fugerunt a facie ejus.

14Filii autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt et ipsi a facie Abisai, et ingressi sunt civitatem: reversusque est Joab a filiis Ammon, et venit Jerusalem.

15Videntes igitur Syri quoniam corruissent coram Israël, congregati sunt pariter.

[16] Adadezer enviou então um delegado para mobilizar os arameus de além do rio e estes vieram para Helam, tendo à sua frente Sobac, general de Adadezer.

[17] Davi, informado disso, reuniu todo o Israel, passou o Jordão e foi contra o Helam. Houve uma dura batalha entre os arameus e Davi,

[18] mas os arameus fugiram diante de Israel; Davi matou-lhes setecentos cavalos de carros e quarenta mil homens. Feriu também o seu general Sobac, que morreu naquele mesmo lugar.

[19] Todos os reis que eram vassalos de Adadezer, vendo-se vencidos pelos israelitas, fizeram paz com eles e tornaram-se seus tributários. Daí por diante os arameus não ousaram mais dar socorro aos amonitas.

[16]Misitque Adarezer, et eduxit Syros qui erant trans fluvium, et adduxit eorum exercitum: Sobach autem, magister militiæ Adarezer, erat princeps eorum.

[17]Quod cum nuntiatum esset David, contraxit omnem Israëlem, et transivit Jordanem, venitque in Helam: et direxerunt aciem Syri ex adverso David, et pugnaverunt contra eum.

[18]Fugeruntque Syri a facie Israël, et occidit David de Syris septingentos currus, et quadraginta millia equitum: et Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est.

[19]Videntes autem universi reges qui erant in præsidio Adarezer, se victos esse ab Israël, expaverunt, et fugerunt quinquaginta et octo millia coram Israël. Et fecerunt pacem cum Israël, et servierunt eis: timueruntque Syri auxilium præbere ultra filiis Ammon.

## 2 Samuel 11

[1] No ano seguinte, na época em que os reis saíam para a guerra, Davi enviou Joab com seus suboficiais e todo o Israel. Eles devastaram a terra dos amonitas e sitiaram Rabá. Davi ficou em Jerusalém.

[2] Uma tarde, Davi, levantando-se da cama, passeava pelo terraço de seu palácio. Do alto do terraço avistou uma mulher que se banhava e que era muito formosa.

[3] Informando-se Davi a respeito dela, disseram-lhe: “É Betsabeia, filha de Elião, mulher de Urias, o hiteu”.

[4] Então, Davi mandou mensageiros para a trazerem. Ela veio e Davi dormiu com ela. Ora, a mulher, depois de purificar-se de sua imundície menstrual, voltou para a sua casa,

[5] e vendo que concebera, mandou dizer a Davi: “Estou grávida”.

[6] Então, Davi enviou uma mensagem a Joab, dizendo-lhe: “Manda-me Urias, o hiteu”. Joab assim fez.

## Regum II 11

[1]Factum est autem, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab, et servos suos cum eo, et universum Israël, et vastaverunt filios Ammon, et obsederunt Rabba: David autem remansit in Jerusalem.

[2]Dum hæc agerentur, accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domus regiæ: viditque mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde.

[3]Misit ergo rex, et requisivit quæ esset mulier. Nuntiatumque est ei quod ipsa esset Bethsabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi.

[4]Missis itaque David nuntiis, tulit eam: quæ cum ingressa esset ad illum, dormivit cum ea: statimque sanctificata est ab immunditia sua,

[5]et reversa est domum suam concepto fœtu. Mittensque nuntiavit David, et ait: Concepi.

[7] Quando Urias chegou, Davi pediu-lhe notícias de Joab, do exército e da guerra.

[8] E, em seguida, disse-lhe: “Desce à tua casa e lava os teus pés”. Urias saiu do palácio do rei e este mandou que o seguissem com um presente seu.

[9] Mas Urias não desceu à sua casa; dormiu à porta do palácio com os demais servos de seu amo.

[10] Comunicaram-no a Davi: “Urias não foi à sua casa”. O rei então lhe disse: “Não voltaste porventura de uma viagem? Por que não vais à tua casa?”.

[11] “A arca – respondeu Urias – se aloja debaixo de uma tenda, assim como Israel e Judá. Joab, meu chefe e seus suboficiais acampam ao relento e teria eu ainda a coragem de entrar em minha casa para comer, beber e dormir com minha mulher? Pela tua vida, não farei tal coisa.”

[12] Davi disse-lhe: “Fica ainda hoje aqui; amanhã te despedirei”. E Urias permaneceu em Jerusalém naquele dia. No dia seguinte,

[13] Davi o convidou, fê-lo comer e beber em sua presença e o embriagou. Mas à noite, Urias não desceu à sua casa; saiu e deitou-se com os demais servos de seu senhor.

[14] Na manhã seguinte, Davi escreve uma carta a Joab, enviando-a por Urias.

[15] Dizia na carta: “Coloca Urias na frente, onde o combate for mais renhido e desampar-o para que ele seja ferido e morra”.

[16] Joab, que sitiava a cidade, pôs Urias no lugar onde sabia que estavam os mais valorosos guerreiros.

[17] Saíram os assediados contra Joab e tombaram alguns dos homens de Davi, morreu, também Urias, o hiteu.

[18] Joab mandou informar Davi de todas as peripécias do combate,

[19] ordenando ao mensageiro: “Quando tiveres contado ao rei todos os pormenores do combate,

[20] se ele se indignar e te disser: ‘Por que vos aproximastes da cidade para lutar? Não

[6]Misit autem David ad Joab, dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitque Joab Uriam ad David.

[7]Et venit Urias ad David. Quæsivitque David quam recte ageret Joab et populus, et quomodo administraretur bellum.

[8]Et dixit David ad Uriam: Vade in domum tuam, et lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius.

[9]Dormivit autem Urias ante portam domus regiæ cum aliis servis domini sui, et non descendit ad domum suam.

[10]Nuntiatumque est David a dicentibus: Non ivit Urias in domum suam. Et ait David ad Uriam: Numquid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam?

[11]Et ait Urias ad David: Arca Dei et Israël et Juda habitant in papilionibus, et dominus meus Joab et servi domini mei super faciem terræ manent: et ego ingrediar domum meam, ut comedam et bibam, et dormiam cum uxore mea? Per salutem tuam, et per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.

[12]Ait ergo David ad Uriam: Mane hic etiam hodie, et cras dimittam te. Mansit Urias in Jerusalem in die illa et altera:

[13]et vocavit eum David ut comederet coram se et biberet, et inebriavit eum: qui egressus vespere, dormivit in strato suo cum servis domini sui, et in domum suam non descendit.

[14]Factum est ergo mane, et scripsit David epistolam ad Joab: misitque per manum Uriæ,

[15]scribens in epistola: Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium: et derelinquite eum, ut percussus intereat.

[16]Igitur cum Joab obsideret urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.

[17]Egressique viri de civitate, bellabant adversum Joab, et ceciderunt de populo servorum David, et mortuus est etiam Urias Hethæus.

sabeis que atiram projéteis do alto da muralha?

[21] Quem matou Abimelec, filho de Jerobaal? Não foi uma mulher quem lhe atirou uma pedra de moinho de cima do muro, morrendo ele em Tebes? Por que vos aproximastes dos muros? – dirás então: Morreu também o teu servo Urias, o hiteu'."

[22] Partiu, pois, o mensageiro e foi ter com o rei em Jerusalém; logo que chegou, contou-lhe tudo o que Joab lhe tinha mandado.

[23] Disse ele: "Os inimigos, levando vantagem sobre nós, saíram contra nós em pleno campo, mas nós os fizemos recuar até a porta da cidade.

[24] Então, do alto da muralha, os arqueiros atiraram contra os teus servos e morreram dezoito dos servos do rei; morreu também o servo Urias, o hiteu".

[25] O rei respondeu ao mensageiro: "Dize a Joab que não se aflija por causa disso, pois a espada devasta ora aqui, ora ali. Mas que ele prossiga vigorosamente a sua luta contra a cidade, até destruí-la. Quanto a ti, encoraja-o".

[26] Ao saber da morte de seu marido, a mulher de Urias chorou-o.

[27] Passado o luto, Davi mandou buscá-la e recolheu-a em sua casa. Ela se tornou sua mulher e lhe deu um filho. Mas o procedimento de Davi desagradara ao Senhor.

[18]Misit itaque Joab, et nuntiavit David omnia verba prælii:

[19]præcepitque nuntio, dicens: Cum compleveris universos sermones belli ad regem,

[20]si eum videris indignari, et dixerit: Quare accessistis ad murum, ut præliaremini? an ignorabatis quod multa desuper ex muro tela mittantur?

[21]Quis percussit Abimelech filium Jerobaal? nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, et interfecit eum in Thebes? quare juxta murum accessistis? dices: Etiam servus tuus Urias Hethæus occubuit.

[22]Abiit ergo nuntius, et venit, et narravit David omnia quæ ei præceperat Joab.

[23]Et dixit nuntius ad David: Prævaluerunt adversum nos viri, et egressi sunt ad nos in agrum: nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis.

[24]Et direxerunt jacula sagittarii ad servos tuos ex muro desuper, mortuique sunt de servis regis: quin etiam servus tuus Urias Hethæus mortuus est.

[25]Et dixit David ad nuntium: Hæc dices Joab: Non te frangat ista res: varius enim eventus est belli, nunc hunc, et nunc illum consumit gladius: conforta bellatores tuos adversus urbem ut destruas eam, et exhortare eos.

[26]Audivit autem uxor Uriæ quod mortuus esset Urias vir suus, et planxit eum.

[27]Transacto autem luctu, misit David, et introduxit eam in domum suam, et facta est ei uxor, peperitque ei filium: et displicuit verbum hoc quod fecerat David, coram Domino.

## 2 Samuel 12

[1] O Senhor mandou a Davi o pro-feta Natã. Este entrou em sua casa e disse-lhe: "Dois homens moravam na mesma cidade, um rico e outro pobre.

[2] O rico possuía ovelhas e bois em grande quantidade;

[3] o pobre, porém, só tinha uma ovelha, pequenina, que ele comprara. Ele a criava e

## Regum II 12

[1]Misit ergo Dominus Nathan ad David: qui cum venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitate una, unus dives, et alter pauper.

[2]Dives habebat oves et boves plurimos valde.

[3]Pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam quam emerat et nutrierat, et quæ creverat apud eum cum

ela crescia junto dele, com os seus filhos, comendo do seu pão, bebendo do seu copo e dormindo no seu seio; era para ele como uma filha.

4 Certo dia, chegou à casa do homem rico a visita de um estranho e ele, não querendo tomar de suas ovelhas nem de seus bois para aprontá-los e dar de comer ao hóspede que lhe tinha chegado, foi e apoderou-se da ovelhinha do pobre, preparando-a para o seu hóspede".

5 Davi, indignado contra tal homem, disse a Natã: "Pela vida de Deus! O homem que fez isso merece a morte.

6 Ele restituirá sete vezes o valor da ovelha, por ter feito isso e não ter tido compaixão".

7 Natã disse então a Davi: "Tu és esse homem. Eis o que diz o Senhor, Deus de Israel: Ungi-te rei de Israel, salvei-te das mãos de Saul,

8 dei-te a casa do teu senhor e pus as suas mulheres nos teus braços. Entreguei-te a casa de Israel e de Judá e se isso fosse ainda pouco, eu teria ajuntado outros favores.

9 Por que desprezaste o Senhor, fazendo o que é mau aos seus olhos? Feriste com a espada Urias, o hiteu, para fazer de sua mulher a tua esposa e o fizeste perecer pela espada dos amonitas.

10 Por isso, jamais se afastará a espada de tua casa, porque me desprezaste, tomando a mulher de Urias, o hiteu, para fazer dela a tua esposa.

11 Eis o que diz o Senhor: Vou fazer com que se levantem contra ti males vindos de tua própria casa. Sob os teus olhos, tomarei as tuas mulheres e as darei a um outro que dormirá com elas à luz do sol!

12 Porque agiste em segredo, mas eu o farei diante de todo o Israel e diante do sol".

13 Davi disse a Natã: "Pequei contra o Senhor". Natã respondeu-lhe: "O Senhor perdoa o teu pecado; não morrerás.

14 Todavia, como desprezaste o Senhor com essa ação, morrerá o filho que te nasceu".

filiis ejus simul, de pane illius comedens, et de calice ejus bibens, et in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia.

4Cum autem peregrinus quidam venisset ad divitem, parcens ille sumere de ovibus et de bobus suis, ut exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ovem viri pauperis, et præparavit cibos homini qui venerat ad se.

5Iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.

6Ovem reddet in quadruplum, eo quod fecerit verbum istud, et non pepercerit.

7Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille vir. Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego unxi te in regem super Israël, et ego erui te de manu Saul,

8et dedi tibi domum domini tui, et uxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israël et Juda: et si parva sunt ista, adjiciam tibi multo majora.

9Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, et uxorem illius accepisti in uxorem tibi, et interfecisti eum gladio filiorum Ammon.

10Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eo quod despexeris me, et tuleris uxorem Uriæ Hethæi ut esset uxor tua.

11Itaque hæc dicit Dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, et tollam uxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo: et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus.

12Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, et in conspectu solis.

13Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris.

14Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.

15 E Natã voltou para sua casa. O Senhor feriu o menino que a mulher de Urias tinha dado a Davi e ele adoeceu gravemente.

16 Davi suplicou ao Senhor pelo menino; jejuou e passou a noite em sua casa prostrado por terra, vestido com um saco.

17 Os anciãos de sua casa, de pé junto dele, insistiam em que ele se levantasse do chão, mas ele não o quis, nem tomou com eles alimento algum.

18 Ao sétimo dia, morreu o menino. Os servos do rei não ousavam dar-lhe a notícia, pensando: "Quando o menino ainda vivia, nós lhe falávamos e ele não queria ouvir-nos; quanto mais se afligirá agora, se lhe anunciarmos que o menino morreu? Seria uma desgraça".

19 Davi notou que seus servos cochichavam entre si e compreendeu que o menino morrera. Perguntou-lhes: "Morreu o menino?". "Sim – responderam-lhe.

20 Então, Davi levantou-se do chão, lavou-se, perfumou-se, mudou de roupa e entrou na casa do Senhor para se prostrar. De volta à sua casa, mandou que lhe servissem a refeição e comeu.

21 Seus servos disseram-lhe: "Que fazes? Quando a criança ainda vivia, jejuavas e choravas. Agora, que morreu, tu te levantas e comes".

22 "Eu jejuava e orava pelo menino enquanto vivia – respondeu ele –, porque dizia comigo: Quem sabe? Talvez o Senhor tenha pena de mim e o menino ficará bom.

23 Mas agora, que morreu, por que jejuar ainda? Posso por acaso fazê-lo voltar à vida? Eu é que irei para junto dele; ele, porém, não voltará mais a mim!"

24 Davi consolou Betsabeia, sua mulher. Foi procurá-la e dormiu com ela. Ela concebeu e deu à luz um filho, ao qual chamou Salomão. O Senhor o amou,

25 e revelou isso a Davi por intermédio do profeta Natã, que deu ao menino o sobrenome de Amado-de-Javé, segundo a ordem do Senhor.

15Et reversus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus parvulum quem pepererat uxor Uriæ David, et desperatus est.

16Deprecatusque est David Dominum pro parvulo: et jejunavit David jejunio, et ingressus seorsum, jacuit super terram.

17Venerunt autem seniores domus ejus, cogentes eum ut surgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

18Accidit autem die septima ut moreretur infans: timueruntque servi David nuntiare ei quod mortuus esset parvulus: dixerunt enim: Ecce cum parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, et non audiebat vocem nostram: quanto magis si dixerimus: Mortuus est puer, se affliget?

19Cum ergo David vidisset servos suos mussitantes, intellexit quod mortuus esset infantulus: dixitque ad servos suos: Num mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est.

20Surrexit ergo David de terra, et lotus unctusque est: cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini: et adoravit, et venit in domum suam, petivitque ut ponerent ei panem, et comedit.

21Dixerunt autem ei servi sui: Quis est sermo quem fecisti? propter infantem, cum adhuc viveret, jejunasti et flebas: mortuo autem puero, surrexisti, et comedisti panem.

22Qui ait: Propter infantem, dum adhuc viveret, jejunavi et flevi: dicebam enim: Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, et vivat infans?

23Nunc autem quia mortuus est, quare jejunem? numquid potero revocare eum amplius? ego vadam magis ad eum: ille vero non revertetur ad me.

24Et consolatus est David Bethsabee uxorem suam, ingressusque ad eam dormivit cum ea: quæ genuit filium, et vocavit nomen ejus Salomon: et Dominus dilexit eum.

[26] Joab, que sitiava Rabá dos amonitas, apoderou-se da cidade das Águas.

[27] E enviou a Davi mensageiros com esta notícia: "Assaltei Rabá e ocupei a cidade das Águas.

[28] Ajunta o resto do exército, vem acampar perto da cidade e tomá-la, para não acontecer que, tomando-a eu, seja-lhe dado o meu nome".

[29] Reuniu Davi todo o exército e foi contra Rabá, assaltando-a e tomando-a.

[30] Tirou a coroa da cabeça de Milcom. Esta pesava um talento de ouro e era ornada de uma pedra preciosa, que foi colocada sobre a cabeça de Davi. Também foi tirada da cidade grande quantidade de despojos.

[31] Quanto à sua população, fê-la sair para empregá-la em serrar, em trabalhar com a picareta e o machado e em fazer tijolos. Assim fez com todas as cidades dos amonitas. E Davi voltou com todas as suas tropas para Jerusalém.

[25]Misitque in manu Nathan prophetæ, et vocavit nomen ejus, Amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus.

[26]Igitur pugnabat Joab contra Rabbath filiorum Ammon, et expugnabat urbem regiam.

[27]Misitque Joab nuntios ad David, dicens: Dimicavi adversum Rabbath, et capienda est Urbs aquarum.

[28]Nunc igitur congrega reliquam partem populi, et obside civitatem, et cape eam: ne cum a me vastata fuerit urbs, nomini meo ascribatur victoria.

[29]Congregavit itaque David omnem populum, et profectus est adversum Rabbath: cumque dimicasset, cepit eam.

[30]Et tulit diadema regis eorum de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas: et impositum est super caput David. Sed et prædam civitatis asportavit multam valde:

[31]populum quoque ejus adducens serravit, et circumegit super eos ferrata carpenta: divisitque cultris, et traduxit in typo laterum: sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon. Et reversus est David et omnis exercitus in Jerusalem.

## 2 Samuel 13

[1] Aconteceu, depois disso, que Amnon, filho de Davi, se enamorou de Tamar, irmã de Absalão, filho de Davi, que era muito bela.

[2] Amnon se consumia de tal modo por Tamar, sua irmã, a ponto de ficar doente, pois ela era virgem e parecia-lhe impossível fazer-lhe o que quer que fosse.

[3] Ora, Amnon tinha um amigo chamado Jonadab, filho de Hosama, irmão de Davi, o qual era muito sagaz.

[4] Disse ele a Amnon: "Por que, ó príncipe, estás tão abatido todas as manhãs? Não queres me dizer?". "É que amo Tamar – respondeu Amnon –, irmã de meu irmão Absalão."

[5] Jonadab disse-lhe: "Deita em tua cama e finge-te doente. Quando o teu pai vier ver-

## Regum II 13

[1]Factum est autem post hæc ut Absalom filii David sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David,

[2]et deperiret eam valde, ita ut propter amorem ejus ægrotaret: quia cum esset virgo, difficile ei videbatur ut quippiam inhoneste ageret cum ea.

[3]Erat autem Amnon amicus nomine Jonadab, filius Semmaa fratris David, vir prudens valde.

[4]Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie, fili regis, per singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo.

[5]Cui respondit Jonadab: Cuba super lectum tuum, et languorem simula: cumque venerit pater tuus ut visitet te, dic ei: Veniat, oro,

te, tu lhe dirás: Permite que Tamar venha dar-me de comer, preparando a comida diante de mim, a fim de que eu coma iguarias preparadas por sua mão”.

[6] Amnon deitou-se e fingiu que estava enfermo. Quando o rei veio visitá-lo, ele disse-lhe: “Peço-te que minha irmã Tamar venha preparar à minha vista dois pasteizinhos, para que eu coma de sua mão”.

[7] Davi mandou dizer a Tamar, no palácio: “Vai à casa de teu irmão Amnon e prepara-lhe sua refeição”.

[8] Tamar foi ter com o seu irmão Amnon, que estava deitado. Tomou farinha, amassou e fez os pastéis à sua vista.

[9] Depois de tê-los cozido, tomou a panela e despejou-a diante dele, mas Amnon não quis comer e disse: “Manda sair todos daqui”. E retiraram-se todos os que estavam junto dele.

[10] Amnon disse então a Tamar: “Traze o prato no meu quarto, para que eu coma de tua mão”. Tamar tomou os pastéis que fizera e levou-os ao seu irmão no quarto.

[11] E quando ela os oferecia a Amnon para que comesse, este segurou-a, dizendo: “Vem, deita-te comigo, minha irmã!”.

[12] “Não, meu irmão – disse-lhe ela –, não me violentes. Não se faz uma tal coisa em Israel. Não cometas semelhante infâmia.

[13] Aonde levaria eu o meu opróbrio? E tu serias olhado como um ímpio em Israel! É melhor que fales ao rei. Ele não recusará dar-me a ti.”

[14] Mas ele não quis dar-lhe ouvidos e, como era mais forte que ela, violentou-a e se deitou com ela.

[15] E, logo a seguir, Amnon foi tomado de profunda aversão por ela, mais violenta do que o amor que antes lhe tivera. “Levanta-te – disse-lhe ele – e vai-te!”

[16] “Não, meu irmão – respondeu ela –; o ultraje que me farias, expulsando-me, seria ainda mais grave do que o que me acabas de fazer.” Ele, porém, não quis ouvi-la;

Thamar soror mea, ut det mihi cibum, et faciat pulmentum, ut comedam de manu ejus.

[6]Accubuit itaque Amnon, et quasi ægrotare cœpit: cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem: Veniat, obsecro, Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, et cibum capiam de manu ejus.

[7]Misit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, et fac ei pulmentum.

[8]Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui: ille autem jacebat. Quæ tollens farinam commiscuit, et liquefaciens, in oculis ejus coxit sorbitiunculas.

[9]Tollensque quod coxerat, effudit, et posuit coram eo, et noluit comedere: dixitque Amnon: Ejicite universos a me. Cumque ejecissent omnes,

[10]dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclave, ut vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, et intulit ad Amnon fratrem suum in conclave.

[11]Cumque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, et ait: Veni, cuba mecum, soror mea.

[12]Quæ respondit ei: Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc fas est in Israël: noli facere stultitiam hanc.

[13]Ego enim ferre non potero opprobrium meum, et tu eris quasi unus de insipientibus in Israël: quin potius loquere ad regem, et non negabit me tibi.

[14]Noluit autem acquiescere precibus ejus, sed prævalens viribus oppressit eam, et cubavit cum ea.

[15]Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita ut majus esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge, et vade.

[16]Quæ respondit ei: Majus est hoc malum quod nunc agis adversum me, quam quod ante fecisti, expellens me. Et noluit audire eam:

[17] chamou o seu servo e disse-lhe: “Põe fora daqui esta moça que me está importunando e fecha a porta atrás dela”.

[18] Ela trazia um vestido comprido, como se vestiam outrora as donzelas filhas do rei. O servo expulsou-a, fechando a porta atrás dela.

[19] Tamar derramou então cinza sobre a cabeça, rasgou o seu longo vestido e, pondo a mão sobre a cabeça, afastou-se gritando.

[20] Seu irmão Absalão disse-lhe: “Esteve realmente contigo Amnon, teu irmão? Por agora, cala-te, minha irmã; ele é teu irmão: não penses mais nisso”. E Tamar permaneceu consternada, na casa de seu irmão Absalão.

[21] O rei Davi soube de tudo o que se tinha passado e inflamou-se com violência a sua cólera, mas não quis afligir seu filho Amnon, pois o amava por ser o seu primogênito.

[22] Quanto a Absalão, este não disse a Amnon uma só palavra, nem boa nem má, porque o odiava, por ter ele violentado sua irmã Tamar.

[23] Passados dois anos, Absalão tosquiava suas ovelhas em Baal-Hasor, perto de Efraim e convidou todos os filhos do rei.

[24] Veio ter com o rei e disse-lhe: “Eis que se tosquiam as ovelhas de teu servo; venha, pois, o rei com os seus familiares à casa do teu servo”.

[25] O rei disse-lhe: “Não, meu filho, não iremos todos, para não te sermos pesados”. Malgrado instâncias de Absalão, o rei não quis ir e o abençoou.

[26] Absalão replicou: “Se tu não vens, deixa ao menos que venha conosco o meu irmão Amnon.”. “Por que – disse Davi – iria ele contigo?”

[27] Mas Absalão tanto insistiu que Davi deixou partir com ele Amnon e todos os filhos do rei. E Absalão organizou um banquete real.

[28] Ora, Absalão dera aos seus criados a seguinte ordem: “Ouvi! Quando Amnon tiver o coração alegre por causa do vinho e

[17]sed vocato puero qui ministrabat ei, dixit: Ejice hanc a me foras, et claude ostium post eam.

[18]Quæ induta erat talari tunica: hujuscemodi enim filiæ regis virgines vestibus utebantur. Ejecit itaque eam minister illius foras: clausitque fores post eam.

[19]Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens, et clamans.

[20]Dixit autem ei Absalom frater suus: Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc soror, tace: frater tuus est: neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui.

[21]Cum autem audisset rex David verba hæc, contristatus est valde: et noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

[22]Porro non est locutus Absalom ad Amnon nec malum nec bonum: oderat enim Absalom Amnon, eo quod violasset Thamar sororem suam.

[23]Factum est autem post tempus biennii ut tonderentur oves Absalom in Baalhasor, quæ est juxta Ephraim: et vocavit Absalom omnes filios regis,

[24]venitque ad regem, et ait ad eum: Ecce tondentur oves servi tui: veniat, oro, rex cum servis suis ad servum suum.

[25]Dixitque rex ad Absalom: Noli fili mi, noli rogare ut veniamus omnes et gravemus te. Cum autem cogeret eum, et noluisset ire, benedixit ei.

[26]Et ait Absalom: Si non vis venire, veniat, obsecro, nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex: Non est necesse ut vadat tecum.

[27]Coëgit itaque Absalom eum, et dimisit cum eo Amnon et universos filios regis. Feceratque Absalom convivium quasi convivium regis.

[28]Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens: Observate cum temulentus fuerit

eu vos disser: 'Feri Amnon!', então vós o matareis. 'Não tenhais medo, porque sou eu quem vo-lo ordena. Coragem e sede homens fortes!'."

29 Os servos de Absalão fizeram a Amnon conforme o seu senhor lhes ordenara. Então, todos os filhos do rei se levantaram, montaram nas suas mulas e fugiram.

30 Estavam ainda a caminho, quando chegou ao rei o boato que dizia: "Absalão feriu todos os príncipes; nenhum se salvou!".

31 O rei levantou-se, rasgou suas vestes e prostrou-se por terra. Todos os que o rodeavam rasgaram também as suas vestes.

32 Mas Jonadab, filho de Hosama, irmão de Davi, tomou a palavra: "Não pense o rei, meu senhor, que foram assassinados todos os jovens. Só Amnon morreu, porque Absalão decidira matá-lo desde o dia em que ele violentou sua irmã Tamar.

33 Não acredite o rei, meu senhor, que morreram todos os príncipes. Só Amnon pereceu

34 e seus outros irmãos estão vivos". Entretanto, Absalão fugira. A sentinela, levantando os olhos, viu uma grande tropa que descia pelo declive do caminho de Horonaim e veio anunciar ao rei: "Vi homens que vinham pelo caminho de Horonaim, no flanco da montanha".

35 Jonadab disse ao rei: "São os príncipes que chegam; é bem como tinha dito o teu servo".

36 Falava ele ainda, quando entraram os filhos do rei e puseram-se a chorar. Então, o rei e todos os seus derramaram abundantes lágrimas.

37 Quanto a Absalão, fugira para junto de Tolmai, filho de Amiud, rei de Gessur.

38 Enquanto isso, Davi continuava de luto pelo filho. E Absalão permaneceu três anos em Gessur, para onde fugira.

39 O ânimo do rei cessou de irritar-se contra Absalão, tendo-se consolado da perda de Amnon.

Amnon vino, et dixero vobis: Percutite eum, et interficite: nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis: roboramini, et estote viri fortes.

29Fecerunt ergo pueri Absalom adversum Amnon sicut præceperat eis Absalom. Surgentesque omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas, et fugerunt.

30Cumque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David, dicens: Percussit Absalom omnes filios regis, et non remansit ex eis saltem unus.

31Surrexit itaque rex, et scidit vestimenta sua, et cecidit super terram: et omnes servi illius qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua.

32Respondens autem Jonadab filius Semmaa fratris David, dixit: Ne æstimet dominus meus rex quod omnes pueri filii regis occisi sint: Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem ejus.

33Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens: Omnes filii regis occisi sunt: quoniam Amnon solus mortuus est.

34Fugit autem Absalom. Et elevavit puer speculator oculos suos, et aspexit: et ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis.

35Dixit autem Jonadab ad regem: Ecce filii regis adsunt: juxta verbum servi tui, sic factum est.

36Cumque cessasset loqui, apparuerunt et filii regis: et intrantes levaverunt vocem suam, et fleverunt: sed et rex et omnes servi ejus fleverunt ploratu magno nimis.

37Porro Absalom fugiens abiit ad Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo David filium suum cunctis diebus.

38Absalom autem cum fugisset, et venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis.

39Cessavitque rex David persequi Absalom, eo quod consolatus esset super Amnon interitu.

## 2 Samuel 14

1 Joab, filho de Sárvia, percebendo que o coração do rei se voltava de novo para Absalão,

2 mandou vir de Tícua uma mulher habilidosa e disse-lhe: “Põe-te de luto; toma vestes de luto e não te unjas, para pareceres uma mulher que chora um morto há muito tempo.

3 Virás então ter com o rei e lhe falarás assim e assim”. E Joab sugeriu-lhe o que ela deveria dizer.

4 A mulher veio, pois, de Tícua e apresentou-se ao rei; lançou-se por terra e prostrou-se, dizendo: “Salva-me, ó rei, salva-me!”.

5 O rei disse-lhe: “Que tens?”. “Ai de mim – disse ela –, sou uma viúva. Meu marido morreu.

6 Tua serva tinha dois filhos. Brigaram no campo e não havendo quem os separasse, um deles feriu o outro e matou-o.

7 E eis que agora se levanta contra a tua serva toda a família, dizendo-lhe: ‘Dá-nos o fratricida, para o matarmos em castigo do sangue do irmão que ele matou e exterminaremos o herdeiro’. Querem assim apagar a última brasa que me resta, de modo que não se conserve de meu marido nem nome, nem posteridade na terra.”

8 O rei disse à mulher: “Volta para a tua casa; tomarei providências a teu respeito”.

9 Mas a mulher de Tícua disse ao rei: “Sobre mim e não sobre a casa de meu pai recaia a culpa; o rei e o seu trono serão inocentes”.

10 O rei disse-lhe: “Se alguém te ameaçar, traze-o à minha presença e ele não te incomodará mais”.

11 Ela ajuntou: “Queira o rei lembrar-se do Senhor, seu Deus, para que o vingador do sangue não agrave a desgraça, matando o meu filho!”. “Pela vida de Deus – disse ele –, não cairá um só cabelo da cabeça de teu filho!”

## Regum II 14

1Intelligens autem Joab filius Sarviæ quod cor regis versum esset ad Absalom,

2misit Thecuam, et tulit inde mulierem sapientem: dixitque ad eam: Lugere te simula, et induere veste lugubri, et ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum:

3et ingredieris ad regem, et loqueris ad eum sermones hujuscemodi. Posuit autem Joab verba in ore ejus.

4Itaque cum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, et adoravit, et dixit: Serva me, rex.

5Et ait ad eam rex: Quid causæ habes? Quæ respondit: Heu, mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus.

6Et ancillæ tuæ erant duo filii: qui rixati sunt adversum se in agro, nullusque erat qui eos prohibere posset: et percussit alter alterum, et interfecit eum.

7Et ecce consurgens universa cognatio adversum ancillam tuam, dicit: Trade eum qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, et deleamus hæredem: et quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen, et reliquiæ super terram.

8Et ait rex ad mulierem: Vade in domum tuam, et ego jubebo pro te.

9Dixitque mulier Thecuitis ad regem: In me, domine mi rex, sit iniquitas, et in domum patris mei: rex autem et thronus ejus sit innocens.

10Et ait rex: Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, et ultra non addet ut tangat te.

11Quæ ait: Recordetur rex Domini Dei sui, ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum, et nequaquam interficiant filium meum. Qui ait: Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram.

12Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait: Loquere.

[12] A mulher então disse: "Permite que a tua serva diga uma palavra ao rei, meu senhor?". "Fala."

[13] "Por que, pois, pensas fazer o mesmo contra o povo do Senhor? Pronunciando essa sentença, o rei se confessa culpado, pelo fato de não se lembrar daquele que desterrou.

[14] Quando morremos, somos como a água que não mais se pode recolher, uma vez derramada por terra. Deus não faz voltar uma alma. Cuide, pois, o rei, que o banido não fique mais exilado longe dele.

[15] Se eu vim falar desse assunto ao rei, foi porque o povo me aterrou. A tua serva disse: Falarei com o rei, e talvez ele faça o que eu lhe pedir.

[16] Sim, o rei me ouvirá e me livrará da mão do homem que procura excluir-nos, a mim e ao meu filho, da herança do Senhor.

[17] Que o rei – ajuntou ela – se digne pronunciar uma palavra de paz, porque o rei, meu senhor, é como um anjo de Deus para discernir o bem do mal. Que o Senhor, teu Deus, seja contigo!"

[18] O rei disse à mulher: "Não me escondas nada do que te vou perguntar". A mulher respondeu: "Que o rei, meu senhor, fale".

[19] "Não anda a mão de Joab contigo em tudo isso?" "Por tua vida – respondeu-lhe ela –, não se pode desviar para nenhum lado o que o rei acaba de dizer! Sim, foi o teu servo Joab quem me deu instruções e sugeriu à tua serva tudo o que ela disse.

[20] Foi para dar a esse assunto uma nova feição que Joab fez isso. Porém tu, ó rei, meu senhor, és tão sábio como um anjo de Deus, para saber tudo o que se passa na terra!"

[21] O rei disse a Joab: "A coisa está decidida. Vai, traze o jovem Absalão!".

[22] Joab prostrou-se com o rosto por terra e abençoou o rei, dizendo: "Agora o teu servo reconhece que ganhou o teu favor, ó rei, meu senhor, pois que o rei cumpriu o desejo de seu servo!".

[13]Dixitque mulier: Quare cogitasti hujuscemodi rem contra populum Dei, et locutus est rex verbum istud, ut peccet, et non reducat ejectum suum?

[14]Omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur: nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abjectus est.

[15]Nunc igitur veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præsente populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad regem, si quomodo faciat rex verbum ancillæ suæ.

[16]Et audivit rex, ut liberaret ancillam suam de manu omnium qui volebant de hæreditate Dei delere me, et filium meum simul.

[17]Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium. Sicut enim angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur: unde et Dominus Deus tuus est tecum.

[18]Et respondens rex, dixit ad mulierem: Ne abscondas a me verbum quod te interrogo. Dixitque ei mulier: Loquere, domine mi rex.

[19]Et ait rex: Numquid manus Joab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, et ait: Per salutem animæ tuæ, domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex: servus enim tuus Joab, ipse præcepit mihi, et ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.

[20]Ut verterem figuram sermonis hujus, servus tuus Joab præcepit istud: tu autem, domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei, ut intelligas omnia super terram.

[21]Et ait rex ad Joab: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, et revoca puerum Absalom.

[22]Cadensque Joab super faciem suam in terram, adoravit, et benedixit regi: et dixit Joab: Hodie intellexit servus tuus quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex: fecisti enim sermonem servi tui.

[23] Joab foi a Gessur e trouxe Absalão para Jerusalém.

[24] Mas o rei disse: “Que ele vá para a sua casa, pois não será admitido à minha presença!”. Absalão retirou-se para a sua casa e não se apresentou diante do rei.

[25] Não havia em todo o Israel homem mais belo que Absalão e que fosse tão admirado como ele. Da cabeça aos pés, não havia nele defeito algum.

[26] Quando cortava o cabelo – o que fazia a cada ano, porque sua cabeleira se tornava por demais pesada –, o peso deste era de duzentos siclos, pelo peso real.

[27] Nasceram-lhe três filhos e uma filha, chamada Tamar, que era de grande beleza.

[28] Absalão permaneceu em Jerusalém dois anos, antes de ser admitido à presença do rei.

[29] Mandou chamar Joab para mandá-lo ao rei, mas ele não quis vir. Chamou-o uma segunda vez e ele recusou-se de novo.

[30] Disse então Absalão aos seus servos: “Vede, o campo de Joab ao lado do meu, semeado de cevada? Ide e lançai-lhe fogo”. Os servos de Absalão incendiaram o campo. Os servos de Joab foram ter com ele, rasgadas as suas vestes e disseram-lhe: “Os homens de Absalão incendiaram o teu campo”.

[31] Joab foi então à casa de Absalão e disse: “Por que incendiaram os teus homens o meu campo?”.

[32] Absalão respondeu: “Eu te mandei chamar, dizendo: ‘Vem, pois quero enviar-te ao rei para dizer-lhe: por que vim eu de Gessur? Seria melhor ter ficado lá’. Quero ser admitido à presença do rei; se sou culpado, que me matem!’’.

[33] Joab foi ter com o rei e contou-lhe tudo. Absalão foi chamado, entrou na presença do rei e prostrou-se diante dele com o rosto por terra. E o rei o beijou.

## 2 Samuel 15

[23]Surrexit ergo Joab et abiit in Gessur, et adduxit Absalom in Jerusalem.

[24]Dixit autem rex: Revertatur in domum suam, et faciem meam non videat. Reversus est itaque Absalom in domum suam, et faciem regis non vidit.

[25]Porro sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israël, et decorus nimis: a vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula.

[26]Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries), ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico.

[27]Nati sunt autem Absalom filii tres, et filia una nomine Thamar, elegantis formæ.

[28]Mansitque Absalom in Jerusalem duobus annis, et faciem regis non vidit.

[29]Misit itaque ad Joab, ut mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumque secundo misisset, et ille noluisset venire ad eum,

[30]dixit servis suis: Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem messem hordei: ite igitur, et succendite eum igni. Succenderunt ergo servi Absalom segetem igni. Et venientes servi Joab, scissis vestibus suis, dixerunt: Succenderunt servi Absalom partem agri igni.

[31]Surrexitque Joab, et venit ad Absalom in domum ejus, et dixit: Quare succenderunt servi tui segetem meam igni?

[32]Et respondit Absalom ad Joab: Misi ad te obsecrans ut venires ad me, et mitterem te ad regem, et diceres ei: Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo ut videam faciem regis: quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.

[33]Ingressus itaque Joab ad regem, nuntiavit ei omnia: vocatusque est Absalom, et intravit ad regem, et adoravit super faciem terræ coram eo: osculatusque est rex Absalom.

## Regum II 15

[1] Depois disso, Absalão adquiriu para si um carro, cavalos e cinquenta homens para o escoltarem.

[2] Colocava-se desde cedo à beira do caminho, junto à grande porta e interpelava todos os que vinham procurar o rei para um julgamento, dizendo: "De que cidade és tu?". O outro respondia: "Teu servo é de tal tribo de Israel".

[3] "Vê – dizia-lhe Absalão –; a tua causa é boa e justa; mas não há ninguém para te ouvir da parte do rei."

[4] E Absalão ajuntava: "Oh! Quem me dera ser juiz desta terra! Todo o que tivesse um processo ou uma questão e viesse ter comigo, eu lhe faria justiça".

[5] E se alguém se aproximava para se prostrar diante dele, estendia a mão, detinha-o e beijava-o.

[6] Assim fazia Absalão com todos os israelitas que vinham procurar o rei para qualquer julgamento. E desse modo conquistou os corações dos israelitas.

[7] Quatro anos se passaram. Absalão disse ao rei: "Deixa-me ir a Hebron para cumprir ali uma promessa que fiz ao Senhor.

[8] Quando o teu servo estava em Gessur, fez este voto: Se o Senhor me reconduzir a Jerusalém, irei prestar-lhe culto em Hebron".

[9] "Vai em paz" – disse-lhe o rei. E ele foi para Hebron.

[10] Absalão enviou emissários secretos a todas as tribos de Israel com esta mensagem: "Quando ouvirdes o som da trombeta, dizei: Absalão é rei em Hebron!".

[11] Ora, tinham partido de Jerusalém com Absalão duzentos homens, convidados por ele, que o seguiam com simplicidade de coração sem de nada suspeitar.

[12] Enquanto oferecia os sacrifícios, Absalão mandou chamar também Aquitofel, gilonita, conselheiro de Davi, à sua cidade de Gilo. E assim a conjuração se fortificava e se tornava cada vez mais numerosa em torno de Absalão.

[1]Igitur post hæc fecit sibi Absalom currus, et equites, et quinquaginta viros qui præcederent eum.

[2]Et mane consurgens Absalom, stabat juxta introitum portæ, et omnem virum qui habebat negotium ut veniret ad regis judicium, vocabat Absalom ad se, et dicebat: De qua civitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex una tribu Israël ego sum servus tuus.

[3]Respondebatque ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni et justi, sed non est qui te audiat constitutus a rege. Dicebatque Absalom:

[4]Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, et juste judicem?

[5]Sed et cum accederet ad eum homo ut salutaret illum, extendebat manum suam, et apprehendens osculabatur eum.

[6]Faciebatque hoc omni Israël venienti ad judicium ut audiretur a rege, et sollicitabat corda virorum Israël.

[7]Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem David: Vadam, et reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron.

[8]Vovens enim vovit servus tuus cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.

[9]Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, et abiit in Hebron.

[10]Misit autem Absalom exploratores in universas tribus Israël, dicens: Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnavit Absalom in Hebron.

[11]Porro cum Absalom ierunt ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde, et causam penitus ignorantes.

[12]Accersivit quoque Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium David, de civitate sua Gilo. Cumque immolaret victimas, facta est conjuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalom.

[13]Venit igitur nuntius ad David, dicens: Toto corde universus Israël sequitur Absalom.

[13] Vieram então anunciar a Davi: “Os israelitas aderem a Absalão!”.

[14] Davi disse então a todos os que estavam com ele em Jerusalém: “Vamos, fujamos, porque não podemos de outro modo escapar a Absalão! Apressai-vos e parti, não suceda que ele nos surpreenda de repente e nos inflija a ruína, passando a cidade a fio de espada”.

[15] Os servos do rei disseram-lhe: “Faça-se como ordenar o rei, meu senhor; somos teus servos”.

[16] O rei partiu a pé com toda a sua família, mas deixou dez concubinas para guardar o palácio.

[17] O rei saiu, pois, a pé com todos os seus servos e se detiveram na última casa.

[18] Todo o seu exército desfilava ao seu lado; os cereteus, os feleteus e todos os geteus, em número de seiscentos homens que o tinham seguido desde Gat, todos marchavam diante do rei.

[19] O rei disse a Etai, o geteu: “Por que vens também tu conosco? Volta e fica com o novo rei, pois és um estrangeiro e mesmo um exilado de tua terra.

[20] Chegaste ontem e hoje vou fazer que andes errante conosco, não sabendo eu mesmo aonde vou? Volta. Toma os teus contigo e que o Senhor seja misericordioso e fiel para contigo”.

[21] Mas Etai respondeu ao rei: “Pela vida do Senhor e pela vida do rei, meu senhor! Onde estiver o meu senhor e rei, lá estará também o teu servo, tanto para a morte como para a vida”.

[22] “Está bem – disse Davi –, passa.” E Etai, o geteu, desfilou com todos os seus homens e com toda a sua comitiva.

[23] E, estando o rei junto do Cedron, enquanto desfilava o povo diante dele, tomando o caminho da oliveira do deserto, toda a terra chorava em alta voz.

[24] Veio também Sadoc com todos os seus levitas, trazendo a arca da aliança de Deus. Depuseram-na, enquanto Abiatar subia e

[14]Et ait David servis suis qui erant cum eo in Jerusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Absalom: festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, et impellat super nos ruinam, et percutiat civitatem in ore gladii.

[15]Dixeruntque servi regis ad eum: Omnia quæcumque præceperit dominus noster rex, libenter exequemur servi tui.

[16]Egressus est ergo rex et universa domus ejus pedibus suis: et dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.

[17]Egressusque rex et omnis Israël pedibus suis, stetit procul a domo:

[18]et universi servi ejus ambulabant juxta eum, et legiones Cerethi, et Phelethi, et omnes Gethæi, pugnatores validi, sexcenti viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

[19]Dixit autem rex ad Ethai Gethæum: Cur venis nobiscum? revertere, et habita cum rege, quia peregrinus es, et egressus es de loco tuo.

[20]Heri venisti, et hodie compelleris nobiscum egredi? ego autem vadam quo iturus sum: revertere, et reduc tecum fratres tuos, et Dominus faciet tecum misericordiam et veritatem, quia ostendisti gratiam et fidem.

[21]Et respondit Ethai regi dicens: Vivit Dominus, et vivit dominus meus rex, quoniam in quocumque loco fueris, domine mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus.

[22]Et ait David Ethai: Veni, et transi. Et transivit Ethai Gethæus, et omnes viri qui cum eo erant, et reliqua multitudo.

[23]Omnesque flebant voce magna, et universus populus transibat: rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, et cunctus populus incedebat contra viam quæ respicit ad desertum.

[24]Venit autem et Sadoc sacerdos, et universi Levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei: et deposuerunt arcam Dei. Et ascendit

até que tivesse passado todo o povo que tinha saído da cidade.

25 Disse então o rei a Sadoc: “Reconduz a arca de Deus à cidade. Se eu achar graça aos olhos do Senhor, ele me reconduzirá e me fará revê-la, bem como o lugar de sua habitação.

26 Mas se disser que não quer mais saber de mim, eis-me aqui; faça de mim o que lhe aprouver”.

27 O rei disse ainda a Sadoc: “Vede? Tu e Abiatar, voltai em paz para a cidade com Aquimaás, teu filho, e Jônatas, filho de Abiatar.

28 Eu vou arrastar-me pelas campinas do deserto, esperando que me mandeis notícias”.

29 Sadoc e Abiatar reconduziram, pois, a arca de Deus para Jerusalém e lá ficaram.

30 Davi subiu chorando o monte das Oliveiras, cabeça coberta e descalço. Todo o povo que o acompanhava subia também chorando, com a cabeça coberta.

31 Foi anunciado a Davi que Aquitofel estava também entre os conjurados de Absalão. Davi disse: “Fazei que se frustrem, ó Senhor, meu Deus, os desígnios de Aquitofel!”.

32 Ora, chegando Davi ao cume do monte, no lugar onde se adorava Deus, veio-lhe ao encontro Cusai, o araquita, com a túnica em farrapos e a cabeça coberta de pó.

33 Davi disse-lhe: “Se vieres comigo, serás um peso para mim;

34 mas se voltares à cidade e disseres a Absalão: ‘Eu quero ser, ó rei, teu servo, como fui outrora servo de teu pai; doravante sirvo a ti’ – então desconcertarás a meu favor o desígnio de Aquitofel.

35 Terás lá contigo os sacerdotes Sadoc e Abiatar, a quem comunicarás tudo o que souberes no palácio real.

36 Com eles estão os seus dois filhos, Aquimaás, filho de Sadoc, e Jônatas, filho de Abiatar; por eles me transmitireis tudo o que ouvirdes”.

Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de civitate.

25Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei in urbem: si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, et ostendet mihi eam, et tabernaculum suum.

26Si autem dixerit mihi: Non places: præsto sum: faciat quod bonum est coram se.

27Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: O videns, revertere in civitatem in pace: et Achimaas filius tuus, et Jonathas filius Abiathar, duo filii vestri, sint vobiscum.

8Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima quando ibam ad castra: sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Jordanem, et juravi ei per Dominum, dicens: Non te interficiam gladio:

9tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es, ut scias quæ facies ei: deducesque canos ejus cum sanguine ad inferos.

10Dormivit igitur David cum patribus suis, et sepultus est in civitate David.

11Dies autem quibus regnavit David super Israël, quadraginta anni sunt: in Hebron regnavit septem annis; in Jerusalem, triginta tribus.

12Salomon autem sedit super thronum David patris sui, et firmatum est regnum ejus nimis.

13Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei: Pacificusne est ingressus tuus? Qui respondit: Pacificus.

14Addiditque: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Loquere. Et ille:

15Tu, inquit, nosti, quia meum erat regnum, et me præposuerat omnis Israël sibi in regem: sed translatum est regnum, et factum est fratris mei: a Domino enim constitutum est ei.

16Nunc ergo petitionem unam precor a te: ne confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere.

17Et ille ait: Precor ut dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quidquam potest) ut det mihi Abisag Sunamitidem uxorem.

18Et ait Bethsabee: Bene: ego loquar pro te regi.

19Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem ut loqueretur ei pro Adonia: et surrexit rex in occursum ejus, adoravitque eam, et sedit super thronum suum: positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus.

20Dixitque ei: Petitionem unam parvulam ego deprecor a te: ne confundas faciem

[21] Disse Betsabeia: “Peço-te que Abisag, a sunamita, seja dada por mulher ao teu irmão Adonias”.

[22] E o rei Salomão disse à sua mãe: “Por que queres que Abisag, a sunamita, seja dada a Adonias? Pede também para ele o reino, que é meu irmão primogênito, assim como para o sacerdote Abiatar e para Joab, filho de Sárvia...”.

[23] Jurou então o rei Salomão em nome de Deus, dizendo: “Deus me trate com o último rigor, se Adonias não pagar esta palavra com a sua própria vida!

[24] Pela vida de Deus que me estabeleceu solidamente no trono de Davi, meu pai e que fundou a minha casa como tinha prometido, Adonias será morto hoje mesmo”.

[25] O rei Salomão enviou Banaías, filho de Joiada, para o matar; e Adonias morreu.

[26] Disse também o rei ao sacerdote Abiatar: “Vai para as tuas terras, em Anatot, porque és digno de morte. Entretanto, não te matarei agora, porque levaste a arca do Senhor Javé diante de Davi, meu pai, e compartilhaste todas as suas provações”.

[27] Salomão destituiu Abiatar de suas funções sacerdotais, cumprindo-se assim a palavra pronunciada por Deus, em Silo, contra a casa de Heli.

[28] Quando chegou essa notícia a Joab, que tinha seguido o partido de Adonias, embora não tivesse seguido o de Absalão, ele fugiu e refugiou-se no tabernáculo do Senhor, agarrando-se aos chifres do altar.

[29] Foram dizer ao rei Salomão: “Joab refugiou-se no tabernáculo do Senhor e está junto do altar”. Salomão mandou Banaías, filho de Joiada, dizendo-lhe: “Vai e mata-o”.

[30] Banaías, chegando ao tabernáculo do Senhor, disse a Joab: “O rei ordena que saias daqui”. – “Não saio – respondeu Joab –; quero morrer aqui.” Banaías foi ao rei e disse-lhe: “Eis o que me disse Joab e o que me respondeu”.

[31] O rei disse-lhe: “Faze como ele disse. Mata-o e enterra-o, para que assim se afaste

meam. Et dixit ei rex: Pete, mater mea: neque enim fas est ut avertam faciem tuam.

[21]Quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor.

[22]Responditque rex Salomon, et dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei et regnum: ipse est enim frater meus major me, et habet Abiathar sacerdotem, et Joab filium Sarviæ.

[23]Juravit itaque rex Salomon per Dominum, dicens: Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.

[24]Et nunc vivit Dominus, qui firmavit me, et collocavit me super solium David patris mei, et qui fecit mihi domum, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias.

[25]Misitque rex Salomon per manum Banaiæ filii Jojadæ, qui interfecit eum, et mortuus est.

[26]Abiathar quoque sacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum: equidem vir mortis es: sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo, et sustinuisti laborem in omnibus in quibus laboravit pater meus.

[27]Ejecit ergo Salomon Abiathar ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini quem locutus est super domum Heli in Silo.

[28]Venit autem nuntius ad Joab, quod Joab declinasset post Adoniam, et post Salomonem non declinasset: fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, et apprehendit cornu altaris.

[29]Nuntiatumque est regi Salomoni quod fugisset Joab in tabernaculum Domini, et esset juxta altare: misitque Salomon Banaiam filium Jojadæ, dicens: Vade, interfice eum.

[30]Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, et dixit ei: Hæc dicit rex: Egredere. Qui ait: Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiavit Banaias regi sermonem, dicens: Hæc locutus est Joab, et hæc respondit mihi.

[31]Dixitque ei rex: Fac sicut locutus est, et interfice eum, et sepeli: et amovebis

de mim e da casa de meu pai o sangue que ele derramou sem motivo.

32 O Senhor fará cair esse sangue sobre a sua própria cabeça, porque ele matou, feriu à espada, sem que o soubesse Davi, meu pai, dois homens mais justos e melhores do que ele: Abner, filho de Ner, general do exército de Israel e Amasa, filho de Jeter, general do exército de Judá.

33 O sangue deles recairá para sempre sobre a cabeça de Joab e de sua posteridade; mas a Davi, à sua raça e ao seu trono, dará o Senhor paz para sempre".

34 Banaías, filho de Joiada, voltou ao tabernáculo e feriu de morte a Joab. Sepultaram-no em sua casa, no deserto.

35 Em seu lugar pôs o rei à frente do exército Banaías, filho de Joiada, e em lugar de Abiatar, estabeleceu Sadoc como sacerdote.

36 Depois mandou o rei chamar Semei e disse-lhe: "Faze para ti uma casa em Jerusalém e habita aí; dela não sairás para ir aonde quer que seja.

37 No dia em que o fizeres e passares a torrente do Cedron, sabes que serás morto. Serás responsável pelo que acontecer".

38 Semei respondeu ao rei: "Está bem; teu servo fará como ordenou o rei, meu senhor". E Semei habitou longo tempo em Jerusalém.

39 Três anos depois, aconteceu que dois escravos de Semei fugiram para junto de Aquis, filho de Maaca, rei de Gat. Vieram avisar a Semei, dizendo: "Teus escravos estão em Gat".

40 Semei levantou-se, selou o jumento e foi a Gat ter com Aquis em busca de seus escravos.

41 Disseram a Salomão que Semei fora de Jerusalém a Gat e estava de volta.

42 O rei chamou-o e disse-lhe: "Não te fiz eu jurar em nome de Deus, não te avisei formalmente, dizendo-te que em qualquer dia que saísses para onde quer que fosse, haverias de morrer? E não me respondeste: Está bem; eu compreendi?

sanguinem innocentem qui effusus est a Joab, a me, et a domo patris mei.

32Et reddet Dominus sanguinem ejus super caput ejus, quia interfecit duos viros justos, melioresque se: et occidit eos gladio, patre meo David ignorante, Abner filium Ner principem militiæ Israël, et Amasam filium Jether principem exercitus Juda:

33et revertetur sanguis illorum in caput Joab, et in caput seminis ejus in sempiternum. David autem et semini ejus, et domui, et throno illius, sit pax usque in æternum a Domino.

34Ascendit itaque Banaias filius Jojadæ, et aggressus eum interfecit: sepultusque est in domo sua in deserto.

35Et constituit rex Banaiam filium Jojadæ pro eo super exercitum, et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.

36Misit quoque rex, et vocavit Semei: dixitque ei: Ædifica tibi domum in Jerusalem, et habita ibi: et non egredieris inde huc atque illuc.

37Quacumque autem die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum: sanguis tuus erit super caput tuum.

38Dixitque Semei regi: Bonus sermo: sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus. Habitavit itaque Semei in Jerusalem diebus multis.

39Factum est autem post annos tres ut fugerent servi Semei ad Achis filium Maacha regem Geth: nuntiatumque est Semei quod servi ejus issent in Geth.

40Et surrexit Semei, et stravit asinum suum, ivitque ad Achis in Geth ad requirendum servos suos, et adduxit eos de Geth.

41Nuntiatum est autem Salomoni quod isset Semei in Geth de Jerusalem, et rediisset.

42Et mittens vocavit eum, dixitque illi: Nonne testificatus sum tibi per Dominum, et prædixi tibi: Quacumque die egressus ieris huc et illuc, scito te esse moriturum: et respondisti mihi: Bonus sermo, quem audivi?

[43] Por que não guardaste tu o juramento do Senhor e a ordem que eu te havia dado?

[44] Tu sabes – ajuntou o rei – todo o mal que fizeste a Davi, meu pai; tens consciência disso. Por isso, o Senhor faz recair a tua malícia sobre a tua cabeça.

[45] O rei Salomão será abençoado e o trono de Davi será consolidado para sempre diante do Senhor".

[46] Ordenou o rei a Banaías, filho de Joiada, o qual saiu e feriu Semei e este morreu. E o reino foi consolidado nas mãos de Salomão.

[43]quare ergo non custodisti jusjurandum Domini, et præceptum quod præceperam tibi?

[44]Dixitque rex ad Semei: Tu nosti omne malum cujus tibi conscium est cor tuum, quod fecisti David patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum:

[45]et rex Salomon benedictus, et thronus David erit stabilis coram Domino usque in sempiternum.

[46]Jussit itaque rex Banaiæ filio Jojadæ, qui egressus, percussit eum, et mortuus est.

## 1 Reis 3

[1] Salomão aliou-se por casamento, ao faraó, rei do Egito, tomando sua filha por mulher. Levou-a para a Cidade de Davi, até que acabasse de construir o seu palácio, o Templo do Senhor e o muro em volta de Jerusalém.

[2] O povo continuava sacrificando nos lugares altos, porque até aquele dia não tinha ainda sido edificado o Templo ao nome do Senhor.

[3] Salomão amava o Senhor e seguia os preceitos de Davi, seu pai. Todavia, continuava sacrificando e queimando incenso nos lugares altos.

[4] Foi o rei a Gabaon para ali oferecer um sacrifício, porque esse era o lugar alto mais importante; naquele altar Salomão ofereceu mil holocaustos.

[5] O Senhor apareceu-lhe em sonhos em Gabaon durante a noite e disse-lhe: "Pede-me o que queres que eu te dê".

[6] Salomão disse: "Vós destes com liberdade vossa graça ao vosso servo Davi, meu pai, porque ele andou em vossa presença com fidelidade, na justiça e retidão de seu coração para convosco. Em virtude dessa grande benevolência, destes-lhe um filho que hoje está sentado no seu trono.

[7] Sois vós, portanto, ó Senhor meu Deus, que fizestes reinar o vosso servo em lugar de Davi, meu pai. Mas eu não passo de um adolescente e não sei como me conduzir.

## Regum III 3

[1]Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, et affinitate conjunctus est Pharaoni regi Ægypti: accepit namque filiam ejus, et adduxit in civitatem David, donec compleret ædificans domum suam, et domum Domini, et murum Jerusalem per circuitum.

[2]Attamen populus immolabat in excelsis: non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum.

[3]Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui, excepto quod in excelsis immolabat, et accendebat thymiama.

[4]Abiit itaque in Gabaon, ut immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximum: mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon.

[5]Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quod vis ut dem tibi.

[6]Et ait Salomon: Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate et justitia, et recto corde tecum: custodisti ei misericordiam tuam grandem, et dedisti ei filium sedentem super thronum ejus, sicut est hodie.

[7]Et nunc Domine Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo: ego autem sum puer parvulus, et ignorans egressum et introitum meum.

[8] E, sem embargo, vosso servo se encontra no meio de vosso povo escolhido, um povo imenso, tão numeroso que não se pode contar, nem calcular.

[9] Dai, pois, ao vosso servo um coração sábio, capaz de julgar o vosso povo e discernir entre o bem e o mal. Pois sem isso quem poderia julgar o vosso povo tão numeroso?".

[10] O Senhor agradou-se dessa oração e disse a Salomão:

[11] "Pois que me fizeste esse pedido e não pediste nem longa vida, nem riqueza, nem a morte de teus inimigos, mas sim inteligência para praticar a justiça.

[12] Vou satisfazer o teu desejo. Eu te dou um coração tão sábio e inteligente como nunca houve outro igual antes de ti e nem haverá depois de ti.

[13] Dou-te, além disso, o que não me pediste: riquezas e glória, de tal modo que não haverá quem te seja semelhante entre os reis durante toda a tua vida.

[14] E, se andares em meus caminhos e observares os meus preceitos e mandamentos como o fez Davi, teu pai, prolongarei a tua vida".

[15] Quando Salomão despertou, deu-se conta de que tinha sido um sonho. Voltando a Jerusalém, apresentou-se diante da arca da aliança do Senhor e ofereceu holocaustos e sacrifícios pacíficos; e deu um banquete a todos os seus servos.

[16] Vieram duas prostitutas apresentar-se ao rei.

[17] Uma delas disse: "Ouve, meu senhor! Esta mulher e eu moramos na mesma casa e eu dei à luz junto dela no mesmo aposento.

[18] Três dias depois de eu ter dado à luz, deu também ela à luz. Ora, nós vivemos juntas e não havia nenhum estranho conosco nessa casa, pois somente nós duas estávamos ali.

[19] Durante a noite, morreu o filho dessa mulher, porque o abafou enquanto dormia.

[20] Levantou-se ela então no meio da noite e enquanto a tua serva dormia, tomou o meu

[8]Et servus tuus in medio est populi quem elegisti, populi infiniti, qui numerari et supputari non potest præ multitudine.

[9]Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, et discernere inter bonum et malum. Quis enim poterit judicare populum istum, populum tuum hunc multum?

[10]Placuit ergo sermo coram Domino, quod Salomon postulasset hujuscemodi rem.

[11]Et dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, et non petisti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum judicium:

[12]ecce feci tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit.

[13]Sed et hæc quæ non postulasti, dedi tibi: divitias scilicet, et gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus.

[14]Si autem ambulaveris in viis meis, et custodieris præcepta mea et mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

[15]Igitur evigilavit Salomon, et intellexit quod esset somnium: cumque venisset Jerusalem, stetit coram arca fœderis Domini, et obtulit holocausta, et fecit victimas pacificas, et grande convivium universis famulis suis.

[16]Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntque coram eo:

[17]quarum una ait: Obsecro, mi domine: ego et mulier hæc habitabamus in domo una, et peperi apud eam in cubiculo.

[18]Tertia autem die postquam ego peperi, peperit et hæc: et eramus simul, nullusque alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus.

[19]Mortuus est autem filius mulieris hujus nocte: dormiens quippe oppressit eum.

[20]Et consurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo, ancillæ tuæ dormientis, et collocavit in sinu suo: suum

filho que estava junto de mim e o deitou em seu seio, deixando no meu o seu filho morto.

21 Quando me levantei pela manhã para amamentar o meu filho, encontrei-o morto; mas, examinando-o atentamente à luz, verifiquei que não era o filho que eu dera à luz”.

22 “É mentira! – replicou a outra mulher – o que está vivo é meu filho, e o teu é que morreu.” A primeira contestou: “Não é assim. O teu filho é o que morreu, o que está vivo é o meu”. E assim disputavam diante do rei.

23 O rei disse então: “Tu dizes: ‘É o meu filho que está vivo e o teu é o que morreu’. A outra diz: ‘Não é assim. É teu filho que morreu e o meu é o que está vivo’.

24 Vejamos – continuou o rei –, trazei-me uma espada”. Trouxeram ao rei uma espada.

25 “Cortai pelo meio o menino vivo – disse ele –, e dai metade a uma e metade à outra.”

26 Mas a mulher, mãe do filho vivo, sentiu suas entranhas enternecerem-se e disse ao rei: “Rogo-te, meu senhor, que dês a ela o menino vivo e não o mateis!’.” A outra, porém, dizia: “Ele não será nem teu, nem meu: seja dividido!”.

27 Então, o rei pronunciou o seu julgamento: “Dai – disse ele – o menino vivo a essa mulher! Não o mateis, pois é ela a sua mãe”.

28 Todo o Israel, ouvindo o julgamento pronunciado pelo rei, encheu-se de respeito por ele, pois via-se que o inspirava a sabedoria divina para fazer justiça.

autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo.

21Cumque surrexissem mane ut darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum quem genueram.

22Responditque altera mulier: Non est ita ut dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit. E contrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus vivit, et filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege.

23Tunc rex ait: Hæc dicit: Filius meus vivit, et filius tuus mortuus est: et ista respondit: Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit.

24Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium. Cumque attulissent gladium coram rege,

25Dividite, inquit, infantem vivum in duas partes, et date dimidiam partem uni, et dimidiam partem alteri.

26Dixit autem mulier, cujus filius erat vivus, ad regem (commota sunt quippe viscera ejus super filio suo): Obsecro, domine, date illi infantem vivum, et nolite interficere eum. E contrario illa dicebat: Nec mihi nec tibi sit, sed dividatur.

27Respondit rex, et ait: Date huic infantem vivum, et non occidatur: hæc est enim mater ejus.

28Audivit itaque omnis Israël judicium quod judicasset rex, et timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum judicium.

## 1 Reis 4

1 O rei Salomão reinava sobre todo o Israel.

2 Estes são os ministros que o assistiam: Azarias, filho do sacerdote Sadoc;

3 Elioref e Aías, filhos de Sisa, escribas; Josafá, filho de Ailud, cronista;

4 Banaías, filho de Joiada, general do exército; Sadoc e Abiatar, sacerdotes;

## Regum III 4

1Erat autem rex Salomon regnans super omnem Israël:

2et hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc sacerdotis:

3Elihoreph et Ahia filii Sisa scribæ: Josaphat filius Ahilud a commentariis:

4Banaias filius Jojadæ super exercitum: Sadoc autem et Abiathar sacerdotes:

5 Azarias, filho de Natã, chefe dos intendentes; Zabud, filho de Natã, conselheiro privado do rei;

6 Aisar, prefeito do palácio; e Adoniram, filho de Abda, dirigente dos trabalhos.

7 Salomão tinha doze intendentes estabelecidos sobre todo o Israel, que proviam às necessidades do rei e de sua casa, cada um durante um mês do ano.

8 Estes são os seus nomes: o filho de Hur, na montanha de Efraim;

9 o filho de Decar, em Maces, em Salebim, em Bet-Sames e em Aialon de Bet-Hanã;

10 o filho de Hesed, em Arubot, do qual dependia Soco e toda a terra de Héfer;

11 o filho de Abinadab, que tinha os altos de Dor e era casado com Tabaat, filha de Salomão;

12 Baana, filho de Ailud, que tinha Tanac e Meguido e todo o Betsã, perto de Sartana, debaixo de Jezrael, desde Betsã, até Abel-Meúla e até além de Jecmaam;

13 o filho de Gaber, em Ramot de Galaad, que tinha as aldeias de Jair, filho de Manassés, situadas em Galaad, toda a região de Argob em Basã, sessenta cidades grandes e muradas, que tinham fechaduras de bronze;

14 Ainadab, filho de Ado, em Maanaim;

15 Aquimaás, em Neftali, casado também com uma filha de Salomão, chamada Basemat;

16 Baana, filho de Husi, em Aser e em Baalot;

17 Josafá, filho de Farué, em Issacar;

18 Semei, filho de Ela, em Benjamim;

19 Gaber, filho de Uri, na terra de Galaad, pátria de Seon, rei dos amorreus e de Og, rei de Basã; havia um só intendente para toda essa região.

20 A população de Judá e de Israel era tão numerosa como a areia na praia do mar; comiam, bebiam e alegravam-se.

5Azarias filius Nathan super eos qui assistebant regi: Zabud filius Nathan sacerdos, amicus regis:

6et Ahisar præpositus domus: et Adoniram filius Abda super tributa.

7Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israël, qui præbebant annonam regi et domui ejus: per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant.

8Et hæc nomina eorum: Benhur in monte Ephraim.

9Bendecar in Macces, et in Salebim, et in Bethsames, et in Elon, et in Bethanan.

10Benhesed in Aruboth: ipsius erat Socho, et omnis terra Epher.

11Benabinadab, cujus omnis Nephath Dor: Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem.

12Bana filius Ahilud regebat Thanac et Mageddo, et universam Bethsan, quæ est juxta Sarthana subter Jezrahel, a Bethsan usque Abelmehula e regione Jecmaan.

13Bengaber in Ramoth Galaad: habebat Avothjair filii Manasse in Galaad: ipse præerat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta civitatibus magnis atque muratis quæ habebant seras æreas.

14Ahinadab filius Addo præerat in Manaim.

15Achimaas in Nephthali: sed et ipse habebat Basemath filiam Salomonis in conjugio.

16Baana filius Husi in Aser, et in Baloth.

17Josaphat filius Pharue in Issachar.

18Semei filius Ela in Benjamin.

19Gaber filius Uri in terra Galaad, in terra Sehon regis Amorrhæi et Og regis Basan, super omnia quæ erant in illa terra.

20Juda et Israël innumerabiles, sicut arena maris in multitudine: comedentes, et bibentes, atque lætantes.

21Salomon autem erat in ditione sua, habens omnia regna a flumine terræ Philisthiim usque ad terminum Ægypti: offerentium sibi munera, et servientium ei cunctis diebus vitæ ejus.

[22]Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ, et sexaginta cori farinæ,

[23]decem boves pingues, et viginti boves pascuales, et centum arietes, excepta venatione cervorum, caprearum, atque bubalorum, et avium altilium.

[24]Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen, a Thaphsa usque ad Gazan, et cunctos reges illarum regionum: et habebat pacem ex omni parte in circuitu.

[25]Habitabatque Juda et Israël absque timore ullo, unusquisque sub vite sua et sub ficu sua, a Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis.

[26]Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium, et duodecim millia equestrium.

[27]Nutriebantque eos supradicti regis præfecti: sed et necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo.

[28]Hordeum quoque, et paleas equorum et jumentorum, deferebant in locum ubi erat rex, juxta constitutum sibi.

[29]Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis quasi arenam quæ est in littore maris.

[30]Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum,

[31]et erat sapientior cunctis hominibus: sapientior Ethan Ezrahita, et Heman, et Chalcol, et Dorda filiis Mahol: et erat nominatus in universis gentibus per circuitum.

[32]Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: et fuerunt carmina ejus quinque et mille.

[33]Et disputavit super lignis a cedro quæ est in Libano, usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete: et disseruit de jumentis, et volucribus, et reptilibus, et piscibus.

[34]Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, et ab universis regibus terræ qui audiebant sapientiam ejus.

## 1 Reis 5

[1] Salomão dominava sobre todos os reinos, desde o Eufrates até a terra dos filisteus e até a fronteira do Egito. Esses reinos pagavam tributo e ficaram-lhe sujeitos durante todo o tempo de sua vida.

[2] A casa de Salomão consumia diariamente para o seu sustento trinta coros de flor de farinha e sessenta de farinha,

[3] dez bois cevados e vinte de pasto, cem cordeiros, além de veados, gazelas, gamos e as aves cevadas.

[4] Salomão dominava em toda a terra além do rio e sobre todos os reis dessas regiões, desde Tafsa até Gaza e estava em paz com todos os povos vizinhos.

[5] Judá e Israel, desde Dã até Bersabeia, viviam sem temor algum, cada qual debaixo de sua vinha e de sua figueira, durante todo o tempo que reinou Salomão.

[6] Salomão tinha quatro mil manjedouras para os cavalos de seus carros e doze mil cavalos de sela.

[7] Os intendentes, cada um no seu mês, proviam às necessidades de Salomão e de todos os que se sentavam com ele à mesa real, de modo que nada lhes faltava.

[8] Por seu turno, levavam também ao lugar onde fosse preciso cevada e palha para os cavalos de carga e de montaria.

[9] Deus deu a Salomão a sabedoria, uma inteligência penetrante e um espírito de uma visão tão vasta como as areias que estão à beira do mar.

[10] Sua sabedoria excedia a de todos os orientais e a de todo o Egito.

[11] Ele era o mais sábio de todos os homens, mais sábio do que Etã, o ezraíta, do que Emã, Chacol e Dorda, filhos de Maol; e sua fama espalhou-se por todos os povos vizinhos.

## Regum III 5

[1]Misit quoque Hiram rex Tyri servos suos ad Salomonem: audivit enim quod ipsum unxissent regem pro patre ejus: quia amicus fuerat Hiram David omni tempore.

[2]Misit autem Salomon ad Hiram, dicens:

[3]Tu scis voluntatem David patris mei, et quia non potuerit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus.

[4]Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum, et non est satan, neque occursus malus.

[5]Quam ob rem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, sicut locutus est Dominus David patri meo, dicens: Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.

[6]Præcipe igitur ut præcidant mihi servi tui cedros de Libano, et servi mei sint cum servis tuis: mercedem autem servorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris: scis enim quomodo non est in populo meo vir qui noverit ligna cædere sicut Sidonii.

[7]Cum ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, et ait: Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit David filium sapientissimum super populum hunc plurimum.

[8]Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audivi quæcumque mandasti mihi: ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis et abiegnis.

[9]Servi mei deponent ea de Libano ad mare, et ego componam ea in ratibus in mari usque ad locum quem significaveris mihi: et applicabo ea ibi, et tu tolles ea: præbebisque necessaria mihi, ut detur cibus domui meæ.

[12] Pronunciou três mil sentenças e compôs mil e cinco poemas.

[13] Falou das árvores, desde o cedro do Líbano até o hissopo que brota dos muros; falou dos animais, das aves, dos répteis e dos peixes.

[14] De todos os povos vinham pessoas ouvir a sabedoria de Salomão, da parte de todos os reis da terra que tinham ouvido falar de sua sabedoria.

[15] Quando Hiram, rei de Tiro, soube que Salomão fora ungido rei em lugar de seu pai, enviou-lhe os seus servos, pois Hiram fora sempre amigo de Davi.

[16] Salomão, de seu lado, mandou a Hiram a seguinte mensagem:

[17] "Sabes que Davi, meu pai, não pôde edificar um templo em nome do Senhor, seu Deus, por causa das guerras que teve de sustentar até o dia em que o Senhor pôs os seus inimigos sob a planta de seus pés.

[18] Agora, porém, o Senhor deu-me paz de todos os lados: não há mais inimigos nem calamidades.

[19] Por isso, penso em edificar um templo em nome do Senhor, meu Deus. O Senhor, com efeito, falara disso a Davi, meu pai, nestes termos: 'Teu filho que farei sentar em teu lugar no trono, ele é que edificará um templo para o meu nome'.

[20] Dá ordem, pois, aos teus servos, que me cortem cedros do Líbano. Meus operários trabalharão com os teus e pagarei a estes o salário que pedires, pois sabes que não há ninguém entre nós que saiba cortar árvores como os sidônios".

[21] Hiram, ouvindo a mensagem de Salomão, encheu-se de grande alegria e disse: "Bendito seja o Senhor, que deu a Davi um filho cheio de sabedoria para governar esse grande povo!".

[22] Em seguida, mandou responder a Salomão: "Recebi tua mensagem. Farei tudo o que desejas acerca das madeiras de cedro e de cipreste.

[10]Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, et ligna abiegna, juxta omnem voluntatem ejus.

[11]Salomon autem præbebat Hiram coros tritici viginti millia in cibum domui ejus, et viginti coros purissimi olei: hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos.

[12]Dedit quoque Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei: et erat pax inter Hiram et Salomonem, et percusserunt ambo fœdus.

[13]Elegitque rex Salomon operarios de omni Israël, et erat indictio triginta millia virorum.

[14]Mittebatque eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita ut duobus mensibus essent in domibus suis: et Adoniram erat super hujuscemodi indictione.

[15]Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, et octoginta millia latomorum in monte,

[16]absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium et trecentorum, præcipientium populo et his qui faciebant opus.

[17]Præcepitque rex ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, et quadrarent eos:

[18]quos dolaverunt cæmentarii Salomonis et cæmentarii Hiram: porro Giblii præparaverunt ligna et lapides ad ædificandam domum.

[23] Meus servos as descerão do Líbano até o mar e dali as farei conduzir em jangadas até o lugar que me designares. Ali as desatarão e tu as mandarás receber. De teu lado, corresponderás aos meus desejos, fornecendo víveres à minha casa”.

[24] Hiram deu, pois, a Salomão, tanta madeira de cedro e de ciprestes quantas ele quis.

[25] E Salomão deu-lhe vinte mil coros de trigo para o sustento de sua casa, bem como vinte coros de óleo bruto. Isso fornecia Salomão a Hiram cada ano.

[26] O Senhor tinha dado sabedoria a Salomão, conforme prometera. Houve paz entre Hiram e Salomão e fizeram aliança entre si.

[27] O rei Salomão escolheu trinta mil operários em todo o Israel.

[28] Ele os mandava por seu turno ao Líbano, dez mil cada mês; passavam assim um mês no Líbano e dois meses em sua casa. Adoniram dirigia os trabalhos.

[29] Salomão tinha ainda setenta mil carregadores e oitenta mil cortadores de pedras na montanha,

[30] sem contar três mil e trezentos contramestres que presidiam os vários trabalhos, os quais davam ordens ao povo e aos operários.

[31] O rei ordenou que extraíssem grandes e belas pedras, que deviam ser talhadas para os alicerces do templo.

[32] Os operários de Salomão e os de Hiram talharam as pedras, enquanto os giblieus preparavam as madeiras e as pedras para a construção da casa.

## 1 Reis 6

[1] No ano quatrocentos e oitenta de-pois da saída dos filhos de Israel do Egito, Salomão, no quarto ano do seu reinado, no mês de Ziv, que é o segundo mês, empreendeu a construção do Templo do Senhor.

[2] O templo que o rei Salomão edificou ao Senhor tinha sessenta côvados de

## Regum III 6

[1]Factum est ergo quadringentesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israël de terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus), regni Salomonis super Israël, ædificari cœpit domus Domino.

comprimento, vinte de largura e trinta de altura.

[3] O pórtico, à entrada do templo, tinha vinte côvados de comprimento, o que igualava a largura do templo e dez côvados de largura na frente do edifício.

[4] O rei fez no templo janelas com grades de madeira.

[5] Construiu, encostados às paredes do edifício, andares que rodeavam o templo e o santuário. Cercou assim o edifício de quartos laterais.

[6] O andar inferior tinha cinco côvados de largura, o do meio seis e o terceiro sete, porque se tinham posto encostas nos muros exteriores do templo para evitar que as vigas entrassem nas paredes do edifício.

[7] Na construção do templo só se empregaram pedras lavradas na pedreira, de sorte que não se ouvia, durante os trabalhos da construção, barulho algum de martelo, de cinzel ou de qualquer outro instrumento de ferro.

[8] A entrada do andar inferior encontrava-se do lado direito do edifício. Subia-se por uma escada em espiral ao andar do meio e deste ao terceiro.

[9] Terminado o edifício, Salomão recobriu-o de tábuas e de forros de cedro.

[10] Os andares que construiu encostados em todo o edifício eram de cinco côvados de altura cada um e foram ligados ao templo por traves de cedro.

[11] A palavra do Senhor foi então dirigida a Salomão nestes termos:

[12] "Esta casa que tu edificas... se obedeceres às minhas leis, praticares os meus mandamentos e observares todos os meus preceitos, seguindo-os cuidadosamente, eu cumprirei em ti as promessas que fiz ao teu pai Davi:

[13] permanecerei no meio dos israelitas e não abandonarei Israel, meu povo".

[14] Salomão terminou a construção do templo.

[2]Domus autem quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, et viginti cubitos in latitudine, et triginta cubitos in altitudine.

[3]Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, juxta mensuram latitudinis templi: et habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.

[4]Fecitque in templo fenestras obliquas.

[5]Et ædificavit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi et oraculi, et fecit latera in circuitu.

[6]Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, et medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, et tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, ut non hærerent muris templi.

[7]Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: et malleus, et securis, et omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur.

[8]Ostium lateris medii in parte erat domus dextræ: et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, et a medio in tertium.

[9]Et ædificavit domum, et consummavit eam: texit quoque domum laquearibus cedrinis.

[10]Et ædificavit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, et operuit domum lignis cedrinis.

[11]Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens:

[12]Domus hæc, quam ædificas, si ambulaveris in præceptis meis, et judicia mea feceris, et custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea, firmabo sermonem meum tibi, quem locutus sum ad David patrem tuum:

[13]et habitabo in medio filiorum Israël, et non derelinquam populum meum Israël.

[14]Igitur ædificavit Salomon domum, et consummavit eam.

[15] Forrou o interior das paredes do edifício com placas de cedro, desde o pavimento até o teto; revestiu assim de madeira todo o interior e cobriu o pavimento com tábuas de cipreste.

[16] Revestiu de tábuas de cedro, a partir do fundo do templo, desde o pavimento até o teto, um espaço de vinte côvados, que destinou ao santuário, ou Santo dos Santos.

[17] Os quarenta côvados restantes constituíam a parte anterior do templo.

[18] Dentro do edifício o cedro era esculpido de coloquíntidas e flores abertas; tudo era de cedro; de modo que não se podia ver pedra alguma.

[19] Salomão dispôs o santuário no interior do templo, bem ao fundo, para ali colocar a arca da aliança do Senhor.

[20] O santuário tinha por dentro vinte côvados de comprimento, vinte de largura e vinte de altura. Salomão revestiu-o de ouro fino e cobriu o altar de cedro.

[21] Revestiu de ouro fino o interior do edifício e fechou com cadeias de ouro a frente do santuário, que era também revestido de ouro.

[22] A casa ficou assim inteiramente coberta de ouro, como também toda a superfície do altar que estava diante do santuário.

[23] Fez no santuário dois querubins de pau de oliveira, que tinham dez côvados de altura.

[24] Cada uma das asas dos querubins tinha cinco côvados, o que fazia dez côvados da extremidade de uma asa à extremidade da outra.

[25] O segundo querubim tinha também dez côvados; os dois tinham a mesma forma e as mesmas dimensões.

[26] Um e outro tinham dez côvados de altura.

[27] Salomão os colocou no fundo do templo, no santuário. Tinham as asas estendidas, de sorte que uma asa do primeiro tocava uma das paredes e uma asa do segundo tocava a outra parede, enquanto as outras duas asas se encontravam no meio do santuário.

[15]Et ædificavit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis: a pavimento domus usque ad summitatem parietum, et usque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinsecus: et texit pavimentum domus tabulis abiegnis.

[16]Ædificavitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, a pavimento usque ad superiora: et fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum.

[17]Porro quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi.

[18]Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas et juncturas suas fabrefactas, et cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis vestiebantur: nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

[19]Oraculum autem in medio domus, in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini.

[20]Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, et viginti cubitos latitudinis, et viginti cubitos altitudinis: et operuit illud atque vestivit auro purissimo: sed et altare vestivit cedro.

[21]Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, et affixit laminas clavis aureis.

[22]Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur: sed et totum altare oraculi texit auro.

[23]Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis.

[24]Quinque cubitorum ala cherub una, et quinque cubitorum ala cherub altera: id est, decem cubitos habentes, a summitate alæ unius usque ad alæ alterius summitatem.

[25]Decem quoque cubitorum erat cherub secundus: in mensura pari, et opus unum erat in duobus cherubim,

[26]id est, altitudinem habebat unus cherub decem cubitorum, et similiter cherub secundus.

[27]Posuitque cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas suas

[28] Revestiu também de ouro os querubins.

[29] Mandou esculpir em relevo em todas as paredes da casa, ao redor, no santuário como no templo, querubins, palmas e flores abertas.

[30] Cobriu de ouro o pavimento do edifício, tanto o do santuário como o do templo.

[31] Pôs à porta do santuário vigas de pau de oliveira; o seu enquadramento com as ombreiras ocupava a quinta parte da parede.

[32] Nos dois batentes de pau de oliveira mandou esculpir querubins, palmas e flores desabrochadas e cobriu-as de ouro; cobriu de ouro tanto os querubins como as palmas.

[33] Para a porta do templo fez vigas de pau de oliveira que ocupavam a quarta parte da parede,

[34] bem como dois batentes de madeira de cipreste, sendo cada batente formado de duas folhas móveis.

[35] Mandou esculpir nelas querubins, palmas e flores desabrochadas e cobriu tudo de ouro, ajustado às esculturas.

[36] Construiu, ao redor do átrio interior, um muro de três ordens de pedras talhadas e uma fileira de traves de cedro.

[37] No mês de Ziv do quarto ano de reinado, foram lançados os fundamentos do templo do Senhor

[38] e no ano undécimo, no mês de Bul, que é o oitavo mês, foi o templo acabado em todas as suas partes e em todos os seus pormenores. O templo foi construído em sete anos.

cherubim, et tangebat ala una parietem, et ala cherub secundi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se invicem contingebant.

[28]Texit quoque cherubim auro.

[29]Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis et torno: et fecit in eis cherubim, et palmas, et picturas varias, quasi prominentes de pariete, et egredientes.

[30]Sed et pavimentum domus texit auro intrinsecus et extrinsecus.

[31]Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis olivarum, postesque angulorum quinque.

[32]Et duo ostia de lignis olivarum: et sculpsit in eis picturam cherubim, et palmarum species, et anaglypha valde prominentia: et texit ea auro, et operuit tam cherubim quam palmas, et cetera, auro.

[33]Fecitque in introitu templi postes de lignis olivarum quadrangulatos,

[34]et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: et utrumque ostium duplex erat, et se invicem tenens aperiebatur.

[35]Et sculpsit cherubim, et palmas, et cælaturas valde eminentes: operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.

[36]Et ædificavit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, et uno ordine lignorum cedri.

[37]Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio:

[38]et in anno undecimo, mense Bul (ipse est mensis octavus), perfecta est domus in omni opere suo, et in universis utensilibus suis: ædificavitque eam annis septem.

## 1 Reis 7

[1] Salomão levou treze anos para terminar a construção do seu palácio.

[2] Edificou primeiro a Casa da Floresta do Líbano, que tinha cem côvados de comprimento, cinquenta de largo e trinta de alto, repousando sobre quatro fileiras de

## Regum III 7

[1]Domum autem suam ædificavit Salomon tredecim annis, et ad perfectum usque perduxit.

[2]Ædificavit quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis, et quinquaginta cubitorum latitudinis, et triginta cubitorum altitudinis: et quatuor

colunas de cedro, com traves de cedro sobre as colunas.

[3] Forrou de cedro o teto dos quartos, que se apoiavam nas colunas, em número de quarenta e cinco, ou seja, quinze colunas por fileira.

[4] Havia três fileiras de quartos, cujas janelas se correspondiam três vezes.

[5] Todas as portas e suas vigas eram retangulares e as janelas se correspondiam três vezes.

[6] Fez um pórtico de colunas, com cinquenta côvados de comprido e trinta de largo, precedido de um segundo pórtico de colunas com degraus.

[7] Salomão mandou fazer a sala do trono, onde estava o tribunal, o pórtico do juízo e revestiu-o de cedro desde o pavimento até o teto.

[8] Sua residência, construída no segundo pátio, atrás do pórtico, era de trabalho semelhante. Enfim, mandou construir para a filha do faraó, que ele tinha desposado, uma casa do mesmo gênero que esse pórtico.

[9] Todas essas construções eram feitas com pedras escolhidas, talhadas sob medida e serradas tanto por dentro como por fora, desde os fundamentos até o alto das cornijas, inclusive o muro do grande pátio.

[10] Os fundamentos eram também feitos de pedras escolhidas de grande dimensão, pedras de dez e de oito côvados.

[11] Por cima havia ainda pedras escolhidas, talhadas sob medida e traves de cedro.

[12] O muro, que cercava o grande pátio, tinha três ordens de pedras talhadas e uma fileira de vigas de cedro, assim como no pátio interior do Templo do Senhor e no pórtico do palácio.

[13] O rei Salomão mandara vir de Tiro um homem que trabalhava em bronze, Hiram,

[14] filho de uma viúva da tribo de Neftali, cujo pai era de Tiro. Hiram era talentoso, cheio de inteligência e habilidade para fazer toda espécie de trabalhos em bronze.

deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas.

[3]Et tabulatis cedrinis vestivit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur. Unus autem ordo habebat columnas quindecim

[4]contra se invicem positas,

[5]et e regione se respicientes, æquali spatio inter columnas, et super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia.

[6]Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, et triginta cubitorum latitudinis: et alteram porticum in facie majoris porticus: et columnas, et epistylia super columnas.

[7]Porticum quoque solii, in qua tribunal est, fecit: et texit lignis cedrinis a pavimento usque ad summitatem.

[8]Et domuncula, in qua sedebatur ad judicandum, erat in media porticu simili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quam uxorem duxerat Salomon) tali opere, quali et hanc porticum.

[9]Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quamdam atque mensuram tam intrinsecus quam extrinsecus serrati erant: a fundamento usque ad summitatem parietum, et extrinsecus usque ad atrium majus.

[10]Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis, decem sive octo cubitorum.

[11]Et desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant, similiterque de cedro.

[12]Et atrium majus rotundum trium ordinum de lapidibus sectis, et unius ordinis de dolata cedro: necnon et in atrio domus Domini interiori, et in porticu domus.

[13]Misit quoque rex Salomon, et tulit Hiram de Tyro,

[14]filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, et plenum sapientia, et intelligentia, et doctrina, ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus ejus.

Apresentou-se ao rei Salomão e executou todos os seus trabalhos.

15 Fez duas colunas de bronze: a primeira tinha dezoito côvados de altura; a sua periferia media-se com um fio de doze côvados. Tinham quatro dedos de espessura e eram ocas. A segunda coluna era semelhante à primeira.

16 Fundiu dois capitéis para os colocar no alto das colunas; ambos tinham cinco côvados de altura

17 e eram ornados de redes de malhas e grinaldas em forma de cadeias; havia sete grinaldas para cada capitel.

18 Dispôs em círculo ao redor de cada uma das malhas duas fileiras de romãs, para ornar cada um dos capitéis que cobriam as colunas.

19 Os capitéis, que sobremontavam as colunas no pórtico, tinham a forma de lírios, com quatro côvados de altura.

20 Os capitéis colocados sobre as duas colunas elevavam-se acima da parte mais grossa da coluna, além da rede. Em volta dos dois capitéis, havia duzentas romãs dispostas em círculo.

21 Hiram levantou as colunas no pórtico do templo: a coluna direita, que chamou Jaquin e a esquerda, que chamou Booz.

22 Por cima das colunas pôs um trabalho em forma de lírio. E assim foi acabada a obra das colunas.

23 Hiram fez também o mar de bronze, que tinha dez côvados de uma borda à outra, perfeitamente redondo e com altura de cinco côvados; sua circunferência media-se com um fio de trinta côvados.

24 Por baixo de sua borda havia colo-quíntidas em número de dez por côvado; elas rodeavam o mar, dispostas em duas ordens, formando com o mar uma só peça.

25 Este apoiava-se sobre doze bois, dos quais três olhavam para o norte, três para o ocidente, três para o sul e três para o oriente. O mar repousava sobre eles e suas ancas estavam para o lado de dentro.

15Et finxit duas columnas æreas, decem et octo cubitorum altitudinis columnam unam: et linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque.

16Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum unum, et quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum:

17et quasi in modum retis, et catenarum sibi invicem miro opere contextarum. Utrumque capitellum columnarum fusile erat: septena versuum retiacula in capitello uno, et septena retiacula in capitello altero.

18Et perfecit columnas, et duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum, ut tegerent capitella quæ erant super summitatem, malogranatorum: eodem modo fecit et capitello secundo.

19Capitella autem quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticu quatuor cubitorum.

20Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper juxta mensuram columnæ contra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi.

21Et statuit duas columnas in porticu templi: cumque statuisset columnam dexteram, vocavit eam nomine Jachin: similiter erexit columnam secundam, et vocavit nomen ejus Booz.

22Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit: perfectumque est opus columnarum.

23Fecit quoque mare fusile decem cubitorum a labio usque ad labium, rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo ejus, et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum.

24Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles.

25Et stabat super duodecim boves, e quibus tres respiciebant ad aquilonem, et tres ad occidentem, et tres ad meridiem, et tres ad orientem: et mare super eos desuper erat:

[26] A espessura do mar era de um palmo e a borda assemelhava-se à de um copo em forma de lírio; sua capacidade era de dois mil batos.

[27] Fez também duas bases de bronze, tendo cada uma quatro côvados de comprimento, quatro de largura e três de altura.

[28] Eis como eram feitas essas bases: eram formadas de painéis e enquadradas de molduras.

[29] Nos painéis enquadrados de molduras, havia leões, bois e querubins, assim como nas travessas igualmente. Por cima e por baixo dos leões e dos bois pendiam grinaldas em forma de festões.

[30] Cada base tinha quatro rodas de bronze, com seus eixos de bronze e nos quatro cantos havia suportes fundidos que sustinham a bacia, os quais estavam por baixo das grinaldas.

[31] A abertura para a bacia era no interior dos suportes e os ultrapassava de um côvado de altura; era cilíndrica e seu diâmetro era de um côvado e meio; e era também ornada de esculturas. Os painéis eram quadrados, e não redondos.

[32] Debaixo destes estavam as quatro rodas, cujos eixos eram fixados à base. Cada roda tinha um côvado e meio de altura 33 e era feita como as de um carro. Eixos, aros, raios e cubos, tudo era fundido.

[34] Nos quatro ângulos de cada base encontravam-se quatro suportes que faziam parte da mesma base.

[35] A parte superior da base era de forma circular, tendo meio-côvado de altura; seus esteios formavam com os painéis uma só peça.

[36] Nas placas dos seus esteios e dos painéis assim como no espaço livre entre estas, esculpiu querubins, leões, palmas e grinaldas circulares.

[37] Foi dessa maneira que fez as dez bases, todas do mesmo molde, da mesma dimensão e modelo.

quorum posteriora universa intrinsecus latitabant.

[26]Grossitudo autem luteris, trium unciarum erat: labiumque ejus quasi labium calicis, et folium repandi lilii: duo millia batos capiebat.

[27]Et fecit decem bases æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, et quatuor cubitorum latitudinis, et trium cubitorum altitudinis.

[28]Et ipsum opus basium, interrasile erat: et sculpturæ inter juncturas.

[29]Et inter coronulas et plectas, leones et boves et cherubim, et in juncturis similiter desuper: et subter leones et boves, quasi lora ex ære dependentia.

[30]Et quatuor rotæ per bases singulas, et axes ærei: et per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, contra se invicem respectantes.

[31]Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate: et quod forinsecus apparebat, unius cubiti erat totum rotundum, pariterque habebat unum cubitum et dimidium: in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: et media intercolumnia, quadrata non rotunda.

[32]Quatuor quoque rotæ quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basim: una rota habebat altitudinis cubitum et semis.

[33]Tales autem rotæ erant quales solent in curru fieri: et axes earum, et radii, et canthi, et modioli, omnia fusilia.

[34]Nam et humeruli illi quatuor per singulos angulos basis unius, ex ipsa basi fusiles et conjuncti erant.

[35]In summitate autem basis erat quædam rotunditas dimidii cubiti, ita fabrefacta ut luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variasque sculpturas ex semetipsa.

[36]Sculpsit quoque in tabulatis illis quæ erant ex ære, et in angulis, cherubim, et leones, et palmas, quasi in similitudinem

[38] Fez também dez bacias de bronze, contendo cada uma quarenta batos. Cada uma tinha quatro côvados e repousava sobre um dos dez pedestais.

[39] Pôs cinco pedestais do lado direito do templo e cinco do lado esquerdo. O mar foi colocado do lado direito do edifício, para o sudoeste.

[40] Hiram fez também caldeirões, pás e bacias. Hiram concluiu, pois, toda a obra que o rei Salomão lhe mandara fazer para o Templo do Senhor:

[41] duas colunas, dois capitéis esféricos para o alto das colunas, duas redes para cobrir os capitéis esféricos que estão sobre as colunas;

[42] quatrocentas romãs para as redes, duas fileiras de romãs para cada rede, para cobrir os dois capitéis esféricos que estão no alto das colunas;

[43] dez pedestais e dez bacias sobre os pedestais;

[44] o mar, único, com os doze bois por baixo do mar;

[45] os caldeirões, pás e bacias. Todos esses objetos que Hiram fez por ordem do rei Salomão para o Templo do Senhor, eram de bronze polido.

[46] O rei mandou-os fundir na planície do Jordão, numa terra argilosa, entre Sucot e Sartã.

[47] Era tão grande o número desses objetos, que Salomão não pesou o bronze.

[48] Salomão mandou ainda fabricar todos os utensílios que estariam no Templo do Senhor: o altar de ouro, a mesa de ouro sobre a qual se colocavam os pães de proposição;

[49] os candelabros de ouro fino, cinco à direita e cinco à esquerda, diante do santuário, com as flores, as lâmpadas e as espevitadeiras de ouro,

[50] os copos, as facas, as bacias, as colheres e os cinzeiros de ouro fino; os gonzos de ouro para os batentes da porta do santuário, o

hominis stantis, ut non cælata, sed apposita per circuitum viderentur.

[37]In hunc modum fecit decem bases, fusura una, et mensura, sculpturaque consimili.

[38]Fecit quoque decem luteres æneos: quadraginta batos capiebat luter unus, eratque quatuor cubitorum: singulos quoque luteres per singulas, id est, decem bases, posuit.

[39]Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, et quinque ad sinistram: mare autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem.

[40]Fecit ergo Hiram lebetes, et scutras, et hamulas, et perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini.

[41]Columnas duas, et funiculos capitellorum super capitella columnarum duos: et retiacula duo, ut operirent duos funiculos qui erant super capita columnarum.

[42]Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum qui erant super capita columnarum.

[43]Et bases decem, et luteres decem super bases.

[44]Et mare unum, et boves duodecim subter mare.

[45]Et lebetes, et scutras, et hamulas, omnia vasa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de auricalco erant.

[46]In campestri regione Jordanis fudit ea rex in argillosa terra, inter Sochoth et Sarthan.

[47]Et posuit Salomon omnia vasa: propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris.

[48]Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini: altare aureum, et mensam super quam ponerentur panes propositionis, auream:

[49]et candelabra aurea, quinque ad dexteram, et quinque ad sinistram contra oraculum, ex auro puro: et quasi lilii flores,

Santo dos Santos e da porta do templo, o Santo.

51 Assim foram concluídos todos os trabalhos empreendidos pelo rei Salomão para o Templo do Senhor. E Salomão mandou então que se trouxesse tudo o que Davi, seu pai, tinha consagrado: a prata, o ouro e os utensílios e os depositou nas reservas do Templo do Senhor.

et lucernas desuper aureas: et forcipes aureos,

50et hydrias, et fuscinulas, et phialas, et mortariola, et thuribula, de auro purissimo: et cardines ostiorum domus interioris Sancti sanctorum, et ostiorum domus templi, ex auro erant.

51Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini, et intulit quæ sanctificaverat David pater suus, argentum, et aurum, et vasa, reposuitque in thesauris domus Domini.

## 1 Reis 8

1 Então convocou Salomão junto de si em Jerusalém os anciãos de Israel e todos os chefes das tribos e os chefes das famílias israelitas, para irem buscar na Cidade de Davi, em Sião, a arca da aliança do Senhor.

2 Todos os israelitas se reuniram junto do rei Salomão no mês de Etanim, que é o sétimo, durante a festa.

3 Vieram todos os anciãos de Israel e os sacerdotes tomaram a arca do Senhor.

4 Levaram-na, assim como a tenda de reunião e todos os utensílios sagrados que havia no tabernáculo; tudo foi carregado pelos sacerdotes e levitas.

5 O rei Salomão e toda a assembleia de Israel reunida junto dele conservavam-se diante da arca. Sacrificavam tão grande quantidade de ovelhas e bois que não se podia contar.

6 Os sacerdotes levaram a arca da aliança do Senhor para seu lugar, no santuário do templo, no Santo dos Santos, debaixo das asas dos querubins.

7 Com efeito, os querubins estendiam as suas asas sobre o lugar da arca e cobriam por cima a arca e os seus varais.

8 Esses varais eram de tal forma compridos, que se podiam ver as suas extremidades do lugar santo, diante do santuário, mas não de fora e ali ficaram até o dia de hoje.

9 Na arca só havia as duas tábuas de pedra que Moisés ali depusera no monte Horeb,

## Regum III 8

1Tunc congregati sunt omnes majores natu Israël cum principibus tribuum, et duces familiarum filiorum Israël, ad regem Salomonem in Jerusalem, ut deferrent arcam fœderis Domini de civitate David, id est, de Sion.

2Convenitque ad regem Salomonem universus Israël in mense Ethanim, in solemni die: ipse est mensis septimus.

3Veneruntque cuncti senes de Israël, et tulerunt arcam sacerdotes,

4et portaverunt arcam Domini, et tabernaculum fœderis, et omnia vasa sanctuarii quæ erant in tabernaculo: et ferebant ea sacerdotes et Levitæ.

5Rex autem Salomon, et omnis multitudo Israël quæ convenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, et immolabant oves et boves absque æstimatione et numero.

6Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum sanctorum, subter alas cherubim.

7Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ, et protegebant arcam, et vectes ejus desuper.

8Cumque eminerent vectes, et apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant ultra extrinsecus, qui et fuerunt ibi usque in præsentem diem.

quando o Senhor fez aliança com os israelitas, depois que saíram da terra do Egito.

10 Quando os sacerdotes saíram do lugar santo, a nuvem encheu o Templo do Senhor,

11 de modo tal que os sacerdotes não puderam ali ficar para exercer as funções de seu ministério; porque a glória do Senhor enchia o Templo do Senhor.

12 Então Salomão disse: "O Senhor declarou que habitaria na obscuridade.

13 Por isso, edifiquei uma casa para vossa residência, um lugar onde habitareis para sempre".

14 Depois o rei virou-se para a assembleia de Israel, que se conservava de pé e a abençoou.

15 "Bendito seja o Senhor, Deus de Israel – disse ele –, que falou pela sua boca ao meu pai Davi e que, pela sua mão, acaba de cumprir a promessa que ele fez quando disse:

16 'Desde o dia em que tirei do Egito o meu povo de Israel, não escolhi cidade alguma entre as tribos de Israel, para que aí me fosse edificada uma casa onde residisse o meu nome mas escolhi Davi para reinar sobre o meu povo de Israel'.

17 Davi, meu pai, tinha a intenção de construir um templo ao nome do Senhor, Deus de Israel.

18 Mas o Senhor disse-lhe: 'Quando tiveste a intenção de edificar um templo ao meu nome, fizeste bem.

19 Tu, porém, não edificarás esse templo; será o teu filho, saído de ti, quem construirá um templo ao meu nome'.

20 O Senhor cumpriu, pois, a palavra que pronunciou. Como o Senhor o disse, eu me sentei sobre o trono de Israel, sucedendo ao meu pai Davi e construí esse templo ao nome do Senhor, Deus de Israel.

21 Preparei um lugar para a arca, onde se encontra a aliança do Senhor, aliança que fez com nossos pais quando os tirou do Egito".

9In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israël, cum egrederentur de terra Ægypti.

10Factum est autem cum exissent sacerdotes de sanctuario, nebula implevit domum Domini,

11et non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam: impleverat enim gloria Domini domum Domini.

12Tunc ait Salomon: Dominus dixit ut habitaret in nebula.

13Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum: firmissimum solium tuum in sempiternum.

14Convertitque rex faciem suam, et benedixit omni ecclesiæ Israël: omnia enim ecclesia Israël stabat.

15Et ait Salomon: Benedictus Dominus Deus Israël, qui locutus est ore suo ad David patrem meum, et in manibus ejus perfecit, dicens:

16A die qua eduxi populum meum Israël de Ægypto, non elegi civitatem de universis tribubus Israël, ut ædificaretur domus, et esset nomen meum ibi: sed elegi David ut esset super populum meum Israël.

17Voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israël:

18et ait Dominus ad David patrem meum: Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mente tractans.

19Verumtamen tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

20Confirmavit Dominus sermonem suum quem locutus est: stetique pro David patre meo, et sedi super thronum Israël, sicut locutus est Dominus: et ædificavi domum nomini Domini Dei Israël.

21Et constitui ibi locum arcæ in qua fœdus Domini est, quod percussit cum patribus

[22] Em seguida, pôs-se Salomão diante do altar do Senhor, em presença de toda a assembleia de Israel, estendeu as mãos para o céu e disse:

[23] "Senhor, Deus de Israel, não há Deus semelhante a vós, nem no mais alto dos céus, nem aqui embaixo, na terra; vós sois fiel à vossa misericordiosa aliança com os vossos servos, que caminham diante de vós de todo o seu coração.

[24] Cumpristes a promessa que fizestes ao vosso servo Davi, meu pai: o que vossa boca falou, realizou-o vossa mão, como hoje se vê.

[25] Agora, Senhor, Deus de Israel, realizai a promessa que fizestes ao vosso servo Davi, meu pai, quando lhe dissestes: 'Não te faltará jamais diante de mim um sucessor ocupando o trono de Israel, contanto que teus filhos guardem cuidadosamente os teus caminhos, andando diante de mim, como tu mesmo o fizeste'.

[26] Cumpra-se, pois, presentemente, ó Deus de Israel, a promessa que fizestes ao vosso servo Davi, meu pai.

[27] Mas, será verdade que Deus habita realmente sobre a terra? Se o céu e o céu dos céus não vos podem conter quanto menos esta casa que edifiquei!

[28] Entretanto, Senhor Deus meu, atendei à oração e às súplicas de vosso servo; ouvi o clamor e a prece que hoje vos dirijo.

[29] Que vossos olhos estejam dia e noite abertos sobre este templo, sobre este lugar, do qual dissestes: 'O meu nome residirá ali. Ouvi a oração que vosso servo vos faz neste lugar.

[30] Ouvi a súplica de vosso servo e de vosso povo de Israel, quando orarem neste lugar. Ouvi-os do alto de vossa morada no céu, ouvi-os e perdoai!'.

[31] Se alguém pecar contra o seu próximo e, fazendo-o jurar, for tomado juramento diante de vosso altar, neste templo,

[32] vós, do alto dos céus, fareis justiça aos vossos servos, condenando o culpado, fazendo cair sobre ele o seu pecado e

nostris quando egressi sunt de terra Ægypti.

[22]Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesiæ Israël, et expandit manus suas in cælum,

[23]et ait: Domine Deus Israël, non est similis tui deus in cælo desuper, et super terram deorsum: qui custodis pactum et misericordiam servis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo.

[24]Qui custodisti servo tuo David patri meo quæ locutus es ei: ore locutus es, et manibus perfecisti, ut hæc dies probat.

[25]Nunc igitur Domine Deus Israël, conserva famulo tuo David patri meo quæ locutus es ei, dicens: Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israël: ita tamen si custodierint filii tui viam suam, ut ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo.

[26]Et nunc Domine Deus Israël, firmentur verba tua quæ locutus es servo tuo David patri meo.

[27]Ergone putandum est quod vere Deus habitet super terram? si enim cælum, et cæli cælorum, te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificavi?

[28]Sed respice ad orationem servi tui, et ad preces ejus, Domine Deus meus: audi hymnum et orationem quam servus tuus orat coram te hodie:

[29]ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die: super domum, de qua dixisti: Erit nomen meum ibi: ut exaudias orationem quam orat in loco isto ad te servus tuus:

[30]ut exaudias deprecationem servi tui et populi tui Israël, quodcumque oraverint in loco isto, et exaudies in loco habitaculi tui in cælo: et cum exaudieris, propitius eris.

[31]Si peccaverit homo in proximum suum, et habuerit aliquod juramentum quo teneatur astrictus, et venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam,

[32]tu exaudies in cælo: et facies, et judicabis servos tuos, condemnans impium, et reddens viam suam super caput ejus,

justificando o inocente, tratando-o segundo a sua inocência.

[33] Quando vosso povo de Israel for derrotado por seus inimigos por ter pecado contra vós, se se voltarem para vós, dando glória ao vosso nome e vierem orar e vos suplicar neste templo,

[34] ouvi-os do alto dos céus, perdoai o pecado de vosso povo de Israel e reconduzi-o à terra que destes a seus pais.

[35] Quando o céu se fechar e não cair mais a chuva, por terem pecado contra vós, se vierem orar neste lugar, dando glória ao vosso nome e se converterem de seus pecados por causa de sua aflição,

[36] ouvi-os do alto dos céus, perdoai o pecado de vossos servos e de vosso povo de Israel. Mostrai-lhes o bom caminho que devem seguir e mandai chuva sobre a terra que destes ao vosso povo como herança.

[37] Quando vierem sobre a terra a fome, a peste, a ferrugem, a mangra, os gafanhotos; quando o inimigo cercar o povo nas cidades; quando houver qualquer flagelo ou epidemia,

[38] se um homem, se todo o vosso povo recorrer a vós com orações e súplicas e se cada um, reconhecendo a chaga de seu coração, levantar as mãos para este templo,

[39] ouvi-os desde vossa morada no alto dos céus e perdoai-lhes. Fazei de modo a dar a cada um segundo o que fez, vós que conheceis o seu coração, porque só vós conheceis o coração de todos os filhos dos homens;

[40] e desta sorte eles vos temerão durante todos os dias de sua vida na terra que destes a seus pais.

[41] Quanto ao estrangeiro, que não pertence ao vosso povo de Israel, quando vier de uma terra longínqua por causa de vosso nome –

[42] porque se ouvirá falar da grandeza de vosso nome, da força de vossa mão e do poder de vosso braço –, quando vier orar neste templo,

[43] ouvi-o do alto dos céus, do alto de vossa morada, ouvi-o e fazei tudo o que esse

justificansque justum, et retribuens ei secundum justitiam suam.

[33]Si fugerit populus tuus Israël inimicos suos (quia peccaturus est tibi), et agentes pœnitentiam, et confitentes nomini tuo, venerint, et oraverint, et deprecati te fuerint in domo hac:

[34]exaudi in cælo, et dimitte peccatum populi tui Israël, et reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum.

[35]Si clausum fuerit cælum, et non pluerit propter peccata eorum, et orantes in loco isto, pœnitentiam egerint nomini tuo, et a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam:

[36]exaudi eos in cælo, et dimitte peccata servorum tuorum, et populi tui Israël: et ostende eis viam bonam per quam ambulent, et da pluviam super terram tuam, quam dedisti populo tuo in possessionem.

[37]Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aër, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, et afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens: omnis plaga, universa infirmitas,

[38]cuncta devotatio, et imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israël: si quis cognoverit plagam cordis sui, et expanderit manus suas in domo hac,

[39]tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, et repropitiaberis, et facies ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum),

[40]ut timeant te cunctis diebus quibus vivunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris.

[41]Insuper et alienigena, qui non est de populo tuo Israël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, et manus tua fortis, et brachium tuum

[42]extentum ubique), cum venerit ergo, et oraverit in hoc loco,

[43]tu exaudies in cælo, in firmamento habitaculi tui, et facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena: ut discant

estrangeiro vos pedir. Então, todos os povos da terra conhecerão o vosso nome, vos temerão como o vosso povo de Israel e saberão que o vosso nome é invocado sobre esta casa que edifiquei.

44 Quando o vosso povo partir para a guerra contra os seus inimigos, seguindo o caminho que lhe indicardes, se vos invocarem com o rosto voltado para a cidade que escolhestes, para o templo que edifiquei ao vosso nome,

45 ouvi do alto dos céus as suas preces e súplicas e fazei-lhes justiça.

46 Quando pecarem contra vós – porque não há homem que não peque – e quando em vossa ira os entregardes nas mãos de seus inimigos, de sorte que sejam levados cativos pelos seus vencedores a uma terra inimiga, longínqua ou próxima,

47 se, na terra de seu exílio, entrando em si mesmos, se arrependerem de seus pecados e vos suplicarem no seu cativeiro desta forma: 'Nós pecamos, cometemos a iniquidade, procedemos mal',

48 se eles se voltarem para vós de todo o seu coração e de toda a sua alma, na terra de seus inimigos para onde forem levados cativos e se orarem a vós com o rosto voltado para a terra que destes a seus pais, para esta cidade que escolhestes, para este templo que construí ao vosso nome,

49 ouvi, do alto dos céus, do alto de vossa morada, as suas preces e súplicas e fazei-lhes justiça.

50 Perdoai ao vosso povo os seus pecados e as ofensas que cometeu contra vós. Tornai-os simpáticos aos seus vencedores, de sorte que tenham compaixão deles;

51 porque Israel é o vosso povo e a vossa herança, que tirastes do Egito, duma fornalha de ferro!

52 Estejam os vossos olhos abertos às súplicas de vosso servo e de vosso povo de Israel, para ouvi-los quando vos invocarem.

53 Porque vós, ó Senhor Javé, os separastes dentre todos os povos da terra para vossa herança, como o declarastes pela boca de

universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israël, et probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam ædificavi.

44Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per viam, quocumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis quam elegisti, et contra domum quam ædificavi nomini tuo,

45et exaudies in cælo orationes eorum et preces eorum, et facies judicium eorum.

46Quod si peccaverint tibi (non est enim homo qui non peccet) et iratus tradideris eos inimicis suis, et captivi ducti fuerint in terram inimicorum longe vel prope,

47et egerint pœnitentiam in corde suo in loco captivitatis, et conversi deprecati te fuerint in captivitate sua, dicentes: Peccavimus: inique egimus, impie gessimus:

48et reversi fuerint ad te in universo corde suo et tota anima sua in terra inimicorum suorum, ad quam captivi ducti fuerint: et oraverint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, et civitatis quam elegisti, et templi quod ædificavi nomini tuo:

49exaudies in cælo, in firmamento solii tui, orationes eorum et preces eorum, et facies judicium eorum:

50et propitiaberis populo tuo qui peccavit tibi, et omnibus iniquitatibus eorum quibus prævaricati sunt in te: et dabis misericordiam coram eis qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis.

51Populus enim tuus est, et hæreditas tua, quos eduxisti de terra Ægypti, de medio fornacis ferreæ.

52Ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui, et populi tui Israël, et exaudias eos in universis pro quibus invocaverint te.

53Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de universis populis terræ, sicut locutus es per Moysen servum tuum quando eduxisti patres nostros de Ægypto, Domine Deus.

54Factum est autem, cum complesset Salomon orans Dominum omnem

vosso servo Moisés, quando tirastes nossos pais do Egito!”

54 Quando Salomão acabou de fazer ao Senhor essa prece e esta súplica, levantou-se de diante do altar do Senhor, onde estava ajoelhado com as mãos levantadas para o céu.

55 De pé, abençoou toda a assembleia de Israel, dizendo em alta voz:

56 “Bendito seja o Senhor que, como havia prometido, deu a paz ao seu povo de Israel! Não falhou uma palavra sequer de todas as boas palavras que dissera pela boca de seu servo Moisés.

57 Que o Senhor, nosso Deus, esteja convosco como esteve com nossos pais; não nos deixe, nem nos abandone,

58 mas incline os nossos corações para ele, a fim de que andemos em todos os seus caminhos, guardemos as leis, os mandamentos e os preceitos que ele prescreveu a nossos pais.

59 Que estas minhas palavras, que supliquei ao Senhor estejam presentes em sua memória, dia e noite, para que faça justiça ao seu servo e ao seu povo de Israel, conforme as necessidades de cada dia.

60 Assim, todos os povos da terra reconhecerão que é o Senhor que é Deus e que não há outro fora dele.

61 Que o vosso coração seja todo para o Senhor, nosso Deus, sem reserva, a fim de que andeis segundo as suas leis e observeis os seus preceitos, como hoje o fazeis”.

62 O rei e todo o Israel com ele imolaram vítimas diante do Senhor.

63 Salomão imolou, para o sacrifício pacífico que ofereceu ao Senhor, vinte e dois mil bois e cento e vinte mil ovelhas. Assim, o rei e todos os israelitas fizeram a dedicação do Templo do Senhor.

64 Naquele dia, o rei consagrou o interior do átrio, que se encontra diante do Templo do Senhor, pois ofereceu ali os holocaustos e as ofertas, bem como a gordura dos sacrifícios pacíficos, porque o altar de bronze, levantado diante do santuário do Senhor,

orationem et deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini: utrumque enim genu in terram fixerat, et manus expanderat in cælum.

55Stetit ergo, et benedixit omni ecclesiæ Israël voce magna, dicens:

56Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israël, juxta omnia quæ locutus est: non cecidit ne unus quidem sermo ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen servum suum.

57Sit Dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neque projiciens.

58Sed inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in universis viis ejus, et custodiamus mandata ejus, et cæremonias ejus, et judicia quæcumque mandavit patribus nostris.

59Et sint sermones mei isti, quibus deprecatus sum coram Domino, appropinquantes Domino Deo nostro die ac nocte, ut faciat judicium servo suo, et populo suo Israël per singulos dies:

60ut sciant omnes populi terræ quia Dominus ipse est Deus, et non est ultra absque eo.

61Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis ejus, et custodiamus mandata ejus, sicut et hodie.

62Igitur rex, et omnis Israël cum eo, immolabant victimas coram Domino.

63Mactavitque Salomon hostias pacificas, quas immolavit Domino, boum viginti duo millia, et ovium centum viginti millia: et dedicaverunt templum Domini rex et filii Israël.

64In die illa sanctificavit rex medium atrii quod erat ante domum Domini: fecit quippe holocaustum ibi, et sacrificium, et adipem pacificorum: quoniam altare æreum quod erat coram Domino, minus erat, et capere non poterat holocaustum, et sacrificium, et adipem pacificorum.

65Fecit ergo Salomon in tempore illo festivitatem celebrem, et omnis Israël cum

não bastava para conter os holocaustos, as ofertas e a gordura dos sacrifícios pacíficos.

65 Tal foi a festa que Salomão celebrou naquele tempo e todo o Israel com ele, tendo concorrido uma imensa assembleia vinda desde Emat até a torrente do Egito, diante do Senhor, nosso Deus, durante duas vezes sete dias, isto é, catorze dias.

66 No oitavo dia, despediu o povo. Eles voltaram para as suas casas, abençoando o rei, com o coração alegre e contente por todos os bens que o Senhor tinha feito a Davi, seu servo e ao seu povo de Israel.

eo, multitudo magna ab introitu Emath usque ad rivum Ægypti, coram Domino Deo nostro, septem diebus et septem diebus, id est, quatuordecim diebus.

66Et in die octava dimisit populos: qui benedicentes regi, profecti sunt in tabernacula sua lætantes, et alacri corde super omnibus bonis quæ fecerat Dominus David servo suo, et Israël populo suo.

## 1 Reis 9

1 Quando Salomão acabou de construir o Templo do Senhor, o palácio real e tudo o que desejou fazer,

2 o Senhor apareceu-lhe pela segunda vez, como tinha aparecido em Gabaon.

3 O Senhor disse-lhe: “Ouvi a tua oração e a súplica que me dirigiste; consagrei esta casa que me construíste, a fim de nela fixar o meu nome para sempre. Meus olhos e meu coração aí estarão perpetuamente.

4 E tu, se andares diante de mim como o fez Davi, na sinceridade e retidão de teu coração, pondo em prática tudo o que te ordenei, observando os meus preceitos e minhas leis,

5 eu firmarei para sempre o trono de teu reino sobre Israel, como o declarei a Davi, teu pai, nestes termos: ‘Não te faltará jamais um descendente sobre o trono de Israel’.

6 Mas se vos desviardes de mim, vós e vossos filhos e não observardes os preceitos e ordens que vos prescrevi, se vos retirardes e prestardes culto a deuses estranhos, prostrando-vos diante deles,

7 eu exterminarei Israel da terra que lhe dei, lançarei de minha presença o templo que consagrei ao meu nome e Israel será objeto de sarcasmo e zombaria para todos os povos.

8 Embora seja tão alto esse templo, todo o que passar diante dele ficará pasmo e

## Regum III 9

1Factum est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus Domini, et ædificium regis, et omne quod optaverat et voluerat facere,

2apparuit ei Dominus secundo, sicut apparuerat ei in Gabaon.

3Dixitque Dominus ad eum: Exaudivi orationem tuam et deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me: sanctificavi domum hanc quam ædificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum, et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus.

4Tu quoque si ambulaveris coram me sicut ambulavit pater tuus, in simplicitate cordis et in æquitate, et feceris omnia quæ præcepi tibi, et legitima mea et judicia mea servaveris,

5ponam thronum regni tui super Israël in sempiternum, sicut locutus sum David patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo de solio Israël.

6Si autem aversione aversi fueritis vos et filii vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea et cæremonias meas quas proposui vobis, sed abieritis et colueritis deos alienos, et adoraveritis eos:

7auferam Israël de superficie terræ quam dedi eis, et templum quod sanctificavi nomini meo, projiciam a conspectu meo: eritque Israël in proverbium, et in fabulam cunctis populis.

assobiará, dizendo: 'Por que tratou o Senhor assim esta terra e este templo?'.

9 E lhe responderão: 'Porque abandonaram o Senhor, seu Deus, que tirou os seus pais do Egito e seguiram a outros deuses, prostrando-se diante deles e adorando-os. Foi por isso que o Senhor mandou sobre eles todos esses males".

10 Quando, passados vinte anos, Salomão acabou de construir os dois edifícios, o Templo do Senhor e o palácio real, –

11 tendo-lhe Hiram, rei de Tiro, fornecido madeira de cedro e de cipreste e também ouro, quanto ele quis, – Salomão deu a Hiram vinte cidades da Galileia.

12 Hiram veio de Tiro para ver as cidades que Salomão lhe tinha dado, mas elas não lhe agradaram.

13 Disse, pois: "Que cidades são estas que me deste, meu irmão?". E chamou-as terra de Cabul, nome que conservam até o dia de hoje.

14 (Hiram tinha também mandado ao rei cento e vinte talentos de ouro).

15 Eis o que se refere aos trabalhos organizados pelo rei Salomão para a construção do Templo do Senhor e de seu próprio palácio, de Milo, do muro de Jerusalém, de Hasor, de Meguido e de Gazer.

16 O faraó, rei do Egito, subiu, tomou Gazer e queimou-a, depois de ter matado os cananeus que habitavam nela; em seguida, deu-a como dote à sua filha, mulher de Salomão.

17 Assim, Salomão reconstruiu Gazer, Bet-Horon de Baixo,

18 Baalat e Tadmor, na terra do deserto;

19 e, enfim, todas as cidades-entrepostos de Salomão, cidades para os carros, para a cavalaria e tudo o que lhe aprouve edificar em Jerusalém, no Líbano e em toda a terra de seu domínio.

20 Tudo o que subsistia dos amorreus, dos hiteus, dos ferezeus, dos heveus e dos jebuseus, que não faziam parte dos israelitas,

8Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui transierit per eam, stupebit, et sibilabit, et dicet: Quare fecit Dominus sic terræ huic, et domui huic?

9Et respondebunt: Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Ægypti, et secuti sunt deos alienos, et adoraverunt eos, et coluerunt eos: idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc.

10Expletis autem annis viginti postquam ædificaverat Salomon duas domos, id est, domum Domini, et domum regis

11(Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina et abiegna, et aurum juxta omne quod opus habuerat), tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilææ.

12Et egressus est Hiram de Tyro ut videret oppida quæ dederat ei Salomon, et non placuerunt ei.

13Et ait: Hæccine sunt civitates quas dedisti mihi, frater? Et appellavit eas terram Chabul, usque in diem hanc.

14Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri.

15Hæc est summa expensarum quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini et domum suam, et Mello, et murum Jerusalem, et Heser, et Mageddo, et Gazer.

16Pharao rex Ægypti ascendit, et cepit Gazar, succenditque eam igni, et Chananæum, qui habitabat in civitate, interfecit: et dedit eam in dotem filiæ suæ uxori Salomonis.

17Ædificavit ergo Salomon Gazer, et Bethoron inferiorem,

18et Balaath, et Palmiram in terra solitudinis.

19Et omnes vicos qui ad se pertinebant et erant absque muro, munivit, et civitates curruum et civitates equitum, et quodcumque ei placuit ut ædificaret in Jerusalem, et in Libano, et in omni terra potestatis suæ.

[21] todos os seus descendentes que tinham ficado na terra e que os israelitas não tinham exterminado, Salomão os empregou como escravos de trabalhos pesados, o que são ainda hoje.

[22] Quanto aos filhos de Israel, determinou que nenhum servisse como escravo, mas que fossem seus guerreiros, servos, chefes, oficiais, comandantes de seus carros e de sua cavalaria.

[23] Havia quinhentos e cinquenta contramestres nos trabalhos de Salomão, os quais dirigiam a multidão dos operários.

[24] Subiu a filha do faraó da Cidade de Davi e veio para a casa que lhe tinha construído Salomão; foi então que ele edificou Milo.

[25] Três vezes por ano, Salomão oferecia holocaustos e sacrifícios pacíficos sobre o altar que tinha levantado ao Senhor e queimava perfumes sobre o altar que estava diante do Senhor. E assim acabou ele a construção do templo.

[26] O rei Salomão equipou também uma frota em Asiongaber, perto de Elat, na praia do mar Vermelho, na terra de Edom.

[27] Hiram mandou seus próprios servos nessa frota, marinheiros experimentados em náutica, para ajudar os homens de Salomão.

[28] Foram a Ofir, de onde trouxeram quatrocentos e vinte talentos de ouro e os apresentaram ao rei Salomão.

[20]Universum populum qui remanserat de Amorrhæis, et Hethæis, et Pherezæis, et Hevæis, et Jebusæis, qui non sunt de filiis Israël:

[21]horum filios qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerant filii Israël exterminare, fecit Salomon tributarios usque in diem hanc.

[22]De filiis autem Israël non constituit Salomon servire quemquam, sed erant viri bellatores, et ministri ejus, et principes, et duces, et præfecti curruum et equorum.

[23]Erant autem principes super omnia opera Salomonis præpositi quingenti quinquaginta, qui habebant subjectum populum, et statutis operibus imperabant.

[24]Filia autem Pharaonis ascendit de civitate David in domum suam, quam ædificaverat ei Salomon: tunc ædificavit Mello.

[25]Offerebat quoque Salomon, tribus vicibus per annos singulos, holocausta et pacificas victimas super altare quod ædificaverat Domino, et adolebat thymiama coram Domino: perfectumque est templum.

[26]Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber, quæ est juxta Ailath in littore maris Rubri, in terra Idumææ.

[27]Misitque Hiram in classe illa servos suos viros nauticos et gnaros maris, cum servis Salomonis.

[28]Qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

## 1 Reis 10

[1] A rainha de Sabá, tendo ouvido falar de Salomão e da glória do Senhor, veio prová-lo com enigmas.

[2] Chegou a Jerusalém com uma numerosa comitiva, com camelos carregados de aromas e uma grande quantidade de ouro e pedras preciosas. Apresentou-se diante do rei Salomão e disse-lhe tudo o que tinha no espírito.

## Regum III 10

[1]Sed et regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus.

[2]Et ingressa Jerusalem multo cum comitatu et divitiis, camelis portantibus aromata, et aurum infinitum nimis, et gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, et locuta est ei universa quæ habebat in corde suo.

[3] A tudo respondeu o rei. Nenhuma de suas perguntas lhe pareceu obscura e deu solução a todas.

[4] Quando a rainha de Sabá viu toda a sabedoria de Salomão, a casa que ele tinha feito,

[5] os manjares de sua mesa, os apartamentos de seus servos, as habitações e uniformes de seus oficiais, os copeiros do rei e os holocaustos que ele oferecia no Templo do Senhor, ficou estupefata

[6] e disse ao rei: "É bem verdade o que ouvi a teu respeito e de tua sabedoria, na minha terra.

[7] Eu não quis acreditar no que me diziam, antes de vir aqui e ver com os meus próprios olhos. Mas eis que não contavam nem a metade: tua sabedoria e tua opulência são muito maiores do que a fama que havia chegado até mim.

[8] Felizes os teus homens, felizes os teus servos que estão sempre contigo e ouvem a tua sabedoria!

[9] Bendito seja o Senhor, teu Deus, a quem aprouve colocar-te sobre o trono de Israel. Porque o Senhor amou Israel para sempre, por isso constituiu-te rei para governares com justiça e equidade".

[10] Presenteou o rei com cento e vinte talentos de ouro e grande quantidade de perfumes e pedras preciosas. Não apareceu jamais uma quantidade de aromas tão grande como a que a rainha de Sabá deu ao rei Salomão.

[11] A frota de Hiram, que trazia o ouro de Ofir, trouxe também grande quantidade de madeira de sândalo e pedras preciosas.

[12] Com este sândalo fez o rei balaustradas para o Templo do Senhor, assim como harpas e flautas para os músicos do palácio real. E desde então não se transportou mais dessa madeira de sândalo e não se viu mais até o dia de hoje.

[13] O rei Salomão deu à rainha de Sabá tudo o que ela desejou e pediu, além dos presentes que ele mesmo lhe fez com real

[3]Et docuit eam Salomon omnia verba quæ proposuerat: non fuit sermo qui regem posset latere, et non responderet ei.

[4]Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, et domum quam ædificaverat,

[5]et cibos mensæ ejus, et habitacula servorum, et ordines ministrantium, vestesque eorum, et pincernas, et holocausta quæ offerebat in domo Domini: non habebat ultra spiritum.

[6]Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audivi in terra mea

[7]super sermonibus tuis, et super sapientia tua: et non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, et vidi oculis meis, et probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit: major est sapientia et opera tua, quam rumor quem audivi.

[8]Beati viri tui, et beati servi tui, qui stant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam.

[9]Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, et posuit te super thronum Israël, eo quod dilexerit Dominus Israël in sempiternum, et constituit te regem ut faceres judicium et justitiam.

[10]Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, et aromata multa nimis, et gemmas pretiosas: non sunt allata ultra aromata tam multa, quam ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni.

[11](Sed et classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, et gemmas pretiosas.

[12]Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini et domus regiæ, et citharas lyrasque cantoribus: non sunt allata hujuscemodi ligna thyina, neque visa usque in præsentem diem.)

[13]Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit et petivit ab eo, exceptis his quæ ultro obtulerat ei munere regio. Quæ reversa est, et abiit in terram suam cum servis suis.

liberalidade. E a rainha retomou o caminho de volta com a sua comitiva.

14 O peso de ouro, que era levado anualmente a Salomão, era de seiscentos e sessenta e seis talentos,

15 sem contar o que ele recebia dos vendedores ambulantes e do tráfico dos negociantes, dos reis da Arábia e de todos os governadores da terra.

16 O rei Salomão mandou fazer duzentos escudos de ouro batido, empregando em cada um seiscentos siclos de ouro,

17 e trezentos escudos menores de ouro batido, empregando em cada um três minas de ouro. E colocou-os no pavilhão da Floresta do Líbano.

18 Mandou fazer também um grande trono de marfim revestido de ouro fino.

19 O trono tinha seis degraus; a parte superior do espaldar era arredondada; havia de cada lado do assento dois braços, junto dos quais se achavam figuras de dois leões;

20 havia outros doze leões postos nos degraus, seis de cada lado. Nunca se fez coisa semelhante em nenhum outro reino.

21 Todas as taças do rei Salomão eram de ouro, assim como todo o vasilhame do pavilhão da Floresta do Líbano. Não havia nada feito de prata, porque não se fazia caso algum dela no tempo de Salomão.

22 O rei tinha no mar navios de Társis, que acompanhavam a frota de Hiram. De três em três anos, a frota de Társis trazia ouro, prata, marfim, macacos e pavões.

23 O rei Salomão sobrepujou todos os reis da terra em riquezas e opulência.

24 Todos buscavam a presença de Salomão para ouvir a sabedoria que o Senhor lhe tinha dado.

25 Todos os anos cada um lhe levava presentes: objetos de prata e ouro, vestes, armas, aromas, cavalos e burros.

26 Contou Salomão os seus carros e cavaleiros: havia mil e quatrocentos carros e doze mil cavaleiros, que distribuiu pelas

14Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri,

15excepto eo quod afferebant viri qui super vectigalia erant, et negotiatores, universique scruta vendentes, et omnes reges Arabiæ, ducesque terræ.

16Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo: sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti unius.

17Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæ minæ auri unam peltam vestiebant: posuitque eas rex in domo saltus Libani.

18Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: et vestivit eum auro fulvo nimis,

19qui habebat sex gradus: et summitas throni rotunda erat in parte posteriori: et duæ manus hinc atque inde tenentes sedile: et duo leones stabant juxta manus singulas.

20Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde: non est factum tale opus in universis regnis.

21Sed et omnia vasa quibus potabat rex Salomon, erant aurea: et universa supellex domus saltus Libani de auro purissimo: non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in diebus Salomonis,

22quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, et argentum, et dentes elephantorum, et simias, et pavos.

23Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ divitiis et sapientia.

24Et universa terra desiderabat vultum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus, quam dederat Deus in corde ejus.

25Et singuli deferebant ei munera, vasa argentea et aurea, vestes et arma bellica, aromata quoque, et equos et mulos per annos singulos.

26Congregavitque Salomon currus et equites, et facti sunt ei mille quadringenti currus, et duodecim millia equitum: et

cidades-entrepostos dos carros e por Jerusalém, junto dele.

[27] Graças ao rei, tornou-se a prata em Jerusalém tão comum como as pedras e os cedros tão numerosos como os sicômoros que crescem na planície.

[28] Vinham do Egito os cavalos de Salomão; uma caravana de mercadores do rei ia comprá-los ali por um preço estabelecido.

[29] Uma quadriga trazida do Egito custava-lhe seiscentos siclos de prata e um cavalo cento e cinquenta siclos. Do mesmo modo exportavam cavalos para todos os reis dos hiteus e da Síria.

disposuit eos per civitates munitas, et cum rege in Jerusalem.

[27]Fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Jerusalem, quanta et lapidum: et cedrorum præbuit multitudinem quasi sycomoros quæ nascuntur in campestribus.

[28]Et educebantur equi Salomoni de Ægypto, et de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, et statuto pretio perducebant.

[29]Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, et equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum et Syriæ equos venundabant.

## 1 Reis 11

[1] O rei Salomão, além da filha do faraó, amou muitas mulheres estrangeiras: moabitas, amonitas, edomitas, sidônias e hiteias,

[2] pertencentes às nações das quais o Senhor dissera aos israelitas: “Não tereis relações com elas, nem elas tampouco convosco, porque certamente vos seduziriam os corações arrastando-os para os seus deuses”.

[3] A estas nações uniu-se Salomão por seus amores. Teve setecentas esposas de classe principesca e trezentas concubinas. E suas mulheres perverteram-lhe o coração.

[4] Sendo já velho, elas seduziram o seu coração para seguir outros deuses. E o seu coração já não pertencia sem reservas ao Senhor, seu Deus, como o de Davi, seu pai.

[5] Salomão prestou culto a Astarte, deusa dos sidônios e a Melcom, o abominável ídolo dos amonitas.

[6] Fez o mal aos olhos do Senhor, não lhe foi inteiramente fiel como o fora seu pai Davi.

[7] Por esse tempo, Salomão edificou no monte, que está ao oriente de Jerusalém, um lugar de culto a Camos, deus de Moab e a Melcom, abominação dos amonitas.

[8] E o mesmo fez para todas as suas mulheres estrangeiras, que queimavam incenso e sacrificavam aos seus deuses.

## Regum III 11

[1]Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, et Moabitidas, et Ammonitidas, Idumæas, et Sidonias, et Hethæas:

[2]de gentibus super quibus dixit Dominus filiis Israël: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissime enim avertent corda vestra ut sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.

[3]Fueruntque ei uxores quasi reginæ septingentæ, et concubinæ trecentæ: et averterunt mulieres cor ejus.

[4]Cumque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos: nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus.

[5]Sed colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, et Moloch idolum Ammonitarum.

[6]Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, et non adimplevit ut sequeretur Dominum sicut David pater ejus.

[7]Tunc ædificavit Salomon fanum Chamos idolo Moab in monte qui est contra Jerusalem, et Moloch idolo filiorum Ammon.

[9] O Senhor irritou-se contra Salomão, por se ter seu coração desviado do Senhor, Deus de Israel, que lhe aparecera por duas vezes,

[10] e lhe tinha proibido expressamente que se unisse a deuses estranhos. Mas não seguira as ordens do Senhor.

[11] O Senhor disse-lhe então: "Já que procedeste assim e não guardaste a minha aliança, nem as leis que te prescrevi, vou tirar-te o reino e dá-lo ao teu servo.

[12] Todavia, em atenção ao teu pai Davi, não o farei durante a tua vida. Só tirarei da mão do teu filho.

[13] Não lhe tirarei o reino todo, mas deixarei ao teu filho uma tribo, por amor de meu servo Davi e por amor de Jerusalém, a cidade que escolhi".

[14] O Senhor suscitou um inimigo a Salomão: Adad, o edomita, da linhagem real de Edom.

[15] No tempo em que Davi estava em guerra contra Edom, quando Joab, general do exército, foi sepultar os mortos e matou todos os varões de Edom

[16] Joab, com efeito, demorou-se ali seis meses com todo o Israel, até exterminar todos os varões de Edom.

[17] Adad fugiu com os edomitas, servos de seu pai, na direção do Egito.

[18] Adad era então muito criança. Partiram de Madiã e foram a Farã; dali, levando consigo homens de Farã, entraram no Egito e foram ter com o faraó, rei do Egito. Este deu-lhes casa, proveu ao seu sustento e doou-lhes terras.

[19] Adad ganhou a simpatia do faraó, que lhe deu por mulher sua cunhada, irmã da rainha Táfnis.

[20] Desta irmã de Táfnis teve Adad um filho, Genubat, que Táfnis criou na casa do faraó. E Genubat habitou no palácio com os filhos do faraó.

[21] Quando Adad ouviu dizer, no Egito, que Davi adormecera com seus pais e que Joab, general do exército, estava morto, disse ao faraó: "Deixa-me voltar para a minha terra".

[8]Atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, et immolabant diis suis.

[9]Igitur iratus est Dominus Salomoni, quod aversa esset mens ejus a Domino Deo Israël, qui apparuerat ei secundo,

[10]et præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos: et non custodivit quæ mandavit ei Dominus.

[11]Dixit itaque Dominus Salomoni: Quia habuisti hoc apud te, et non custodisti pactum meum, et præcepta mea quæ mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, et dabo illud servo tuo.

[12]Verumtamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum: de manu filii tui scindam illud,

[13]nec totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo propter David servum meum, et Jerusalem, quam elegi.

[14]Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom.

[15]Cum enim esset David in Idumæa, et ascendisset Joab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, et occidisset omnem masculinum in Idumæa

[16](sex enim mensibus ibi moratus est Joab, et omnis Israël, donec interimeret omne masculinum in Idumæa),

[17]fugit Adad ipse, et viri Idumæi de servis patris ejus cum eo, ut ingrederetur Ægyptum: erat autem Adad puer parvulus.

[18]Cumque surrexissent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque secum viros de Pharan, et introierunt Ægyptum ad Pharaonem regem Ægypti: qui dedit ei domum, et cibos constituit, et terram delegavit.

[19]Et invenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum ut daret ei uxorem sororem uxoris suæ germanam Taphnes reginæ.

[20]Genuitque ei soror Taphnes Genubath filium, et nutrivit eum Taphnes in domo

[22] O faraó respondeu-lhe: “Falta-te algo em minha casa, para que queiras voltar para a tua terra?”. “Nada me falta – respondeu –, mas deixa-me partir assim mesmo.” Adad voltou, pois, para a sua terra. E eis o mal que fez: tornou-se rei de Edom e tratou Israel como inimigo.

[23] Deus suscitou outro inimigo a Salomão: Rezon, filho de Eliada, que fugira de seu senhor Adadezer, rei de Soba.

[24] Após os massacres de Davi, juntara homens em torno de si, tornando-se chefe de quadrilha. Atacaram Damasco, onde se estabeleceram e constituíram-no rei em Damasco.

[25] Foi inimigo de Israel durante toda a vida de Salomão.

[26] Também Jeroboão, filho de Nabat, efrateu de Sareda (filho de uma viúva chamada Sarva), que estava a serviço de Salomão, revoltou-se contra o rei.

[27] Eis em que circunstâncias ele se revoltou contra o rei: Salomão construía Milo para fechar a brecha da Cidade de Davi, seu pai.

[28] Ora, Jeroboão era um jovem enérgico e Salomão, vendo-o tão laborioso, confiou-lhe a superintendência de todos os trabalhadores da casa de José.

[29] E aconteceu que um dia, saindo Jeroboão de Jerusalém, encontrou-se em caminho com o profeta Aías de Silo, vestido com um manto novo. Estavam os dois a sós no campo.

[30] Então Aías, tomando o manto novo que trazia, rasgou-o em doze pedaços.

[31] “Toma para ti dez pedaços – disse ele a Jeroboão –, pois isto diz o Senhor, Deus de Israel: Vou arrancar o reino das mãos de Salomão e te darei dez tribos.

[32] Mas, em atenção ao meu servo Davi e à cidade de Jerusalém, que escolhi dentre todas as tribos de Israel, ficará para ele ainda uma tribo.

[33] Abandonaram-me, prostraram-se diante de Astarte, deusa dos sidônios, diante de Camos, deus de Moab, e diante de Melcom,

Pharaonis: eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis ejus.

[21]Cumque audisset Adad in Ægypto dormisse David cum patribus suis, et mortuum esse Joab principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me, ut vadam in terram meam.

[22]Dixitque ei Pharao: Qua enim re apud me indiges, ut quæras ire ad terram tuam? At ille respondit: Nulla: sed obsecro te ut dimittas me.

[23]Suscitavit quoque ei Deus adversarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba dominum suum:

[24]et congregavit contra eum viros, et factus est princeps latronum cum interficeret eos David: abieruntque Damascum, et habitaverunt ibi, et constituerunt eum regem in Damasco:

[25]eratque adversarius Israëli cunctis diebus Salomonis: et hoc est malum Adad, et odium contra Israël: regnavitque in Syria.

[26]Jeroboam quoque filius Nabat, Ephrathæus, de Sareda, servus Salomonis, cujus mater erat nomine Sarva, mulier vidua, levavit manum contra regem.

[27]Et hæc est causa rebellionis adversus eum, quia Salomon ædificavit Mello, et coæquavit voraginem civitatis David patris sui.

[28]Erat autem Jeroboam vir fortis et potens: vidensque Salomon adolescentem bonæ indolis et industrium, constituerat eum præfectum super tributa universæ domus Joseph.

[29]Factum est igitur in tempore illo, ut Jeroboam egrederetur de Jerusalem, et inveniret eum Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio novo: erant autem duo tantum in agro.

[30]Apprehendensque Ahias pallium suum novum quo coopertus erat, scidit in duodecim partes.

[31]Et ait ad Jeroboam: Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dominus Deus

deus dos amonitas. Não andaram em meus caminhos, para fazer o que é bom diante de meus olhos e observar minhas leis e ordens, como o fez Davi, pai de Salomão.

34 Contudo, não lhe tirarei todo o reino, mas o deixarei governar todos os dias de sua vida, por amor de meu servo Davi, a quem escolhi, o qual guardou os meus mandamentos e os meus preceitos.

35 Tirarei, porém, o reino das mãos do filho de Salomão, para dar-te dez tribos.

36 Deixarei uma tribo ao seu filho, para que meu servo Davi tenha sempre uma lâmpada diante de mim em Jerusalém, cidade que escolhi para estabelecer nela o meu nome.

37 Tomo-te, pois, para reinares sobre tudo o que possas desejar. Serás rei de Israel.

38 E se obedeceres a todas as minhas ordens, se andares pelos meus caminhos, se fizeres o bem diante de mim, observando os meus preceitos e os meus mandamentos, como fez meu servo Davi, eu estarei contigo. Construirei para ti uma casa estável, como edifiquei para Davi e te entregarei Israel.

39 Humilharei assim a descendência de Davi, mas não para sempre."

40 Salomão procurou matar Jeroboão, mas este fugiu para junto do rei Sesac, no Egito, onde permaneceu até a morte de Salomão.

41 O restante da história de Salomão, todos os seus atos, a sua sabedoria, tudo está escrito no livro dos Atos de Salomão.

42 Salomão reinou sobre todo o Israel durante quarenta anos, em Jerusalém. Depois adormeceu com seus pais e foi enterrado na cidade de seu pai Davi. Roboão, seu filho, tornou-se rei em seu lugar.

Israël: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus.

32Porro una tribus remanebit ei propter servum meum David, et Jerusalem civitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israël:

33eo quod dereliquerit me, et adoraverit Astarthen deam Sidoniorum, et Chamos deum Moab, et Moloch deum filiorum Ammon: et non ambulaverit in viis meis, ut faceret justitiam coram me, et præcepta mea et judicia, sicut David pater ejus.

34Nec auferam omne regnum de manu ejus, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter David servum meum quem elegi, qui custodivit mandata mea et præcepta mea.

35Auferam autem regnum de manu filii ejus, et dabo tibi decem tribus:

36filio autem ejus dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo cunctis diebus coram me in Jerusalem civitate, quam elegi ut esset nomen meum ibi.

37Te autem assumam, et regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, erisque rex super Israël.

38Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, et ambulaveris in viis meis, et feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea et præcepta mea, sicut fecit David servus meus: ero tecum, et ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificavi David domum: et tradam tibi Israël:

39et affligam semen David super hoc, verumtamen non cunctis diebus.

40Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam: qui surrexit, et aufugit in Ægyptum ad Sesac regem Ægypti, et fuit in Ægypto usque ad mortem Salomonis.

41Reliquum autem verborum Salomonis, et omnia quæ fecit, et sapientia ejus, ecce universa scripta sunt in libro verborum dierum Salomonis.

42Dies autem quos regnavit Salomon in Jerusalem super omnem Israël, quadraginta anni sunt.

[43]Dormivitque Salomon cum patribus suis, et sepultus est in civitate David patris sui: regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

## 1 Reis 12

[1] Roboão foi a Siquém, porque todo o Israel se tinha juntado ali para proclamá-lo rei.

[2] E chegou essa notícia aos ouvidos de Jeroboão no Egito, onde ainda estava refugiado para escapar à face do rei Salomão.

[3] Mandaram, pois, buscá-lo no Egito, onde habitava. Então Jeroboão foi com toda a assembleia de Israel e disseram a Roboão:

[4] "Teu pai impôs-nos um jugo pesado; alivia agora a rude servidão e o pesado jugo que teu pai nos impôs e seremos teus servos".

[5] Ele respondeu-lhes: "Ide-vos e voltai à minha presença dentro de três dias". E o povo retirou-se.

[6] O rei Roboão consultou os anciãos que tinham servido ao seu pai Salomão durante a sua vida. Disse-lhes: "Que me aconselhais responder a esse povo?".

[7] "Se hoje fores amável com esse povo – responderam-lhe – e cederes, se lhe falares com benevolência, eles serão para sempre teus servos."

[8] O rei, porém, deixando de lado o conselho dos anciãos, foi consultar os jovens que tinham crescido com ele e eram seus familiares.

[9] Disse-lhes: "E vós, que me aconselhais responder ao povo? Ele pede-me que eu alivie o jugo que lhe impôs meu pai".

[10] Os jovens que tinham crescido com ele, responderam-lhe: "Assim dirás a esse povo que te falou, dizendo: 'Teu pai tornou o nosso jugo pesado; tu, porém, alivia-nos' – assim lhe dirás: 'Meu dedo mínimo é mais grosso que os rins de meu pai.

[11] Se meu pai vos impôs um jugo pesado, eu o farei ainda mais pesado. Se ele vos castigou com açoites, eu vos castigarei com escorpiões'."

## Regum III 12

[1]Venit autem Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis Israël ad constituendum eum regem.

[2]At vero Jeroboam filius Nabat, cum adhuc esset in Ægypto profugus a facie regis Salomonis, audita morte ejus, reversus est de Ægypto.

[3]Miseruntque et vocaverunt eum: venit ergo Jeroboam, et omnis multitudo Israël, et locuti sunt ad Roboam, dicentes:

[4]Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, et de jugo gravissimo quod imposuit nobis, et serviemus tibi.

[5]Qui ait eis: Ite usque ad tertium diem, et revertimini ad me. Cumque abiisset populus,

[6]iniit consilium rex Roboam cum senioribus qui assistebant coram Salomone patre ejus cum adhuc viveret, et ait: Quod datis mihi consilium, ut respondeam populo huic?

[7]Qui dixerunt ei: Si hodie obedieris populo huic, et servieris, et petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis diebus.

[8]Qui dereliquit consilium senum, quod dederant ei, et adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo, et assistebant illi,

[9]dixitque ad eos: Quod mihi datis consilium, ut respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: Levius fac jugum quod imposuit pater tuus super nos?

[10]Et dixerunt ei juvenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loqueris populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes: Pater tuus aggravavit jugum nostrum: tu releva nos. Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.

[11]Et nunc pater meus posuit super vos jugum grave, ego autem addam super

[12] Chegou o terceiro dia. Jeroboão, seguido de uma grande multidão, apresentou-se diante de Roboão, pois ele dissera: “Voltai a mim dentro de três dias”.

[13] O rei falou com dureza ao povo. Sem fazer caso algum do conselho dos anciãos,

[14] respondeu ao povo como lhe aconselharam os jovens: “Meu pai impôs-vos um jugo pesado? Pois eu o tornarei ainda mais pesado. Meu pai vos castigou com açoites? Pois eu vos castigarei com escorpiões”.

[15] E o rei não atendeu ao povo, porque assim o dispusera o Senhor, para realizar a palavra que tinha dito a Jeroboão, filho de Nabat, por meio de Aías de Silo.

[16] Vendo que o rei não os atendia, o povo respondeu-lhe: “Que temos nós a ver com Davi? Que temos nós de comum com o filho de Jessé? Vai, pois, para as tuas tendas, ó Israel! Cabe a ti tratar de tua casa, ó Davi!”. E os israelitas retiraram-se para as suas tendas.

[17] Roboão reinou, no entanto, sobre os israelitas que habitavam em Judá.

[18] O rei Roboão enviou Aduram, superintendente dos trabalhos, mas os israelitas apedrejaram-no e ele morreu. O rei subiu então precipitadamente no seu carro e fugiu para Jerusalém.

[19] Desse modo, separou-se Israel da casa de Davi até o dia de hoje.

[20] Ouvindo os filhos de Israel que Jeroboão tinha voltado, convidaram-no à sua assembleia e aclamaram-no rei de todo o Israel. Só a tribo de Judá ficou fiel à casa de Davi.

[21] Roboão, quando chegou a Jerusalém, reuniu toda a casa de Judá e a tribo de Benjamim, cento e oitenta mil guerreiros de escol, a fim de pelejar contra a casa de Israel e restituir todo o reino a Roboão, filho de Salomão.

[22] Mas Deus falou a Semeías, homem de Deus:

jugum vestrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.

[12]Venit ergo Jeroboam et omnis populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens: Revertimini ad me die tertia.

[13]Responditque rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant,

[14]et locutus est eis secundum consilium juvenum, dicens: Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.

[15]Et non acquievit rex populo: quoniam aversatus fuerat eum Dominus, ut suscitaret verbum suum quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Jeroboam filium Nabat.

[16]Videns itaque populus quod noluisset eos audire rex, respondit ei dicens: Quæ nobis pars in David? vel quæ hæreditas in filio Isai? vade in tabernacula tua, Israël: nunc vide domum tuam, David. Et abiit Israël in tabernacula sua.

[17]Super filios autem Israël, quicumque habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam.

[18]Misit ergo rex Roboam Aduram, qui erat super tributa: et lapidavit eum omnis Israël, et mortuus est. Porro rex Roboam festinus ascendit currum, et fugit in Jerusalem:

[19]recessitque Israël a domo David usque in præsentem diem.

[20]Factum est autem cum audisset omnis Israël quod reversus esset Jeroboam, miserunt, et vocaverunt eum congregato cœtu, et constituerunt eum regem super omnem Israël: nec secutus est quisquam domum David præter tribum Juda solam.

[21]Venit autem Roboam Jerusalem, et congregavit universam domum Juda, et tribum Benjamin, centum octoginta millia electorum virorum bellatorum, ut pugnarent contra domum Israël, et reducerent regnum Roboam filio Salomonis.

[23] “Fala a Roboão, filho de Salomão, rei de Judá, bem como a toda a casa de Judá e de Benjamim e a todo o restante do povo. Dize-lhes: Eis o que diz o Senhor:

[24] Não façais guerra aos vossos irmãos, os israelitas. Volte cada um para a sua casa. Tudo isso se fez por minha vontade”. Eles obedeceram à palavra do Senhor e voltaram, como lhes ordenara.

[25] Jeroboão construiu Siquém na montanha de Efraim e lá fixou residência. Depois deixou Siquém para edificar Fanuel.

[26] E disse consigo mesmo: “Pode bem ser que o reino volte para a casa de Davi.

[27] Se o povo subir a Jerusalém para oferecer sacrifícios no Templo do Senhor e o seu coração se voltar para o seu senhor, Roboão, rei de Judá. Eles me matarão e se voltarão para Roboão, rei de Judá”.

[28] Depois de ter refletido bem, o rei mandou fazer dois bezerros de ouro e disse ao povo: “Basta de peregrinações a Jerusalém! Eis aqui, ó Israel, o teu Deus que te tirou do Egito”.

[29] Pôs um bezerro em Betel e outro em Dã.

[30] Isso foi uma ocasião de pecado, porque o povo ia até Dã para adorar um desses bezerros.

[31] Jeroboão construiu também templos em lugares altos, onde estabeleceu como sacerdotes homens tirados do meio do povo e que não eram levitas.

[32] Instituiu também uma festa no oitavo mês, no décimo quinto dia do mês, à semelhança da que se celebrava em Judá e subiu ao altar. Fez o mesmo em Betel, sacrificando aos bezerros que tinha mandado fazer. Estabeleceu igualmente em Betel sacerdotes para os lugares altos que tinha edificado.

[33] No décimo quinto dia do oitavo mês, isto é, no mês que tinha escolhido a seu bel-prazer, subiu ao altar que tinha edificado em Betel para celebrar a festa com os israelitas. Subiu ao altar para queimar o incenso.

[22] Factus est autem sermo Domini ad Semeiam virum Dei, dicens:

[23] Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda, et ad omnem domum Juda, et Benjamin, et reliquos de populo, dicens:

[24] Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israël: revertatur vir in domum suam: a me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, et reversi sunt de itinere, sicut eis præceperat Dominus.

[25] Ædificavit autem Jeroboam Sichem in monte Ephraim, et habitavit ibi: et egressus inde ædificavit Phanuel.

[26] Dixitque Jeroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad domum David,

[27] si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini in Jerusalem: et convertetur cor populi hujus ad dominum suum Roboam regem Juda, interficientque me, et revertentur ad eum.

[28] Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, et dixit eis: Nolite ultra ascendere in Jerusalem: ecce dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

[29] Posuitque unum in Bethel, et alterum in Dan:

[30] et factum est verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan.

[31] Et fecit fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.

[32] Constituitque diem solemnem in mense octavo, quintadecima die mensis, in similitudinem solemnitatis quæ celebrabatur in Juda. Et ascendens altare, similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quos fabricatus fuerat: constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum quæ fecerat.

[33] Et ascendit super altare quod exstruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octavi, quem finxerat de corde suo: et fecit solemnitatem filiis Israël, et ascendit super altare, ut adoleret incensum.

## 1 Reis 13

[1] Ora, estando ele de pé diante do altar para queimar o incenso, eis que sobreveio um homem de Deus, vindo de Judá por ordem do Senhor.

[2] Este se pôs a clamar contra o altar da parte do Senhor, nestes termos: “Altar! Altar! Eis o que diz o Senhor: Na casa de Davi nascerá um filho que se chamará Josias. Ele imolará sobre ti os sacerdotes dos lugares altos, que agora queimam ofertas sobre ti, e os ossos humanos serão queimados sobre ti”.

[3] Ao mesmo tempo anunciou o homem de Deus um prodígio, dizendo: “Eis a prova de que é o Senhor quem fala: o altar vai se fender e a cinza que está por cima se derramará por terra”.

[4] Ao ouvir a ameaça que o homem de Deus proferia contra o altar de Betel, o rei Jeroboão levantou a mão do altar e disse: “Prendei-o”. Secou-se-lhe, porém, a mão que estendera contra o homem, de modo que não a pôde trazer a si.

[5] O altar fendeu-se e espalhou-se a cinza que estava sobre ele, assim como o dissera o homem de Deus por ordem do Senhor.

[6] Então disse o rei ao homem de Deus: “Aplaca o Senhor, teu Deus, e roga por mim para que me seja restituída a mão”. O homem de Deus aplacou o Senhor e o rei pôde trazer de novo a si a mão, que se tornou tal como era antes.

[7] O rei disse ao homem de Deus: “Vem comigo à minha casa para restaurar as tuas forças e te darei um presente”.

[8] Mas o homem de Deus respondeu ao rei: “Ainda que me desses a metade de tua casa, eu não iria contigo. Não comerei pão, nem beberei água nesse lugar,

[9] porque o Senhor me ordenou que não comesse pão, nem bebesse água e tampouco voltasse pelo mesmo caminho por onde vim”.

[10] Partiu, pois, de Betel por outro caminho e não tomou aquele por onde viera.

## Regum III 13

[1]Et ecce vir Dei venit de Juda in sermone Domini in Bethel, Jeroboam stante super altare, et thus jaciente.

[2]Et exclamavit contra altare in sermone Domini, et ait: Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui David, Josias nomine, et immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt: et ossa hominum super te incendet.

[3]Deditque in illa die signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est Dominus: ecce altare scindetur, et effundetur cinis qui in eo est.

[4]Cumque audisset rex sermonem hominis Dei quem inclamaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum. Et exaruit manus ejus quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere eam ad se.

[5]Altare quoque scissum est, et effusus est cinis de altari, juxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone Domini.

[6]Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, et ora pro me, ut restituatur manus mea mihi. Oravitque vir Dei faciem Domini, et reversa est manus regis ad eum, et facta est sicut prius fuerat.

[7]Locutus est autem rex ad virum Dei: Veni mecum domum ut prandeas, et dabo tibi munera.

[8]Responditque vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto:

[9]sic enim mandatum est mihi in sermone Domini præcipientis: Non comedes panem, neque bibes aquam, nec reverteris per viam qua venisti.

[10]Abiit ergo per aliam viam, et non est reversus per iter quo venerat in Bethel.

[11]Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel: ad quem venerunt filii sui, et narraverunt ei omnia opera quæ fecerat vir

[11] Ora, habitava em Betel um profeta já idoso, a quem seus filhos contaram tudo o que o homem de Deus fizera naquele dia em Betel e o que ele falara ao rei. O pai disse-lhes: "Por onde se foi ele?".

[12] Seus filhos mostraram-lhe o caminho que tomara o homem de Deus vindo de Judá, ao partir.

[13] Ele disse aos seus filhos: "Selai o meu jumento". Tendo-o eles selado, montou nele o profeta,

[14] e partiu em busca do homem de Deus. Encontrou-o sentado ao pé de um terebinto e disse-lhe: "És tu o homem de Deus que veio de Judá?".

[15] "Sim" – respondeu ele. O velho profeta continuou: "Vem comigo para comeres em minha casa".

[16] "Não posso voltar – respondeu ele – nem ir contigo à tua casa. Não comerei pão, nem beberei água contigo nesse lugar,

[17] porque recebi do Senhor a ordem de não comer pão, nem beber água, nem tampouco voltar pelo mesmo caminho por onde vim."

[18] "Mas eu sou também profeta como tu, insistiu o outro. Ora, um anjo me falou da parte do Senhor: 'Leva-o contigo à tua casa e dá-lhe de comer e de beber'." Era mentira.

[19] O homem de Deus voltou com ele e comeu em sua casa.

[20] Enquanto estavam à mesa, o Senhor falou ao profeta que o tinha feito voltar,

[21] e este interpelou o homem de Deus, vindo de Judá, nestes termos: "Eis o que diz o Senhor: Desobedeceste à palavra do Senhor e não cumpriste a ordem que o Senhor, teu Deus, te havia dado:

[22] voltaste e comeste em um lugar do qual Deus te dissera: Não comerás pão ali, nem beberás água. Por isso, teu cadáver não será levado ao sepulcro de teus pais".

[23] Depois de ter comido, o velho profeta mandou selar um jumento para o seu hóspede e este partiu.

[24] Enquanto caminhava, o homem de Deus encontrou no caminho um leão, que o

Dei illa die in Bethel: et verba quæ locutus fuerat ad regem, narraverunt patri suo.

[12]Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filii sui viam per quam abierat vir Dei, qui venerat de Juda.

[13]Et ait filiis suis: Sternite mihi asinum. Qui cum stravissent, ascendit,

[14]et abiit post virum Dei, et invenit eum sedentem subtus terebinthum: et ait illi: Tune es vir Dei qui venisti de Juda? Respondit ille: Ego sum.

[15]Dixitque ad eum: Veni mecum domum, ut comedas panem.

[16]Qui ait: Non possum reverti, neque venire tecum: nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto,

[17]quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini, dicens: Non comedes panem, et non bibes aquam ibi, nec reverteris per viam qua ieris.

[18]Qui ait illi: Et ego propheta sum similis tui: et angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem, et bibat aquam. Fefellit eum,

[19]et reduxit secum: comedit ergo panem in domo ejus, et bibit aquam.

[20]Cumque sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum.

[21]Et exclamavit ad virum Dei qui venerat de Juda, dicens: Hæc dicit Dominus: Quia non obediens fuisti ori Domini, et non custodisti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus,

[22]et reversus es, et comedisti panem, et bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum.

[23]Cumque comedisset et bibisset, stravit asinum suum prophetæ quem reduxerat.

[24]Qui cum abiisset, invenit eum leo in via, et occidit, et erat cadaver ejus projectum in itinere: asinus autem stabat juxta illum, et leo stabat juxta cadaver.

matou. Seu cadáver ficou estendido na estrada, tendo ao seu lado o jumento e o leão.

25 Alguns que passavam por ali, vendo o cadáver estendido por terra e junto dele o leão, foram e divulgaram a notícia na cidade onde morava aquele velho profeta.

26 Ouvindo isso, o velho profeta, que tinha levado à sua casa o homem de Deus, exclamou: "É o homem de Deus que foi desobediente à ordem do Senhor; e o Senhor o entregou a um leão que o despedaçou e matou, conforme a palavra que o Senhor lhe tenha dirigido".

27 E disse em seguida aos seus filhos: "Selai o meu jumento". Eles selaram o animal.

28 O profeta partiu e encontrou o cadáver estendido no caminho, tendo ao seu lado o jumento e o leão. O leão não tinha devorado o cadáver, nem dilacerado o jumento.

29 Tomou então o profeta o cadáver do homem de Deus, colocou-o em cima do seu jumento e levou-o para a cidade, a fim de pranteá-lo e dar-lhe sepultura.

30 Depositou-o em seu próprio túmulo e pranteou-o, dizendo: "Ai, meu irmão!".

31 Depois do enterro, disse o ancião aos seus filhos: "Quando eu morrer, sepultai-me no túmulo onde repousa o homem de Deus. Depositareis os meus ossos junto dos seus.

32 Porque se cumprirá a ameaça que ele fez da parte do Senhor contra o altar de Betel e contra todos os templos dos lugares altos das cidades da Samaria".

33 Depois dessas coisas, Jeroboão não se converteu de sua péssima vida, mas continuou a tomar homens do meio do povo e constituí-los sacerdotes dos lugares altos. A todo aquele que desejasse, investia no cargo sacerdotal e o estabelecia nos lugares altos.

34 Esse procedimento tornou-se para a casa de Jeroboão uma ocasião de pecado, que causou a sua perda e o seu extermínio da face da terra.

25Et ecce viri transeuntes viderunt cadaver projectum in via, et leonem stantem juxta cadaver. Et venerunt, et divulgaverunt in civitate in qua prophetes ille senex habitabat.

26Quod cum audisset propheta ille qui reduxerat eum de via, ait: Vir Dei est, qui inobediens fuit ori Domini, et tradidit eum Dominus leoni, et confregit eum, et occidit juxta verbum Domini quod locutus est ei.

27Dixitque ad filios suos: Sternite mihi asinum. Qui cum stravissent,

28et ille abiisset, invenit cadaver ejus projectum in via, et asinum et leonem stantes juxta cadaver: non comedit leo de cadavere, nec læsit asinum.

29Tulit ergo prophetes cadaver viri Dei, et posuit illud super asinum, et reversus intulit in civitatem prophetæ senis ut plangeret eum.

30Et posuit cadaver ejus in sepulchro suo, et planxerunt eum: Heu, heu mi frater!

31Cumque planxissent eum, dixit ad filios suos: Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro in quo vir Dei sepultus est: juxta ossa ejus ponite ossa mea.

32Profecto enim veniet sermo quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Bethel, et contra omnia fana excelsorum quæ sunt in urbibus Samariæ.

33Post verba hæc non est reversus Jeroboam de via sua pessima, sed e contrario fecit de novissimis populi sacerdotes excelsorum: quicumque volebat, implebat manum suam, et fiebat sacerdos excelsorum.

34Et propter hanc causam peccavit domus Jeroboam, et eversa est, et deleta de superficie terræ.

## 1 Reis 14

[1] Por aquele tempo, Abias, filho de Jeroboão, caiu doente. Jeroboão disse à sua mulher:

[2] “Disfarça-te, para que não saibam que és minha mulher. Vai a Silo, onde está o profeta Aías. É ele que me predisse que eu reinaria sobre este povo.

[3] Toma contigo dez pães, bolos e um pote de mel e vai procurá-lo. Ele te dirá o que vai acontecer com o menino”.

[4] Assim fez a mulher de Jeroboão: pôs-se a caminho de Silo e foi à casa de Aías. Este já não podia ver, porque a velhice lhe tinha obscurecido os olhos.

[5] Mas o Senhor disse-lhe: “Eis que aí vem a mulher de Jeroboão para consultar-te a respeito de seu filho doente. Tu lhe falarás assim e assim. Ao chegar, ela se fará passar por outra”.

[6] Ouvindo o ruído dos seus passos, ao entrar pela porta, Aías disse-lhe: “Entra, mulher de Jeroboão! Por que te queres fazer passar por outra? Tenho uma triste mensagem para ti.

[7] Vai e dize a Jeroboão: Eis o que diz o Senhor, Deus de lsrael: Elevei-te do meio do povo para fazer de ti o príncipe de meu povo de Israel.

[8] Dividi o reino da casa de Davi para dar-te uma parte. Tu, porém, não seguiste o exemplo de meu servo Davi, que guardava os meus mandamentos e me seguia de todo o seu coração, fazendo sempre o que me era agradável.

[9] Fizeste maiores males que todos os que te precederam e chegaste até a fazer para ti deuses estranhos e figuras fundidas, provocando a minha ira; lançaste-me para trás das costas!

[10] Por isso, farei vir males maiores sobre a casa de Jeroboão; exterminarei de Israel toda a sua família, até o último dos varões, escravo ou livre; varrerei a casa de Jeroboão como se varre o lixo, até que não fique mais nada.

## Regum III 14

[1]In tempore illo ægrotavit Abia filius Jeroboam.

[2]Dixitque Jeroboam uxori suæ: Surge, et commuta habitum, ne cognoscaris quod sis uxor Jeroboam, et vade in Silo, ubi est Ahias propheta, qui locutus est mihi quod regnaturus essem super populum hunc.

[3]Tolle quoque in manu tua decem panes, et crustulam, et vas mellis, et vade ad illum: ipse enim indicabit tibi quid eventurum sit puero huic.

[4]Fecit ut dixerat, uxor Jeroboam: et consurgens abiit in Silo, et venit in domum Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caligaverant oculi ejus præ senectute.

[5]Dixit autem Dominus ad Ahiam: Ecce uxor Jeroboam ingreditur ut consulat te super filio suo qui ægrotat: hæc et hæc loqueris ei. Cum ergo illa intraret, et dissimularet se esse quæ erat,

[6]audivit Ahias sonitum pedum ejus introëuntis per ostium, et ait: Ingredere, uxor Jeroboam: quare aliam te esse simulas? ego autem missus sum ad te durus nuntius.

[7]Vade, et dic Jeroboam: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Quia exaltavi te de medio populi, et dedi te ducem super populum meum Israël,

[8]et scidi regnum domus David, et dedi illud tibi, et non fuisti sicut servus meus David, qui custodivit mandata mea, et secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo:

[9]sed operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem projecisti post corpus tuum:

[10]idcirco ecce ego inducam mala super domum Jeroboam, et percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, et clausum, et novissimum in Israël: et

[11] Todo membro da casa de Jeroboão que morrer na cidade será devorado pelos cães; e os que morrerem no campo serão comidos pelas aves do céu. É o Senhor quem o diz.

[12] Volta, pois, para a tua casa. Logo que puseres os pés na cidade, o menino morrerá.

[13] Todo o Israel o chorará e o sepultará, porque este será o único da família de Jeroboão que terá uma sepultura, visto ter sido o único desta família em quem o Senhor, Deus de Israel, encontrou algo de bom.

[14] O Senhor suscitará em Israel um rei que exterminará a casa de Jeroboão. Mas que digo? Isso já acontece!

[15] O Senhor vai ferir Israel. Como o caniço é levado pelas águas, assim o Senhor os tirará dessa boa terra que ele deu aos seus pais e os dispersará para além do Eufrates, porque fabricaram para si ídolos que provocam a cólera do Senhor.

[16] O Senhor abandonará Israel por causa dos pecados de Jeroboão, que pecou e arrastou também Israel ao seu pecado".

[17] A mulher de Jeroboão levantou-se e partiu. Ao entrar em Tersa, no momento em que entrava pela porta da casa, o menino morreu.

[18] Sepultaram-no e todo o Israel o pranteou, assim como o Senhor o predisse pelo seu servo, o profeta Aías.

[19] O resto das ações de Jeroboão, a história de suas campanhas e de seu governo, tudo isso está consignado no Livro das Crônicas dos reis de Israel.

[20] O seu reinado durou vinte e dois anos. Depois disso, adormeceu com seus pais e seu filho Nadab sucedeu-lhe no trono.

[21] Roboão, filho de Salomão, reinou sobre Judá. Tinha quarenta e um anos quando começou a reinar e reinou dezessete anos em Jerusalém, a cidade que o Senhor escolheu entre todas as tribos de Israel para ali estabelecer o seu nome. Sua mãe chamava-se Naama, a amonita.

mundabo reliquias domus Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum.

[11]Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves cæli: quia Dominus locutus est.

[12]Tu igitur surge, et vade in domum tuam: et in ipso introitu pedum tuorum in urbem, morietur puer,

[13]et planget eum omnis Israël, et sepeliet: iste enim solus inferetur de Jeroboam in sepulchrum, quia inventus est super eo sermo bonus a Domino Deo Israël in domo Jeroboam.

[14]Constituet autem sibi Dominus regem super Israël, qui percutiet domum Jeroboam in hac die, et in hoc tempore:

[15]et percutiet Dominus Deus Israël, sicut moveri solet arundo in aqua: et evellet Israël de terra bona hac, quam dedit patribus eorum, et ventilabit eos trans flumen: quia fecerunt sibi lucos, ut irritarent Dominum.

[16]Et tradet Dominus Israël propter peccata Jeroboam, qui peccavit, et peccare fecit Israël.

[17]Surrexit itaque uxor Jeroboam, et abiit, et venit in Thersa: cumque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est,

[18]et sepelierunt eum. Et planxit eum omnis Israël juxta sermonem Domini, quem locutus est in manu servi sui Ahiæ prophetæ.

[19]Reliqua autem verborum Jeroboam, quomodo pugnaverit, et quomodo regnaverit, ecce scripta sunt in libro verborum dierum regum Israël.

[20]Dies autem quibus regnavit Jeroboam, viginti duo anni sunt: et dormivit cum patribus suis, regnavitque Nadab filius ejus pro eo.

[21]Porro Roboam filius Salomonis regnavit in Juda. Quadraginta et unius anni erat Roboam cum regnare cœpisset: decem et septem annos regnavit in Jerusalem civitate, quam elegit Dominus ut poneret nomen suum ibi, ex omnibus tribubus

[22] O povo de Judá fez o mal diante do Senhor e com os seus pecados excitaram-lhe o zelo mais do que tinham feito os seus pais.

[23] Edificaram para si lugares altos, estelas e ídolos aserás sobre todas as colinas e debaixo de tudo que fosse árvore verde.

[24] Até prostitutas sagradas houve na terra. Imitaram todas as abominações dos povos que o Senhor tinha expulsado de diante dos israelitas.

[25] No quinto ano do reinado de Roboão, Sesac, rei do Egito, atacou Jerusalém

[26] e tomou os tesouros do Templo do Senhor, os do palácio real, roubou tudo, até mesmo os escudos de ouro que Salomão tinha mandado fazer.

[27] Em sua substituição, o rei Roboão mandou fazer escudos de bronze e os entregou aos chefes da guarda da porta do palácio real.

[28] Cada vez que o rei se dirigia ao Templo do Senhor, os guardas levavam esses escudos; depois tornavam a colocá-los no corpo da guarda.

[29] O restante da história de Roboão e seus atos, tudo está consignado no Livro das Crônicas dos reis de Judá.

[30] Jeroboão e Roboão estiveram o tempo todo em guerra.

[31] Roboão adormeceu com os seus pais e foi sepultado com eles na Cidade de Davi. Sua mãe chamava-se Naama, a amonita. Seu filho Abião sucedeu-lhe no trono.

Israël. Nomen autem matris ejus Naama Ammanitis.

[22]Et fecit Judas malum coram Domino, et irritaverunt eum super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis suis quæ peccaverunt.

[23]Ædificaverunt enim et ipsi sibi aras, et statuas, et lucos super omnem collem excelsum, et subter omnem arborem frondosam:

[24]sed et effeminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium quas attrivit Dominus ante faciem filiorum Israël.

[25]In quinto autem anno regni Roboam, ascendit Sesac rex Ægypti in Jerusalem,

[26]et tulit thesauros domus Domini, et thesauros regios, et universa diripuit: scuta quoque aurea, quæ fecerat Salomon:

[27]pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, et tradidit ea in manum ducum scutariorum, et eorum qui excubabant ante ostium domus regis.

[28]Cumque ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea qui præeundi habebant officium: et postea reportabant ad armamentarium scutariorum.

[29]Reliqua autem sermonum Roboam, et omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda.

[30]Fuitque bellum inter Roboam et Jeroboam cunctis diebus.

[31]Dormivitque Roboam cum patribus suis, et sepultus est cum eis in civitate David: nomen autem matris ejus Naama Ammanitis: et regnavit Abiam filius ejus pro eo.

## 1 Reis 15

[1] No décimo oitavo ano do reinado de Jeroboão, filho de Nabat, Abião tornou-se rei de Judá.

[2] Reinou três anos em Jerusalém. Sua mãe chamava-se Maaca, filha de Absalão.

[3] Abião entregou-se a todos os pecados que seu pai tinha cometido antes dele. Seu

## Regum III 15

[1]Igitur in octavodecimo anno regni Jeroboam filii Nabat, regnavit Abiam super Judam.

[2]Tribus annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Maacha filia Abessalom.

[3]Ambulavitque in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum: nec erat cor ejus

coração não era inteiramente fiel ao Senhor, como o de seu pai Davi.

[4] Todavia, o Senhor, seu Deus, em atenção a Davi, conservou-lhe uma lâmpada em Jerusalém: deu-lhe um filho que lhe sucedeu e deixou subsistir Jerusalém.

[5] Porque Davi tinha feito o que era reto aos olhos do Senhor e não se tinha jamais desviado em toda a sua vida de um só dos mandamentos que recebera, exceto o que se passou com Urias, o hiteu.

[6] Houve hostilidades contínuas entre Roboão e Jeroboão durante todo o tempo de suas vidas.

[7] O restante da história de Abião e seus atos, tudo se acha consignado no Livro das Crônicas dos reis de Judá. Abião e Jeroboão guerrearam também entre si.

[8] Depois disso, Abião adormeceu com seus pais e foi sepultado na Cidade de Davi. Seu filho Asa sucedeu-lhe no trono.

[9] No vigésimo ano de Jeroboão, rei de Israel, Asa tornou-se rei de Judá e reinou quarenta e um anos em Jerusalém.

[10] Sua mãe chamava-se Maaca, filha de Absalão.

[11] Asa fez o que é reto aos olhos do Senhor, como Davi, seu pai.

[12] Expulsou da terra as prostitutas sagradas e acabou com todos os ídolos que seus pais tinham feito.

[13] Além disso, destituiu da dignidade de rainha sua própria mãe Maaca, por ter feito essa vergonha para asserá. Asa despedaçou esse ídolo e queimou-o no vale de Cedron.

[14] Embora não tenham desaparecido os lugares altos, o coração de Asa foi inteiramente devotado ao Senhor durante toda a sua vida.

[15] Pôs no Templo do Senhor todos os objetos consagrados por seu pai e por ele mesmo, a saber: prata, ouro e utensílios.

[16] Houve guerra entre Asa e Baasa, rei de Israel, durante todo o tempo que viveram.

perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus.

[4]Sed propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Jerusalem, ut suscitaret filium ejus post eum, et statueret Jerusalem:

[5]eo quod fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ Hethæi.

[6]Attamen bellum fuit inter Roboam et Jeroboam omni tempore vitæ ejus.

[7]Reliqua autem sermonum Abiam, et omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda? Fuitque prælium inter Abiam et inter Jeroboam.

[8]Et dormivit Abiam cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David, regnavitque Asa filius ejus pro eo.

[9]In anno ergo vigesimo Jeroboam regis Israël regnavit Asa rex Juda,

[10]et quadraginta et uno anno regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Maacha filia Abessalom.

[11]Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, sicut David pater ejus:

[12]et abstulit effeminatos de terra, purgavitque universas sordes idolorum quæ fecerant patres ejus.

[13]Insuper et Maacham matrem suam amovit, ne esset princeps in sacris Priapi, et in luco ejus quem consecraverat: subvertitque specum ejus, et confregit simulacrum turpissimum, et combussit in torrente Cedron:

[14]excelsa autem non abstulit. Verumtamen cor Asa perfectum erat cum Domino cunctis diebus suis:

[15]et intulit ea quæ sanctificaverat pater suus, et voverat, in domum Domini, argentum, et aurum, et vasa.

[16]Bellum autem erat inter Asa, et Baasa regem Israël cunctis diebus eorum.

[17]Ascendit quoque Baasa rex Israël in Judam, et ædificavit Rama, ut non posset

[17] Baasa, rei de Israel, atacou Judá e fortificou Ramá, a fim de bloquear todas as suas comunicações com Asa, rei de Judá.

[18] Asa, porém, tomando toda a prata e o ouro que restavam nas reservas do Templo do Senhor e do palácio real, os entregou nas mãos de seus servos que enviou a Ben-Adad, filho de Tabremon, filho de Hezion, rei da Síria, que residia em Damasco. Asa enviou-lhe a seguinte mensagem:

[19] "Façamos aliança, assim como foram aliados o teu pai e o meu. Mando-te um presente de prata e ouro. Peço-te que rompas tua aliança com Baasa, rei de Israel, para que ele cesse de me importunar".

[20] Ben-Adad acedeu ao desejo do rei Asa; mandou seus generais contra as cidades de Israel e devastou Aion, Dã, Abel, Bet-Maaca, todo o Genesaré com a terra de Neftali.

[21] Ao saber disso, Baasa abandonou a fortificação de Ramá e retirou-se para Tersa.

[22] Então o rei Asa convocou toda a tribo de Judá, sem exceção, para tirar as pedras e a madeira de que Baasa se tinha servido para as fortificações de Ramá. Com esse material, Asa fortificou Gabaá de Benjamim e Masfa.

[23] O restante da história de Asa, seus grandes feitos, seus atos e as cidades que construiu, tudo isso se acha consignado no Livro das Crônicas dos reis de Judá. Com a velhice sobreveio-lhe a gota nos pés.

[24] Adormeceu com seus pais e foi sepultado com eles na Cidade de Davi, seu pai. Seu filho Josafá sucedeu-lhe no trono.

[25] No segundo ano de Asa, rei de Judá, Nadab, filho de Jeroboão, tornou-se rei de Israel. Reinou dois anos em Israel.

[26] Ele fez o mal aos olhos do Senhor, imitou o seu pai, entregando-se ao pecado ao qual Jeroboão havia arrastado Israel.

[27] Baasa, filho de Aías, da casa de Issacar, conspirou contra ele e assassinou-o diante de Gebeton dos filisteus, no tempo em que Nadab e todo o Israel sitiavam essa cidade.

quispiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Juda.

[18]Tollens itaque Asa omne argentum et aurum quod remanserat in thesauris domus Domini, et in thesauris domus regiæ, et dedit illud in manus servorum suorum: et misit ad Benadad filium Tabremon filii Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens:

[19]Fœdus est inter me et te, et inter patrem meum et patrem tuum: ideo misi tibi munera, argentum et aurum: et peto ut venias, et irritum facias fœdus quod habes cum Baasa rege Israël, et recedat a me.

[20]Acquiescens Benadad regi Asa, misit principes exercitus sui in civitates Israël, et percusserunt Ahion, et Dan, et Abeldomum Maacha, et universam Cenneroth, omnem scilicet terram Nephthali.

[21]Quod cum audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, et reversus est in Thersa.

[22]Rex autem Asa nuntium misit in omnem Judam, dicens: Nemo sit excusatus. Et tulerunt lapides de Rama, et ligna ejus, quibus ædificaverat Baasa, et exstruxit de eis rex Asa Gabaa Benjamin, et Maspha.

[23]Reliqua autem omnium sermonum Asa, et universæ fortitudines ejus, et cuncta quæ fecit, et civitates quas exstruxit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda? Verumtamen in tempore senectutis suæ doluit pedes.

[24]Et dormivit cum patribus suis, et sepultus est cum eis in civitate David patris sui. Regnavitque Josaphat filius ejus pro eo.

[25]Nadab vero filius Jeroboam regnavit super Israël anno secundo Asa regis Juda: regnavitque super Israël duobus annis.

[26]Et fecit quod malum est in conspectu Domini, et ambulavit in viis patris sui, et in peccatis ejus quibus peccare fecit Israël.

[27]Insidiatus est autem ei Baasa filius Ahiæ de domo Issachar, et percussit eum in Gebbethon, quæ est urbs Philisthinorum: siquidem Nadab et omnis Israël obsidebant Gebbethon.

[28] Baasa, no terceiro ano de Asa, rei de Judá, cometeu esse crime e sucedeu-lhe no trono.

[29] Logo que subiu ao trono, exterminou toda a casa de Jeroboão, não deixando alma viva. Exterminou-os completamente, como havia predito o Senhor pelo seu servo Aías de Silo,

[30] por causa dos pecados que Jeroboão cometeu e levou Israel a cometer, provocando assim a cólera do Senhor, Deus de Israel.

[31] O restante da história de Nadab e suas ações, tudo está consignado no Livro das Crônicas dos reis de Israel.

[32] Houve guerra contínua entre Asa e Baasa, rei de Israel.

[33] No terceiro ano de Asa, rei de Judá, Baasa, filho de Aías, tornou-se rei de Israel. Residia em Tersa e reinou vinte e quatro anos.

[34] Baasa fez o mal diante do Senhor. Andou no caminho de Jeroboão e entregou-se ao pecado ao qual Jeroboão arrastara Israel.

[28]Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio Asa regis Juda, et regnavit pro eo.

[29]Cumque regnasset, percussit omnem domum Jeroboam: non dimisit ne unam quidem animam de semine ejus donec deleret eum, juxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu servi sui Ahiæ Silonitis,

[30]propter peccata Jeroboam, quæ peccaverat, et quibus peccare fecerat Israël: et propter delictum quo irritaverat Dominum Deum Israël.

[31]Reliqua autem sermonum Nadab, et omnia quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israël?

[32]Fuitque bellum inter Asa, et Baasa regem Israël, cunctis diebus eorum.

[33]Anno tertio Asa regis Juda, regnavit Baasa filius Ahiæ super omnem Israël in Thersa, viginti quatuor annis.

[34]Et fecit malum coram Domino, ambulavitque in via Jeroboam, et in peccatis ejus quibus peccare fecit Israël.

## 1 Reis 16

[1] A palavra do Senhor foi dirigida a Jeú, filho de Hanani, contra Baasa, nestes termos:

[2] "Levantei-te do pó e estabeleci-te príncipe do meu povo de Israel. Tu, porém, andaste pelo caminho de Jeroboão e levaste meu povo de Israel a cometer pecados que excitam a minha cólera.

[3] Por isso, vou varrer Baasa e sua casa e farei da sua casa o que fiz da casa de Jeroboão, filho de Nabat.

[4] Todo membro da família de Baasa que morrer na cidade será comido pelos cães; o que morrer no campo, será comido pelas aves do céu".

[5] O restante da história de Baasa, suas ações e seus grandes feitos, tudo isso se acha consignado no Livro das Crônicas dos reis de Israel.

## Regum III 16

[1]Factus est autem sermo Domini ad Jehu filium Hanani contra Baasa, dicens:

[2]Pro eo quod exaltavi te de pulvere, et posui te ducem super populum meum Israël, tu autem ambulasti in via Jeroboam, et peccare fecisti populum meum Israël, ut me irritares in peccatis eorum:

[3]ecce ego demetam posteriora Baasa, et posteriora domus ejus, et faciam domum tuam sicut domum Jeroboam filii Nabat.

[4]Qui mortuus fuerit de Baasa in civitate, comedent eum canes: et qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cæli.

[5]Reliqua autem sermonum Baasa, et quæcumque fecit, et prælia ejus, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israël?

[6] Baasa adormeceu com seus pais e foi enterrado em Tersa. Seu filho Ela sucedeu-lhe no trono.

[7] O oráculo do Senhor, transmitido pelo profeta Jeú, filho de Hanani, fora pronunciado contra Baasa e sua casa, não só por causa de todo o mal que ele tinha feito aos olhos do Senhor, irritando-o com o seu proceder e imitando a casa de Jeroboão, mas também porque Baasa tinha destruído essa casa.

[8] No vigésimo sexto ano de Asa, rei de Judá, Ela, filho de Baasa, tornou-se rei de Israel. Residia em Tersa e reinou dois anos.

[9] Seu servo Zambri, que comandava a metade de sua cavalaria, conspirou contra ele. Numa ocasião em que ele bebia e se embriagava em Tersa, na casa de Arsa, intendente de seu palácio nessa cidade,

[10] entrou Zambri e o assassinou, sucedendo-lhe no trono, no vigésimo sétimo ano de Asa, rei de Judá.

[11] Logo que ficou rei e sentou-se no trono, mandou exterminar toda a casa de Baasa, não deixando vivo nenhum filho varão, nenhum parente, nenhum amigo.

[12] Desse modo, exterminou toda a casa de Baasa, assim como o Senhor o predissera contra Baasa pela boca do profeta Jeú.

[13] Tal foi o castigo de todos os pecados que Baasa e seu filho Ela tinham cometido e levado Israel a cometer, provocando com o culto dos ídolos a cólera do Senhor, Deus de Israel.

[14] O restante da história de Ela e suas ações, tudo está consignado no Livro das Crônicas dos reis de Israel.

[15] No vigésimo sétimo ano de Asa, rei de Judá, Zambri reinou em Tersa durante sete dias. O exército sitiava Gebeton dos filisteus.

[16] Quando o exército, que estava acampado ali, ouviu dizer que Zambri tinha conspirado contra o rei e o assassinara, todo o Israel constituiu imediatamente como seu rei o general Amri.

[6]Dormivit ergo Baasa cum patribus suis, sepultusque est in Thersa: et regnavit Ela filius ejus pro eo.

[7]Cum autem in manu Jehu filii Hanani prophetæ verbum Domini factum esset contra Baasa, et contra domum ejus, et contra omne malum quod fecerat coram Domino, ad irritandum eum in operibus manuum suarum, ut fieret sicut domus Jeroboam: ob hanc causam occidit eum, hoc est, Jehu filium Hanani prophetam.

[8]Anno vigesimo sexto Asa regis Juda, regnavit Ela filius Baasa super Israël in Thersa, duobus annis.

[9]Et rebellavit contra eum servus suus Zambri, dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in Thersa bibens, et temulentus in domo Arsa præfecti Thersa.

[10]Irruens ergo Zambri, percussit et occidit eum, anno vigesimo septimo Asa regis Juda, et regnavit pro eo.

[11]Cumque regnasset, et sedisset super solium ejus, percussit omnem domum Baasa, et non dereliquit ex ea mingentem ad parietem: et propinquos et amicos ejus.

[12]Delevitque Zambri omnem domum Baasa, juxta verbum Domini quod locutus fuerat ad Baasa in manu Jehu prophetæ,

[13]propter universa peccata Baasa, et peccata Ela filii ejus, qui peccaverunt, et peccare fecerunt Israël, provocantes Dominum Deum Israël in vanitatibus suis.

[14]Reliqua autem sermonum Ela, et omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israël?

[15]Anno vigesimo septimo Asa regis Juda, regnavit Zambri septem diebus in Thersa: porro exercitus obsidebat Gebbethon urbem Philisthinorum.

[16]Cumque audisset rebellasse Zambri, et occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israël Amri, qui erat princeps militiæ super Israël in die illa in castris.

[17]Ascendit ergo Amri, et omnis Israël cum eo, de Gebbethon, et obsidebant Thersa.

[17] Este partiu de Gebeton com todo o Israel e veio sitiar Tersa.

[18] Zambri, vendo a cidade tomada, retirou-se para o fortim do palácio real e incendiou o palácio. Morreu assim

[19] pelos pecados que tinha cometido, fazendo o mal aos olhos do Senhor, imitando o proceder de Jeroboão e entregando-se ao pecado ao qual Jeroboão arrastara Israel.

[20] O restante da história de Zambri e sua conjuração, tudo está consignado no Livro das Crônicas dos reis de Israel.

[21] Então se dividiu o povo de Israel em duas facções: metade era por Tebni, filho de Ginet e queria fazê-lo rei e metade por Amri.

[22] O partido de Amri prevaleceu contra o de Tebni, filho de Ginet. Tebni morreu e reinou Amri.

[23] No trigésimo primeiro ano de Asa, rei de Judá, Amri tornou-se rei de Israel e reinou durante doze anos. Depois de ter reinado seis anos em Tersa,

[24] comprou de Semer o monte de Samaria por duzentos talentos de prata. Construiu uma cidade nesse monte e chamou-a Samaria, do nome de Semer, a quem pertencera o monte.

[25] Amri fez o mal aos olhos do Senhor, mais ainda que todos os seus predecessores.

[26] Andou por todo o caminho de Jeroboão, filho de Nabat e nos pecados com que este fizera pecar Israel, provocando com seus ídolos a cólera do Senhor, Deus de Israel.

[27] O restante da história de Amri, suas ações e seus grandes feitos, tudo isso se acha consignado no Livro das Crônicas dos reis de Israel.

[28] Amri adormeceu com seus pais e foi sepultado em Samaria. Seu filho Acab sucedeu-lhe no trono.

[29] No trigésimo oitavo ano de Asa, rei de Judá, Acab, filho de Amri, tornou-se rei de Israel e reinou vinte e dois anos sobre Israel em Samaria.

[18]Videns autem Zambri quod expugnanda esset civitas, ingressus est palatium, et succendit se cum domo regia: et mortuus est

[19]in peccatis suis quæ peccaverat, faciens malum coram Domino, et ambulans in via Jeroboam, et in peccato ejus, quo fecit peccare Israël.

[20]Reliqua autem sermonum Zambri, et insidiarum ejus, et tyrannidis, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israël?

[21]Tunc divisus est populus Israël in duas partes: media pars populi sequebatur Thebni filium Gineth, ut constitueret eum regem: et media pars Amri.

[22]Prævaluit autem populus qui erat cum Amri, populo qui sequebatur Thebni filium Gineth: mortuusque est Thebni, et regnavit Amri.

[23]Anno trigesimo primo Asa regis Juda, regnavit Amri super Israël, duodecim annis: in Thersa regnavit sex annis.

[2] Jeroboão, filho de Nabat, estava nesse tempo no Egito, para onde tinha fugido para escapar ao rei Salomão. Soube disso e retornou. Tinham-no mandado chamar.

## Paralipomenon II 10

[1]Profectus est autem Roboam in Sichem: illuc enim cunctus Israël convenerat ut constituerent eum regem.

[2]Quod cum audisset Jeroboam filius Nabat, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem), statim reversus est.

[3] Jeroboão e todo o Israel vieram, portanto, dizer a Roboão:

[4] “Teu pai nos impôs um jugo pesado. Alivia, portanto, esta dura servidão e este jugo pesado que ele nos impôs. Nós seremos teus servos”.

[5] “Voltai – respondeu ele – a mim daqui a três dias.” E a multidão se retirou.

[6] O rei Roboão aconselhou-se então com os anciãos que tinham cercado seu pai Salomão durante sua vida. “Que me aconselhais vós – disse-lhes ele – a responder a esse povo?”

[7] Disseram: “Se tu te mostras bom para com esse povo e dás atenção a ele, se lhe falas com benevolência, será teu servo para sempre”.

[8] Mas Roboão negligenciou o conselho que lhe davam os anciãos para, por sua vez, consultar os jovens de sua roda, que tinham crescido com ele:

[9] “Que me aconselhais vós – disse-lhes ele – a responder a esse povo que me pede que eu alivie o jugo imposto a ele por meu pai?”.

[10] Os jovens que tinham crescido com ele lhe responderam: “Eis as palavras que terás para o povo que te disse: ‘Teu pai colocou sobre nós um jugo pesado, tu nos alivia’. Tu lhes dirá assim: ‘Meu dedo mínimo é mais grosso que a cintura de meu pai.

[11] Impôs-vos meu pai um jugo pesado? Eu o tornarei mais pesado ainda. Ele vos castigou com açoites? Eu vos castigarei com escorpiões’.”

[12] Três dias depois, Jeroboão, seguido de toda uma multidão, apresentou-se diante de Roboão, uma vez que o rei tinha dito: “Voltai a mim depois de três dias”.

[13] O rei respondeu-lhes com dureza.

[14] Desprezou o conselho dos anciãos e deu-lhes uma resposta, no sentido do conselho de seus companheiros: “Meu pai – disse ele – impôs-vos um jugo pesado? Eu o tornarei mais pesado ainda. Castigou-vos meu pai com açoites? Eu vos castigarei com escorpiões”.

[3]Vocaveruntque eum, et venit cum universo Israël: et locuti sunt ad Roboam, dicentes:

[4]Pater tuus durissimo jugo nos pressit: tu leviora impera patre tuo, qui nobis imposuit gravem servitutem, et paululum de onere subleva, ut serviamus tibi.

[5]Qui ait: Post tres dies revertimini ad me. Cumque abiisset populus,

[6]iniit consilium cum senibus qui steterant coram patre ejus Salomone dum adhuc viveret, dicens: Quid datis consilii ut respondeam populo?

[7]Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, et leniveris eos verbis clementibus, servient tibi omni tempore.

[8]At ille reliquit consilium senum, et cum juvenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, et erant in comitatu illius.

[9]Dixitque ad eos: Quid vobis videtur? vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi: Subleva jugum quod imposuit nobis pater tuus?

[10]At illi responderunt ut juvenes, et nutriti cum eo in deliciis, atque dixerunt: Sic loqueris populo qui dixit tibi: Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu subleva: et sic respondebis ei: Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei.

[11]Pater meus imposuit vobis grave jugum, et ego majus pondus apponam; pater meus cecidit vos flagellis, ego vero cædam vos scorpionibus.

[12]Venit ergo Jeroboam et universus populus ad Roboam die tertio, sicut præceperat eis.

[13]Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum:

[14]locutusque est juxta juvenum voluntatem: Pater meus grave vobis imposuit jugum, quod ego gravius faciam; pater meus cecidit vos flagellis, ego vero cædam vos scorpionibus.

[15]Et non acquievit populi precibus: erat enim voluntatis Dei ut compleretur sermo ejus quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Jeroboam filium Nabat.

[15] Assim, pois, o rei não escutou o povo. Era isso uma disposição divina para a realização da promessa que Deus fizera a Jeroboão, filho de Nabat, por meio de Aías de Silo.

[16] Ao ver que o rei não os escutava, o povo israelita lhe fez esta declaração: “Que parte temos nós com Davi? Nada temos em comum com o filho de Jessé. Cada um para suas tendas, ó Israel! A ti compete cuidar de tua casa, Davi!”. E todos os israelitas voltaram para suas casas.

[17] Roboão só exerceu seu poder sobre os israelitas que ainda habitavam nas cidades de Judá.

[18] Enviou Aduram com a missão de aliviar os impostos, mas os israelitas o apedrejaram e ele morreu. Então, o rei teve que se apressar em subir num carro e fugir para Jerusalém.

[19] Foi assim que se produziu a dissidência da casa de Israel, que dura ainda hoje.

[16]Populus autem universus rege duriora dicente, sic locutus est ad eum: Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai. Revertere in tabernacula tua, Israël; tu autem pasce domum tuam David. Et abiit Israël in tabernacula sua.

[17]Super filios autem Israël qui habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam.

[18]Misitque rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, et lapidaverunt eum filii Israël, et mortuus est: porro rex Roboam currum festinavit ascendere, et fugit in Jerusalem.

[19]Recessitque Israël a domo David, usque ad diem hanc.

## 2 Crônicas 11

[1] De volta a Jerusalém, Roboão mo- bilizou as tribos de Judá e de Benjamim, em número de cento e oitenta mil guerreiros escolhidos, para atacar a casa de Israel e reintegrá-la ao reino de Roboão.

[2] Mas a palavra do Senhor foi dirigida ao homem de Deus, Semeías, nestes termos:

[3] “Dirige-te a Roboão, filho de Salomão, rei de Judá e a todos os de Israel que habitam em Judá e Benjamim.

[4] Dize-lhes: Eis o que diz o Senhor: De modo algum ireis fazer guerra a vossos irmãos. Voltai cada qual para sua casa, pois é por mim que esses acontecimentos se realizaram”. Dóceis à palavra do Senhor, renunciaram a atacar Jeroboão e voltaram.

[5] Roboão ficou, portanto, em Jerusalém. Construiu cidades fortes no território de Judá.

[6] Construiu Belém, Etam, Tícua,

[7] Betsur, Odolam,

[8] Gat, Maresa, Zif,

## Paralipomenon II 11

[1]Venit autem Roboam in Jerusalem, et convocavit universam domum Juda et Benjamin, centum octoginta millia electorum atque bellantium, ut dimicaret contra Israël, et converteret ad se regnum suum.

[2]Factusque est sermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens:

[3]Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda, et ad universum Israël, qui est in Juda et Benjamin:

[4]Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros: revertatur unusquisque in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate. Qui cum audissent sermonem Domini, reversi sunt, nec perrexerunt contra Jeroboam.

[5]Habitavit autem Roboam in Jerusalem, et ædificavit civitates muratas in Juda.

[6]Exstruxitque Bethlehem, et Etam, et Thecue,

[7]Bethsur quoque, et Socho, et Odollam,

[9] Aduram, Laquis, Azeca,

[10] Saraá, Aialon e Hebron, todas cidades fortificadas, situadas em Judá e Benjamim.

[11] Fortificou esses lugares, nomeou para eles governadores e neles estabeleceu depósitos de víveres, óleo e vinho.

[12] Fez em cada cidade um arsenal de escudos e de lanças, fazendo delas verdadeiras praças fortes. Judá e Benjamim ficavam-lhe, portanto, fiéis.

[13] Os sacerdotes e levitas que habitavam no território de Israel vieram de todas as partes aderir ao seu partido.

[14] Os levitas abandonaram suas terras e suas propriedades para irem habitar em Judá ou em Jerusalém, porque Jeroboão e seus filhos os tinham destituído de sua função de sacerdotes do Senhor.

[15] Jeroboão, com efeito, nomeara sacerdotes para os lugares altos, para o culto dos bodes e dos touros que tinha feito.

[16] Após os levitas, todos aqueles das tribos de Israel que procuravam de coração o Senhor, Deus de Israel, foram a Jerusalém para oferecer seus sacrifícios ao Senhor, o Deus de seus pais.

[17] Vieram assim reforçar o reino de Judá e reafirmar o poder de Roboão, filho de Salomão. Isso durou três anos, pois durante um triênio seguiram o roteiro traçado por Davi e Salomão.

[18] Roboão tomou por esposas Maalat, filha de Jarmut, filho de Davi e Abiail, filha de Eliab, filho de Jessé.

[19] Esta lhe deu à luz os filhos: Jeús, Somorias e Zoom.

[20] Depois dela, tomou por esposa Maaca, filha de Absalão, que lhe deu Abias, Etai, Ziza e Solomit.

[21] Dentre todas as suas mulheres e concubinas, Roboão teve mais predileção por Maaca, filha de Absalão. Teve dezoito mulheres e sessenta concubinas; e gerou vinte e oito filhos e sessenta filhas.

[8]necnon et Geth, et Maresa, et Ziph,

[9]sed et Aduram, et Lachis, et Azeca,

[10]Saraa quoque, et Ajalon, et Hebron, quæ erant in Juda et Benjamin, civitates munitissimas.

[11]Cumque clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborumque horrea, hoc est, olei, et vini.

[12]Sed et in singulis urbibus fecit armamentarium scutorum et hastarum, firmavitque eas summa diligentia, et imperavit super Judam et Benjamin.

[13]Sacerdotes autem et Levitæ qui erant in universo Israël, venerunt ad eum de cunctis sedibus suis,

[14]relinquentes suburbana et possessiones suas, et transeuntes ad Judam et Jerusalem: eo quod abjecisset eos Jeroboam et posteri ejus, ne sacerdotio Domini fungerentur.

[15]Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum, et dæmoniorum, vitulorumque quos fecerat.

[16]Sed et de cunctis tribubus Israël, quicumque dederant cor suum ut quærerent Dominum Deum Israël, venerunt in Jerusalem ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum.

[17]Et roboraverunt regnum Juda, et confirmaverunt Roboam filium Salomonis per tres annos: ambulaverunt enim in viis David et Salomonis, annis tantum tribus.

[18]Duxit autem Roboam uxorem Mahalath filiam Jerimoth filii David: Abihail quoque filiam Eliab filii Isai,

[19]quæ peperit ei filios Jehus, et Somoriam, et Zoom.

[20]Post hanc quoque accepit Maacha filiam Absalom, quæ peperit ei Abia, et Ethai, et Ziza, et Salomith.

[21]Amavit autem Roboam Maacha filiam Absalom super omnes uxores suas et concubinas: nam uxores decem et octo duxerat, concubinas autem sexaginta: et genuit viginti octo filios, et sexaginta filias.

[22] Deu o primeiro lugar a Abias, filho de Maaca, na qualidade de chefe de seus irmãos, pois ele o destinava ao reino.

[23] Teve muita habilidade para distribuir todos os seus filhos pelas praças fortes, pelas diversas regiões de Judá e de Benjamim; assegurou-lhes uma pensão copiosa e deu-lhes muitas mulheres.

[22]Constituit vero in capite Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat,

[23]quia sapientior fuit, et potentior super omnes filios ejus, et in cunctis finibus Juda et Benjamin, et in universis civitatibus muratis: præbuitque eis escas plurimas, et multas petivit uxores.

## 2 Crônicas 12

[1] Estando seu reino constituído e firmado, Roboão abandonou a Lei do Senhor e todo o Israel seguiu-lhe o exemplo.

[2] Durante o quinto ano de seu reinado, por causa dos pecados de Jerusalém contra o Senhor, Sesac, rei do Egito, veio atacar a cidade

[3] com mil e duzentos carros e sessenta mil cavaleiros. Um inumerável exército de líbios, suquitas e etíopes o acompanhavam desde o Egito.

[4] Apoderou-se das cidades fortes de Judá e chegou a Jerusalém.

[5] O profeta Semeías dirigiu-se a Roboão e aos chefes de Judá que se tinham concentrado em Jerusalém, com a aproximação de Sesac. “Eis – disse-lhes ele – o que diz o Senhor: Vós me abandonastes, e eu também vos abandono nas mãos de Sesac.”

[6] Então, os chefes israelitas e o rei se humilharam e disseram: “O Senhor é justo”.

[7] Em vista deste ato de humildade, a palavra do Senhor foi dirigida a Semeías nestes termos: “Eles se humilharam e por isso não os destruirei. Vou dar-lhes em breve um meio de salvação. Minha ira não se desencadeará sobre Jerusalém pela mão de Sesac.

[8] Mas eles terão que servir para que saibam distinguir entre o meu serviço e o serviço dos reis estrangeiros”.

[9] Sesac, rei do Egito, atacou, pois, Jerusalém. Levou os tesouros do Templo do Senhor e os do palácio real, sem nada deixar. Levou

## Paralipomenon II 12

[1]Cumque roboratum fuisset regnum Roboam et confortatum, dereliquit legem Domini, et omnis Israël cum eo.

[2]Anno autem quinto regni Roboam, ascendit Sesac rex Ægypti in Jerusalem (quia peccaverant Domino)

[3]cum mille ducentis curribus, et sexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Ægypto, Libyes scilicet, et Troglodytæ, et Æthiopes.

[4]Cepitque civitates munitissimas in Juda, et venit usque in Jerusalem.

[5]Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam, et principes Juda qui congregati fuerant in Jerusalem, fugientes Sesac: dixitque ad eos: Hæc dicit Dominus: Vos reliquistis me, et ego reliqui vos in manu Sesac.

[6]Consternatique principes Israël et rex, dixerunt: Justus est Dominus.

[7]Cumque vidisset Dominus quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilii, et non stillabit furor meus super Jerusalem per manum Sesac.

[8]Verumtamen servient ei, ut sciant distantiam servitutis meæ, et servitutis regni terrarum.

[9]Recessit itaque Sesac rex Ægypti ab Jerusalem, sublatis thesauris domus Domini et domus regis: omniaque secum tulit, et clypeos aureos quos fecerat Salomon:

especialmente os escudos de ouro que Salomão tinha fabricado.

10 Para substituí-los, o rei Roboão mandou fazer escudos de bronze e os entregou em mãos dos chefes das guardas da porta do palácio real.

11 Cada vez que o rei ia ao Templo do Senhor, esses guardas os levavam; em seguida, devolviam ao corpo da guarda.

12 Portanto, em virtude de seu ato de humildade, a ira do Senhor apartou-se dele e sua ruína não foi total. Em Judá havia ainda coisas boas.

13 Consolidou-se, pois, o rei Roboão, reinando em Jerusalém. Contava quarenta e um anos quando começou a reinar. Reinou dezessete anos em Jerusalém, a cidade que o Senhor tinha escolhido dentre todas as tribos de Israel, para nela estabelecer seu nome. Sua mãe tinha por nome Naama, a amonita.

14 Praticou o mal, não aplicando seu coração à busca do Senhor.

15 Os atos e feitos de Roboão, desde os primeiros até os últimos, estão relatados no livro do profeta Semeías e consignados com exatidão no do vidente Ado. A guerra entre Roboão e Jeroboão foi contínua.

16 Depois disso, Roboão adormeceu com seus pais e foi sepultado na Cidade de Davi. Seu filho Abias sucedeu-lhe no trono.

10pro quibus fecit rex æneos, et tradidit illos principibus scutariorum, qui custodiebant vestibulum palatii.

11Cumque introiret rex domum Domini, veniebant scutarii et tollebant eos, iterumque referebant eos ad armamentarium suum.

12Verumtamen quia humiliati sunt, aversa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt penitus: siquidem et in Juda inventa sunt opera bona.

13Confortatus est ergo rex Roboam in Jerusalem, atque regnavit: quadraginta autem et unius anni erat cum regnare cœpisset, et decem et septem annis regnavit in Jerusalem, urbe quam elegit Dominus ut confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israël: nomen autem matris ejus Naama Ammanitis.

14Fecit autem malum, et non præparavit cor suum ut quæreret Dominum.

15Opera vero Roboam prima et novissima scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ, et Addo videntis, et diligenter exposita: pugnaveruntque adversum se Roboam et Jeroboam cunctis diebus.

16Et dormivit Roboam cum patribus suis, sepultusque est in civitate David: et regnavit Abia filius ejus pro eo.

## 2 Crônicas 13

1 No décimo oitavo ano do reinado de Jeroboão, Abias tornou-se rei de Judá e reinou três anos em Jerusalém.

2 Sua mãe chamava-se Maaca, filha de Uriel de Gabaá.

3 Abias e Jeroboão fizeram guerra entre si. Abias encetou as operações com um exército de quatrocentos mil valentes guerreiros de escol. Jeroboão dispôs contra ele oitocentos mil valentes guerreiros de escol.

## Paralipomenon II 13

1Anno octavodecimo regis Jeroboam, regnavit Abia super Judam.

2Tribus annis regnavit in Jerusalem, nomenque matris ejus Michaia filia Uriel de Gabaa: et erat bellum inter Abiam et Jeroboam.

3Cumque iniisset Abia certamen, et haberet bellicosissimos viros, et electorum quadringenta millia: Jeroboam instruxit econtra aciem octingenta millia virorum, qui et ipsi electi erant, et ad bella fortissimi.

[4] De pé, no alto do monte Semaraim, que está na montanha de Efraim, Abias gritou: “Escutai-me, Jeroboão, e todo o Israel!

[5] Não deveríeis vós saber que o Senhor, Deus de Israel, deu para sempre o reino de Israel a Davi e a seus filhos, em virtude de uma aliança inviolável?

[6] Jeroboão, filho de Nabat, servo de Salomão, filho de Davi, orgulhosamente revoltou-se contra seu senhor.

[7] Homens maus e perversos juntaram-se a ele e se opuseram a Roboão, filho de Salomão. Roboão, que era jovem ainda e tímido, não pôde resistir-lhes.

[8] E agora, pensais em oferecer resistência ao Reino do Senhor, que está nas mãos do filho de Davi. Vós sois uma grande multidão e tendes convosco os bezerros de ouro que Jeroboão fez para vós à maneira de deuses.

[9] Demitistes os sacerdotes do Senhor, os filhos de Aarão e os levitas, instituindo para vós sacerdotes, à maneira dos pagãos. Todo o que veio com um novilho e sete carneiros para se consagrar, tornou-se sacerdote dos falsos deuses.

[10] Para nós, é o Senhor o nosso Deus e não o abandonamos. Os filhos de Aarão é que são sacerdotes a serviço do Senhor e são os levitas que desempenham as funções.

[11] Cada manhã e cada tarde queimam em honra do Senhor os holocaustos e o incenso aromático. Os pães da proposição são dispostos na mesa pura e cada tarde são acendidas as lâmpadas do candelabro de ouro. É porque nós observamos a Lei do Senhor, nosso Deus, enquanto vós o abandonastes.

[12] Vede: Deus e seus sacerdotes estão conosco à nossa frente e temos as trombetas retumbantes para fazê-las soar contra vós. Israelitas, não luteis contra o Senhor, Deus de vossos pais, porque isso não vos trará nenhuma felicidade”.

[13] Então, Jeroboão executou uma manobra com as tropas colocadas em emboscada, dando uma volta, para surpreender o inimigo pelas costas, de sorte que seu

[4]Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, et ait: Audi, Jeroboam, et omnis Israël.

[5]Num ignoratis quod Dominus Deus Israël dederit regnum David super Israël in sempiternum, ipsi et filiis ejus in pactum salis?

[6]Et surrexit Jeroboam filius Nabat, servus Salomonis filii David, et rebellavit contra dominum suum.

[7]Congregatique sunt ad eum viri vanissimi, et filii Belial, et prævaluerunt contra Roboam filium Salomonis: porro Roboam erat rudis, et corde pavido, nec potuit resistere eis.

[8]Nunc ergo vos dicitis quod resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios David, habetisque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos quos fecit vobis Jeroboam in deos.

[9]Et ejecistis sacerdotes Domini, filios Aaron, atque Levitas, et fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum: quicumque venerit, et initiaverit manum suam in tauro de bobus, et in arietibus septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dii.

[10]Noster autem Dominus, Deus est, quem non relinquimus, sacerdotesque ministrant Domino, de filiis Aaron, et Levitæ sunt in ordine suo:

[11]holocausta quoque offerunt Domino per singulos dies mane et vespere, et thymiama juxta legis præcepta confectum, et proponuntur panes in mensa mundissima, estque apud nos candelabrum aureum, et lucernæ ejus, ut accendantur semper ad vesperam: nos quippe custodimus præcepta Domini Dei nostri, quem vos reliquistis.

[12]Ergo in exercitu nostro dux Deus est, et sacerdotes ejus, qui clangunt tubis, et resonant contra vos: filii Israël, nolite pugnare contra Dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit.

[13]Hæc illo loquente, Jeroboam retro moliebatur insidias. Cumque ex adverso

exército fazia frente a Judá e a emboscada se encontrava à retaguarda.

[14] As tropas de Judá, ao se voltarem, viram-se atacadas pela frente e pela retaguarda. Invocaram então o Senhor, enquanto os sacerdotes tocavam a trombeta.

[15] Judá soltou o grito de guerra e enquanto ecoava esse clamor, Deus feriu Jeroboão e todo o Israel diante de Abias e de Judá.

[16] Os israelitas fugiram diante dos homens de Judá, às mãos dos quais Deus os entregou.

[17] Abias e seu exército fizeram uma grande matança: quinhentos mil guerreiros escolhidos do campo de Israel tombaram feridos de morte.

[18] Isso foi, naquele tempo, humilhante para os israelitas, enquanto que os filhos de Judá obtiveram a vitória, porque se apoiaram no Senhor, o Deus de seus pais.

[19] Abias perseguiu Jeroboão e dele arrebatou várias cidades: Betel, Jesana

[20] e Efron, assim como as localidades que delas dependiam. No tempo de Abias, Jeroboão não se restabeleceu.

[21] O Senhor o feriu e ele morreu, enquanto o poder de Abias aumentava. Abias tomou por esposas catorze mulheres; gerou vinte e dois filhos e dezesseis filhas.

[22] O restante dos atos e feitos de Abias, assim como suas palavras, está relatado nos discursos do profeta Ado.

## 2 Crônicas 14

[1] Abias adormeceu com seus pais e foi sepultado na Cidade de Davi. Seu filho Asa sucedeu-lhe no trono. Durante sua vida, a terra conheceu dez anos de tranquilidade.

[2] Asa fez o que era bom e justo aos olhos do Senhor, seu Deus.

[3] Destruiu os altares dos deuses estrangeiros e os lugares altos; quebrou as estelas e cortou as asserás.

[4] Ordenou aos filhos de Judá que buscassem o Senhor, o Deus de seus pais, e que

hostium staret, ignorantem Judam suo ambiebat exercitu.

[14]Respiciensque Judas, vidit instare bellum ex adverso et post tergum, et clamavit ad Dominum, ac sacerdotes tubis canere cœperunt.

[15]Omnesque viri Juda vociferati sunt: et ecce illis clamantibus, perterruit Deus Jeroboam, et omnem Israël qui stabat ex adverso Abia et Juda.

[16]Fugeruntque filii Israël Judam, et tradidit eos Deus in manu eorum.

[17]Percussit ergo eos Abia et populus ejus plaga magna: et corruerunt vulnerati ex Israël quingenta millia virorum fortium.

[18]Humiliatique sunt filii Israël in tempore illo, et vehementissime confortati filii Juda, eo quod sperassent in Domino Deo patrum suorum.

[19]Persecutus est autem Abia fugientem Jeroboam, et cepit civitates ejus, Bethel et filias ejus, et Jesana cum filiabus suis, Ephron quoque et filias ejus:

[20]nec valuit ultra resistere Jeroboam in diebus Abia: quem percussit Dominus, et mortuus est.

[21]Igitur Abia, confortato imperio suo, accepit uxores quatuordecim: procreavitque viginti duos filios, et sedecim filias.

[22]Reliqua autem sermonum Abia, viarumque et operum ejus, scripta sunt diligentissime in libro Addo prophetæ.

## Paralipomenon II 14

[1]Dormivit autem Abia cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David: regnavitque Asa filius ejus pro eo, in cujus diebus quievit terra annis decem.

[2]Fecit autem Asa quod bonum et placitum erat in conspectu Dei sui, et subvertit altaria peregrini cultus, et excelsa.

[3]Et confregit statuas, lucosque succidit:

pusessem em prática a Lei e seus mandamentos.

5 Fez desaparecer de todas as cidades de Judá os lugares altos e os obeliscos. Sob seu reinado o reino esteve em paz.

6 Durante esse tempo de tranquilidade, construiu cidades fortificadas em Judá. Efetivamente, não houve guerra contra ele durante esses anos, porque o Senhor lhe concedeu descanso.

7 "Construamos – disse ele aos judeus – essas cidades e cerquemo-las de muralhas, torres, portas e ferrolhos. A terra está ainda livre diante de nós porque temos procurado o Senhor, nosso Deus, e por isso ele nos concedeu a paz com todos os nossos vizinhos." Dispuseram-se, pois, a esse trabalho e o levaram a bom termo.

8 Asa possuía um exército composto de trezentos mil homens de Judá, que carregavam escudo e lança e um de duzentos e oitenta mil de Benjamim, que carregavam escudo e entesavam o arco, todos valentes guerreiros.

9 Zara, o etíope, atacou-os com um exército de um milhão de homens e trezentos carros e avançou até Maresa.

10 Asa saiu-lhe ao encontro e eles se formaram para a batalha no vale de Sefata, perto de Maresa.

11 Asa invocou o Senhor, seu Deus, nestes termos: "Senhor, não vos é mais difícil ajudar o fraco do que o forte. Vinde em nosso socorro, nosso Deus! É em vós que nos apoiamos, é em vosso nome que viemos contra essa multidão. Senhor, vós sois nosso Deus; que não haja um só homem que prevaleça contra vós!".

12 O Senhor feriu os etíopes diante de Asa e dos homens de Judá. Os etíopes fugiram.

13 Asa e seu exército os perseguiram até Gerara e deles tombou tão grande número que nem sequer um pôde salvar-se, destruídos como foram diante do Senhor e seu exército. Judá trouxe um grande despojo.

4et præcepit Judæ ut quæreret Dominum Deum patrum suorum, et faceret legem, et universa mandata:

5et abstulit de cunctis urbibus Juda aras et fana, et regnavit in pace.

6Ædificavit quoque urbes munitas in Juda, quia quietus erat, et nulla temporibus ejus bella surrexerant, pacem Domino largiente.

7Dixit autem Judæ: Ædificemus civitates istas, et vallemus muris, et roboremus turribus, et portis, et seris, donec a bellis quieta sunt omnia, eo quod quæsierimus Dominum Deum patrum nostrorum, et dederit nobis pacem per gyrum. Ædificaverunt igitur, et nullum in exstruendo impedimentum fuit.

8Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta et hastas de Juda trecenta millia, de Benjamin vero scutariorum et sagittariorum ducenta octoginta millia: omnes isti viri fortissimi.

9Egressus est autem contra eos Zara Æthiops cum exercitu suo, decies centena millia, et curribus trecentis: et venit usque Maresa.

10Porro Asa perrexit obviam ei, et instruxit aciem ad bellum in valle Sephata, quæ est juxta Maresa:

11et invocavit Dominum Deum, et ait: Domine, non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxilieris, an in pluribus. Adjuva nos, Domine Deus noster: in te enim, et in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Domine, Deus noster tu es: non prævaleat contra te homo.

12Exterruit itaque Dominus Æthiopes coram Asa et Juda: fugeruntque Æthiopes.

13Et persecutus est eos Asa, et populus qui cum eo erat, usque Gerara: et ruerunt Æthiopes usque ad internecionem, quia Domino cædente contriti sunt, et exercitu illius præliante. Tulerunt ergo spolia multa,

14et percusserunt civitates omnes per circuitum Geraræ: grandis quippe cunctos terror invaserat: et diripuerunt urbes, et multam prædam asportaverunt.

[14] Eles feriram todas as cidades dos arredores de Gerara, pois o terror do Senhor se tinha infundido neles. Pilharam-nos, porque eles possuíam um importante despojo.

[15] Feriram também os redis dos rebanhos e capturaram grande número de ovelhas e camelos. Em seguida, retornaram a Jerusalém.

[15]Sed et caulas ovium destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, et camelorum: reversique sunt in Jerusalem.

## 2 Crônicas 15

[1] O espírito do Senhor se apoderou de Azarias, filho de Oded. Este saiu ao encontro de Asa e lhe disse:

[2] “Escutai-me, Asa com todo o Judá e Benjamim! O Senhor está convosco assim como vós estais com ele. Se vós o procurais, ele se manifestará a vós, mas se vós o abandonardes, ele vos abandonará.

[3] Durante muito tempo viveu Israel sem o verdadeiro Deus, sem sacerdotes para ensiná-lo, sem a Lei.

[4] Mas, quando na sua angústia eles se voltaram para o Senhor, Deus de Israel, e o procuraram, ele se manifestou a eles.

[5] Naqueles tempos, não havia segurança alguma para os que viajavam, pois graves distúrbios pesavam sobre a população da terra.

[6] As nações e as cidades entrechocavam-se, porque Deus as agitava com toda a espécie de tribulações.

[7] Quanto a vós, sede fortes, não vos acovardeis, pois vosso labor terá sua recompensa”.

[8] Ouvindo esse oráculo do profeta, Asa se encheu de coragem e fez desaparecer as abominações de toda a terra de Judá e de Benjamim, assim como de todas as cidades que tinha conquistado na montanha de Efraim. Restabeleceu o altar do Senhor que se encontrava diante do pórtico do Senhor.

[9] Em seguida, convocou toda a população de Judá, de Benjamim, assim como os de Efraim, de Manassés e de Simeão que habitavam entre eles pois grande número

## Paralipomenon II 15

[1]Azarias autem filius Oded, facto in se spiritu Dei,

[2]egressus est in occursum Asa, et dixit ei: Audite me, Asa, et omnis Juda et Benjamin: Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, invenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

[3]Transibant autem multi dies in Israël absque Deo vero, et absque sacerdote doctore, et absque lege.

[4]Cumque reversi fuerint in angustia sua ad Dominum Deum Israël, et quæsierint eum, reperient eum.

[5]In tempore illo, non erit pax egredienti et ingredienti, sed terrores undique in cunctis habitatoribus terrarum:

[6]pugnavit enim gens contra gentem, et civitas contra civitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia.

[7]Vos ergo confortamini, et non dissolvantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro.

[8]Quod cum audisset Asa, verba scilicet, et prophetiam Azariæ filii Oded prophetæ, confortatus est, et abstulit idola de omni terra Juda et de Benjamin, et ex urbibus quas ceperat, montis Ephraim: et dedicavit altare Domini quod erat ante porticum Domini.

[9]Congregavitque universum Judam et Benjamin, et advenas cum eis de Ephraim, et de Manasse, et de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Israël, videntes quod Dominus Deus illius esset cum eo.

de israelitas se tinha aliado a ele, vendo que o Senhor, seu Deus, estava com ele.

10 Eles se reuniram em Jerusalém no terceiro mês do quinto ano do reinado de Asa.

11 Nesse dia, sacrificaram ao Senhor, do despojo que tinham trazido, setecentas reses de gado e sete mil ovelhas.

12 Obrigaram-se solenemente a procurar o Senhor, o Deus de seus pais, de todo o seu coração e de toda a sua alma, decididos a matarem,

13 pequenos e grandes, homens e mulheres, todo o que não procurasse o Senhor, Deus de Israel.

14 Ao som de trombetas e de trompas, no meio de aclamações, fizeram ao Senhor um juramento solene.

15 E todo o Judá alegrou-se por causa desse juramento que tinham prestado de todo o seu coração. Foi com perfeita boa vontade que tinham procurado o Senhor. Por isso, o Senhor se manifestou a eles e lhes assegurou a paz com todos os seus vizinhos.

16 O rei Asa destituiu até de sua posição de rainha sua mãe Maaca, por ter feito um ídolo para Asserá. Asa destruiu a imagem, deixou-a em pedaços e a queimou no vale de Cedron.

17 Se os lugares altos não desapareceram, o coração de Asa esteve, contudo, totalmente devotado ao Senhor durante toda a sua vida.

18 Transportou para o Templo do Senhor todos os objetos consagrados por seu pai e por ele mesmo: prata, ouro e utensílios.

19 Não houve guerra até o trigésimo quinto ano do reinado de Asa.

## 2 Crônicas 16

1 No trigésimo sexto ano do reinado de Asa, rei de Israel, Baasa fez guerra contra Judá. Fez fortificações em Ramá, a fim de bloquear todas as comunicações com Asa, rei de Judá.

10Cumque venissent in Jerusalem mense tertio, anno decimoquinto regni Asa,

11immolaverunt Domino in die illa de manubiis et præda quam adduxerant, boves septingentos, et arietes septem millia.

12Et intravit ex more ad corroborandum fœdus ut quærerent Dominum Deum patrum suorum in toto corde, et in tota anima sua.

13Si quis autem, inquit, non quæsierit Dominum Deum Israël, moriatur, a minimo usque ad maximum, a viro usque ad mulierem.

14Juraveruntque Domino voce magna in jubilo, et in clangore tubæ, et in sonitu buccinarum,

15omnes qui erant in Juda, cum execratione: in omni enim corde suo juraverunt, et in tota voluntate quæsierunt eum, et invenerunt: præstititque eis Dominus requiem per circuitum.

16Sed et Maacham matrem Asa regis ex augusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulacrum Priapi: quod omne contrivit, et in frustra comminuens combussit in torrente Cedron.

17Excelsa autem derelicta sunt in Israël: attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus ejus,

18eaque quæ voverat pater suus, et ipse, intulit in domum Domini, argentum, et aurum, vasorumque diversam supellectilem.

19Bellum vero non fuit usque ad trigesimum quintum annum regni Asa.

## Paralipomenon II 16

1Anno autem trigesimo sexto regni ejus, ascendit Baasa rex Israël in Judam, et muro circumdabat Rama, ut nullus tute posset egredi et ingredi de regno Asa.

2Protulit ergo Asa argentum et aurum de thesauris domus Domini, et de thesauris

[2] Mas Asa mandou tomar a prata e o ouro dos tesouros do templo e do palácio real e enviou uma delegação a Ben-Adad, rei da Síria, para lhe dizer:

[3] "Aliemo-nos, como foram aliados teu pai e o meu. Eu te envio prata e ouro. Rompe tua aliança com Baasa, rei de Israel, para que ele se afaste de mim".

[4] Ben-Adad ouviu o rei Asa: enviou seus generais contra as cidades de Israel. Estes tomaram Aion, Dã, Abel-Maim e todas as cidades de Neftali que serviam de entrepostos.

[5] A essa notícia, Baasa interrompeu os trabalhos de fortificação de Ramá.

[6] Então, o rei Asa convocou todos os judeus para tirar as pedras e madeiras das quais Baasa se tinha servido para construir Ramá, e com esse material fortificou Gabaá e Masfa.

[7] Por essa época, o vidente Hanani veio à procura de Asa, rei de Judá, e lhe disse: "Porque te apoiaste no rei da Síria e não no Senhor, teu Deus, o exército da Síria escapou de tuas mãos.

[8] Não formavam os etíopes e os líbios um exército inumerável, com uma multidão de carros e cavaleiros? E, contudo, o Senhor os entregou a ti porque tu te apoiaste nele.

[9] Os olhos do Senhor percorrem toda a terra para sustentar aqueles cujo coração lhe é totalmente devotado. Tu te comportaste tolamente nesse negócio, pois doravante terás continuamente guerras".

[10] Irritado contra o vidente, no assomo de ira em que o puseram suas palavras, Asa mandou prendê-lo na prisão. Pelo mesmo tempo, Asa oprimiu também alguns de seus súditos.

[11] As ações e os feitos de Asa, desde os primeiros até os últimos, estão relatados no Livro dos Reis de Judá e de Israel.

[12] No trigésimo nono ano de seu reinado, Asa tornou-se gotoso e sofreu violentamente. Durante sua doença, ele não procurou o apoio do Senhor, mas o dos médicos.

regis, misitque ad Benadad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens:

[3]Fœdus inter me et te est; pater quoque meus et pater tuus habuere concordiam: quam ob rem misi tibi argentum et aurum, ut rupto fœdere quod habes cum Baasa rege Israël, facias eum a me recedere.

[4]Quo comperto, Benadad misit principes exercituum suorum ad urbes Israël: qui percusserunt Ahion, et Dan, et Abelmaim, et universas urbes Nephthali muratas.

[5]Quod cum audisset Baasa, desiit ædificare Rama, et intermisit opus suum.

[6]Porro Asa rex assumpsit universum Judam, et tulerunt lapides de Rama, et ligna quæ ædificationi præparaverat Baasa, ædificavitque ex eis Gabaa et Maspha.

[7]In tempore illo venit Hanani propheta ad Asa regem Juda, et dixit ei: Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, et non in Domino Deo tuo, idcirco evasit Syriæ regis exercitus de manu tua.

[8]Nonne Æthiopes et Libyes multo plures erant quadrigis, et equitibus, et multitudine nimia, quos cum Domino credidisses, tradidit in manu tua?

[9]Oculi enim Domini contemplantur universam terram, et præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, et propter hoc ex præsenti tempore adversum te bella consurgent.

[10]Iratusque Asa adversus videntem, jussit eum mitti in nervum: valde quippe super hoc fuerat indignatus: et interfecit de populo in tempore illo plurimos.

[11]Opera autem Asa prima et novissima scripta sunt in libro regum Juda et Israël.

[12]Ægrotavit etiam Asa anno trigesimo nono regni sui, dolore pedum vehementissimo, et nec in infirmitate sua quæsivit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est.

[13]Dormivitque cum patribus suis, et mortuus est anno quadragesimo primo regni sui.

[13] Ele adormeceu com seus pais e morreu no quadragésimo primeiro ano de seu reinado.

[14] Foi sepultado na tumba que tinha mandado cavar para si na Cidade de Davi. Estenderam-no num leito que tinham enchido de perfumes aromáticos, preparados segundo a arte do perfumista e queimaram-lhe quantidade considerável desse perfume.

[14]Et sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in civitate David: posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus et unguentibus meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, et combusserunt super eum ambitione nimia.

## 2 Crônicas 17

[1] Seu filho Josafá sucedeu-lhe no trono. Ele se fortificou contra Israel.

[2] Colocou tropas em todas as cidades fortes de Judá, guarnições em toda a terra e nas cidades de Efraim das quais se tinha apoderado seu pai Asa.

[3] O Senhor estava com Josafá, porque este seguia os exemplos que, a princípio, dera seu pai e não corria atrás de Baal,

[4] mas só procurava o Deus de seus pais, observando seus mandamentos, sem fazer nada de semelhante ao que fazia Israel.

[5] Por isso, o Senhor confirmou o poder em suas mãos. Todo o Judá lhe trazia presentes, e assim Josafá teve riqueza em abundância e glória.

[6] Cheio de confiança na obra do Senhor, fez desaparecer de Judá os lugares altos e os ídolos aserás.

[7] No terceiro ano de seu reinado, enviou seus chefes, Ben-Hail, Abdias, Zacarias, Natanael e Miqueias, para que ensinassem nas cidades de Judá.

[8] Ele os fez acompanhar pelos levitas Semeías, Natanias, Zabadias, Asael, Semiramot, Jônatas, Adonias, Tobias, Tobadonias e pelos sacerdotes Elisama e Jorão.

[9] Ensinaram em Judá, levando consigo o livro da Lei do Senhor e percorreram todas as cidades de Judá, instruindo o povo.

[10] O terror do Senhor difundiu-se em todos os reinos que cercavam Judá, os quais se abstiveram de fazer guerra a Josafá.

## Paralipomenon II 17

[1]Regnavit autem Josaphat filius ejus pro eo, et invaluit contra Israël.

[2]Constituitque militum numeros in cunctis urbibus Juda quæ erant vallatæ muris. Præsidiaque disposuit in terra Juda, et in civitatibus Ephraim quas ceperat Asa pater ejus.

[3]Et fuit Dominus cum Josaphat, quia ambulavit in viis David patris sui primis: et non speravit in Baalim,

[4]sed in Deo patris sui: et perrexit in præceptis illius, et non juxta peccata Israël.

[5]Confirmavitque Dominus regnum in manu ejus, et dedit omnis Juda munera Josaphat: factæque sunt ei infinitæ divitiæ, et multa gloria.

[6]Cumque sumpsisset cor ejus audaciam propter vias Domini, etiam excelsa et lucos de Juda abstulit.

[7]Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benhail, et Obdiam, et Zachariam, et Nathanaël, et Michæam, ut docerent in civitatibus Juda:

[8]et cum eis Levitas Semeiam, et Nathaniam, et Zabadiam, Asaël quoque, et Semiramoth, et Jonathan, Adoniamque et Thobiam, et Thobadoniam Levitas, et cum eis Elisama, et Joran sacerdotes:

[9]docebantque populum in Juda, habentes librum legis Domini, et circuibant cunctas urbes Juda, atque erudiebant populum.

[10]Itaque factus est pavor Domini super omnia regna terrarum quæ erant per gyrum Juda, nec audebant bellare contra Josaphat.

[11] Mesmo os filisteus vieram trazer a Josafá presentes e um tributo em prata. Os árabes também lhe trouxeram gado miúdo: sete mil e setecentos carneiros e sete mil e setecentos bodes.

[12] Josafá aumentava seu poder. Construiu em Judá fortalezas e cidades de entre-postos.

[13] Realizou grandes trabalhos nas cidades de Judá. Havia em Jerusalém um exército bem treinado.

[14] Eis a sua distribuição segundo suas famílias: de Judá, os chefes de milhares eram: o chefe Ednas, com trezentos mil valentes guerreiros;

[15] ao seu lado, o chefe Joanã, com duzentos e oitenta mil valentes guerreiros;

[16] ao seu lado, Amasias, filho de Zecri, voluntariamente consagrado ao Senhor, com duzentos mil valentes guerreiros.

[17] De Benjamim: o valoroso Eliada, com duzentos mil homens providos de arcos e de escudos;

[18] ao seu lado, Jozabad, com cento e oitenta mil homens equipados para a guerra.

[19] Essas eram as pessoas a serviço do rei, além das guarnições colocadas por ele nas fortalezas da terra de Judá.

[11]Sed et Philisthæi Josaphat munera deferebant, et vectigal argenti: Arabes quoque adducebant pecora, arietum septem millia septingenta, et hircorum totidem.

[12]Crevit ergo Josaphat, et magnificatus est usque in sublime: atque ædificavit in Juda domos ad instar turrium, urbesque muratas.

[13]Et multa opera paravit in urbibus Juda: viri quoque bellatores et robusti erant in Jerusalem,

[14]quorum iste numerus per domos atque familias singulorum: in Juda principes exercitus, Ednas dux, et cum eo robustissimi viri trecenta millia.

[15]Post hunc Johanan princeps, et cum eo ducenta octoginta millia.

[16]Post istum quoque Amasias filius Zechri, consecratus Domino, et cum eo ducenta millia virorum fortium.

[17]Hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada, et cum eo tenentium arcum et clypeum ducenta millia.

[18]Post istum etiam Jozabad, et cum eo centum octoginta millia expeditorum militum.

[19]Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis quos posuerat in urbibus muratis in universo Juda.

## 2 Crônicas 18

[1] Josafá, que possuía riqueza e glória em abundância, aliou-se por casamento a Acab.

[2] Ao cabo de alguns anos, desceu à Samaria, à casa de Acab. Para recebê-lo com a comitiva, este mandou matar numerosas ovelhas e bois. Em seguida, persuadiu-o a fazer guerra contra Ramot de Galaad.

[3] Acab, rei de Israel, disse a Josafá, rei de Judá: “Queres ir comigo para atacar Ramot de Galaad?”. Josafá respondeu-lhe: “Farei o que fizeres, assim como meu exército. Iremos à guerra contigo”.

## Paralipomenon II 18

[1]Fuit ergo Josaphat dives et inclytus multum, et affinitate conjunctus est Achab.

[2]Descenditque post annos ad eum in Samariam: ad cujus adventum mactavit Achab arietes et boves plurimos, ipsi, et populo qui venerat cum eo: persuasitque illi ut ascenderet in Ramoth Galaad.

[3]Dixitque Achab rex Israël ad Josaphat regem Juda: Veni mecum in Ramoth Galaad. Cui ille respondit: Ut ego, et tu: sicut populus tuus, sic et populus meus: tecumque erimus in bello.

[4] Contudo, Josafá disse mais ao rei de Israel: "Consulta primeiro, eu te peço, o oráculo do Senhor".

[5] O rei de Israel reuniu os profetas, que eram em número de quatrocentos e lhes perguntou: "Devemos atacar Ramot de Galaad, ou devemos abster-nos disso?". Eles responderam: "Vai. O Senhor a entregará às mãos do rei".

[6] Mas Josafá replicou: "Por acaso não existe aqui algum outro profeta do Senhor a quem possamos consultar?".

[7] "Sim – respondeu o rei de Israel –, há ainda um, por meio do qual se poderia consultar o Senhor, mas eu o detesto, porque nunca anuncia algo de bom, mas sempre a desgraça. É Miqueias, filho de Jemla." Josafá disse: "Não fale o rei assim".

[8] Então, o rei de Israel fez sinal a um eunuco e lhe deu esta ordem: "Faze vir o mais depressa possível Miqueias, filho de Jemla".

[9] O rei de Israel e Josafá, rei de Judá, tomaram lugar cada em seu trono, revestidos de suas insígnias reais, na praça que está à entrada da porta de Samaria e todos os profetas profetizavam em sua presença.

[10] Sedecias, filho de Canaana, tinha feito para si chifres de ferro e disse: "Eis o que diz o Senhor: Com estes chifres ferirás os sírios até exterminá-los".

[11] E todos os profetas profetizavam da mesma maneira, nestes termos: "Sobe a Ramot de Galaad: e serás vencedor, porque o Senhor entregará a cidade às mãos do rei".

[12] Todavia, o mensageiro que tinha ido chamar Miqueias disse-lhe: "Os profetas são unânimes em predizer a vitória do rei. Seja teu oráculo conforme o deles. Predize o bom êxito".

[13] Miqueias respondeu: "Por Deus, só anunciarei o que o Senhor me disser".

[14] Quando ele chegou perto do rei, este lhe perguntou: "Miqueias, devemos ir atacar Ramot de Galaad, ou devemos abster-nos disso?". "Vai – respondeu Miqueias –, serás vencedor; ela será entregue às mãos do rei."

[4]Dixitque Josaphat ad regem Israël: Consule, obsecro, impræsentiarum sermonem Domini.

[5]Congregavit igitur rex Israël prophetarum quadringentos viros, et dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi: Ascende, inquiunt, et tradet Deus in manu regis.

[6]Dixitque Josaphat: Numquid non est hic prophetes Domini, ut ab illo etiam requiramus?

[7]Et ait rex Israël ad Josaphat: Est vir unus a quo possumus quærere Domini voluntatem: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore: est autem Michæas filius Jemla. Dixitque Josaphat: Ne loquaris, rex, hoc modo.

[8]Vocavit ergo rex Israël unum de eunuchis, et dixit ei: Voca cito Michæam filium Jemla.

[9]Porro rex Israël, et Josaphat rex Juda, uterque sedebant in solio suo, vestiti cultu regio: sedebant autem in area juxta portam Samariæ, omnesque prophetæ vaticinabantur coram eis.

[10]Sedecias vero filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, et ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec conteras eam.

[11]Omnesque prophetæ similiter prophetabant, atque dicebant: Ascende in Ramoth Galaad, et prosperaberis, et tradet eos Dominus in manu regis.

[12]Nuntius autem qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi: En verba omnium prophetarum uno ore bona regi annuntiant: quæso ergo te ut et sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera.

[13]Cui respondit Michæas: Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar.

[14]Venit ergo ad regem. Cui rex ait: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Cui ille respondit: Ascendite: cuncta enim prospera evenient, et tradentur hostes in manus vestras.

[15] Disse-lhe o rei: “Quantas vezes terei que conjurar-te a que só digas a verdade em nome do Senhor?”.

[16] Respondeu então Miqueias: “Vejo todo o Israel disperso pelas montanhas, qual um rebanho sem pastor. O Senhor disse: Estes não têm chefe. Voltem eles tranquilamente, cada qual para sua casa!”.

[17] Disse o rei de Israel a Josafá: “Bem que eu te dizia que a meu respeito ele não havia de anunciar jamais alguma coisa boa; sempre a desgraça”.

[18] Replicou Miqueias: “Escutai o oráculo do Senhor! Vi o Senhor assentado no seu trono e todo o exército do céu em volta dele, à sua direita e à sua esquerda.

[19] Disse o Senhor: ‘Quem seduzirá Acab para que suba a Ramot de Galaad e lá pereça?’. Um respondia de um modo e outro de outro.

[20] Então, um espírito avançou até a frente do Senhor e disse: ‘Eu irei seduzi-lo’. Perguntou o Senhor: ‘De que maneira?’.

[21] ‘Vou – respondeu ele –, fazendo-me espírito de mentira na boca de seus profetas’. O Senhor disse: ‘Tu conseguirás enganá-lo. Vai, faze isso mesmo!’.

[22] O Senhor infundiu, portanto, um espírito de mentira na boca de todos os profetas aqui presentes; mas foi a tua perda que decretou o Senhor”.

[23] Nesse momento, Sedecias, filho de Canaana, aproximou-se de Miqueias e deu-lhe uma bofetada, dizendo: “Por onde saiu de mim o espírito do Senhor para falar-te?”.

[24] “Tu o verás – respondeu Miqueias – no dia em que hás de ir de aposento em aposento, a fim de te esconderes.”

[25] Então, o rei de Israel deu esta ordem: “Prendei Miqueias e conduzi-o a Amon, o governador da cidade, e a Joás, o filho do rei.

[26] Dizei-lhes: ‘Ordem do rei: Lançai este homem na prisão. Dai-lhe uma alimentação de mísero até que eu retorne são e salvo’.”

[27] Ao que Miqueias respondeu: “Se realmente voltares são e salvo, é sinal de

[15]Dixitque rex: Iterum atque iterum te adjuro, ut mihi non loquaris, nisi quod verum est in nomine Domini.

[16]At ille ait: Vidi universum Israël dispersum in montibus, sicut oves absque pastore: et dixit Dominus: Non habent isti dominos: revertatur unusquisque in domum suam in pace.

[17]Et ait rex Israël ad Josaphat: Nonne dixi tibi quod non prophetaret iste mihi quidquam boni, sed ea quæ mala sunt?

[18]At ille: Idcirco, ait, audite verbum Domini: vidi Dominum sedentem in solio suo, et omnem exercitum cæli assistentem ei a dextris et a sinistris.

[19]Et dixit Dominus: Quis decipiet Achab regem Israël ut ascendat et corruat in Ramoth Galaad? Cumque diceret unus hoc modo, et alter alio,

[20]processit spiritus, et stetit coram Domino, et ait: Ego decipiam eum. Cui Dominus: In quo, inquit, decipies?

[21]At ille respondit: Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Dixitque Dominus: Decipies, et prævalebis: egredere, et fac ita.

[22]Nunc igitur, ecce Dominus dedit spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum, et Dominus locutus est de te mala.

[23]Accessit autem Sedecias filius Chanaana, et percussit Michææ maxillam, et ait: Per quam viam transivit spiritus Domini a me, ut loqueretur tibi?

[24]Dixitque Michæas: Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo ut abscondaris.

[25]Præcepit autem rex Israël, dicens: Tollite Michæam, et ducite eum ad Amon principem civitatis, et ad Joas filium Amelech.

[26]Et dicetis: Hæc dicit rex: Mittite hunc in carcerem, et date ei panis modicum, et aquæ pauxillum, donec revertar in pace.

[27]Dixitque Michæas: Si reversus fueris in pace, non est locutus Dominus in me. Et ait: Audite, omnes populi.

que não falou o Senhor por mim". E acrescentou: "Escutai bem, povos todos".

28 O rei de Israel subiu, portanto, a Ramot de Galaad com o rei de Judá, Josafá.

29 Ele lhe disse: "Eu vou disfarçar-me para entrar no combate; tu, porém, veste tuas próprias roupas". O rei de Israel disfarçou-se, por conseguinte, antes de entrar em combate.

30 Ora, o rei da Síria tinha dado a seus trinta e dois chefes de carros a seguinte ordem: "Não atacareis, nem pequeno nem grande, mas só o rei de Israel".

31 Ao verem Josafá, os chefes dos carros disseram entre si: "É certamente o rei de Israel" e avançaram sobre ele. Mas Josafá soltou seu grito de guerra e o Senhor o socorreu; Deus afastou dele os sírios.

32 Então, os chefes dos carros, vendo que não era o rei de Israel, afastaram-se dele.

[21] Joás, rei de Israel, pôs-se a caminho; encontraram-se ele e Amasias, rei de Judá, em Bet-Sames, que está em Judá.

[22] Os de Judá foram vencidos por Israel e cada um fugiu para sua tenda.

[23] Joás, rei de Israel, aprisionou, em Bet-Sames, Amasias, rei de Judá, filho de Joás, filho de Ocozias. Mandou-o para Jerusalém e abriu na muralha uma brecha de quatrocentos côvados, desde a porta de Efraim até a porta do ângulo.

[24] Apoderou-se de todo o ouro e prata, assim como dos utensílios que se encontravam no templo, em casa de Obed-Edom e nos tesouros do palácio real; e retornou a Samaria, levando reféns.

[25] Amasias, filho de Joás, rei de Judá, viveu ainda quinze anos depois da morte de Joás, filho de Joacaz, rei de Israel.

quia fecisti hoc malum, et insuper non acquievisti consilio meo.

[17]Igitur Amasias rex Juda inito pessimo consilio, misit ad Joas filium Joachaz filii Jehu regem Israël, dicens: Veni, videamus nos mutuo.

[18]At ille remisit nuntios, dicens: Carduus qui est in Libano misit ad cedrum Libani, dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem: et ecce bestiæ quæ erant in silva Libani, transierunt, et conculcaverunt carduum.

[19]Dixisti: Percussi Edom, et idcirco erigitur cor tuum in superbiam: sede in domo tua: cur malum adversum te provocas, ut cadas et tu, et Juda tecum?

[20]Noluit audire Amasias, eo quod Domini esset voluntas ut traderetur in manus hostium propter deos Edom.

[21]Ascendit igitur Joas rex Israël, et mutuos sibi præbuere conspectus: Amasias autem rex Juda erat in Bethsames Juda:

[22]corruitque Juda coram Israël, et fugit in tabernacula sua.

[23]Porro Amasiam regem Juda, filium Joas filii Joachaz, cepit Joas rex Israël in Bethsames, et adduxit in Jerusalem: destruxitque murum ejus a porta Ephraim usque ad portam anguli quadringentis cubitis.

[24]Omne quoque aurum et argentum, et universa vasa quæ repererat in domo Dei, et apud Obededom in thesauris etiam domus regiæ, necnon et filios obsidum, reduxit in Samariam.

[25]Vixit autem Amasias filius Joas rex Juda, postquam mortuus est Joas filius Joachaz rex Israël, quindecim annis.

[26]Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum et novissimorum scripta sunt in libro regum Juda et Israël.

[27]Qui postquam recessit a Domino, tetenderunt ei insidias in Jerusalem. Cumque fugisset in Lachis, miserunt, et interfecerunt eum ibi.

[28]Reportantesque super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in civitate David.

[26] O restante dos atos de Amasias, dos primeiros aos últimos, está relatado no Livro dos Reis de Judá e de Israel.

[27] Depois que Amasias se desviou do Senhor, tramou-se contra ele em Jerusalém uma conspiração e ele fugiu para Laquis. Perseguiram-no, porém, até lá e o mataram.

[28] Transportaram-lhe o corpo em cima de cavalos e o sepultaram com seus pais na cidade de Judá.

## 2 Crônicas 26

[1] Todo o povo de Judá tomou por rei Ozias, então com a idade de dezesseis anos e o entronizou em lugar de seu pai Amasias.

[2] Foi ele quem reedificou Elat e fez voltar essa cidade ao domínio de Judá, depois que o rei adormeceu com seus pais.

[3] Tinha Ozias a idade de dezesseis anos quando começou a reinar e reinou cinquenta e dois anos em Jerusalém. Sua mãe chamava-se Jequelias e era de Jerusalém.

[4] Fez o bem aos olhos do Senhor, como tinha feito seu pai Amasias.

[5] Aplicou-se a honrar a Deus durante a vida de Zacarias, que o instruiu no temor de Deus. Enquanto honrou ao Senhor Deus o fez prosperar.

[6] Fez uma expedição contra os filisteus. Derrubou a muralha de Gat, de Jabne e de Azoto. Construiu cidades no território de Azoto e na terra dos filisteus.

[7] Deus o ajudou contra os filisteus, contra os árabes de Gur-Baal, e contra os maonitas.

[8] Os amonitas lhe pagaram tributo e sua fama se fortificou de tal modo que se estendeu até os confins do Egito.

[9] Levantou torres fortificadas em Jerusalém, na porta do ângulo, na porta do vale e no ângulo.

[10] Construiu também torres no deserto, onde cavou numerosos poços, pois possuía ali numerosos rebanhos, tanto na planície como no planalto. Tinha lavradores e

## Paralipomenon II 26

[1]Omnis autem populus Juda filium ejus Oziam, annorum sedecim, constituit regem pro Amasia patre suo.

[2]Ipse ædificavit Ailath, et restituit eam ditioni Juda, postquam dormivit rex cum patribus suis.

[3]Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Jechelia de Jerusalem.

[4]Fecitque quod erat rectum in oculis Domini, juxta omnia quæ fecerat Amasias pater ejus.

[5]Et exquisivit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis et videntis Deum: cumque requireret Dominum, direxit eum in omnibus.

[6]Denique egressus est, et pugnavit contra Philisthiim, et destruxit murum Geth, et murum Jabniæ, murumque Azoti: ædificavit quoque oppida in Azoto et in Philisthiim.

[7]Et adjuvit eum Deus contra Philisthiim, et contra Arabes qui habitabant in Gurbaal, et contra Ammonitas.

[8]Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ: et divulgatum est nomen ejus usque ad introitum Ægypti propter crebras victorias.

[9]Ædificavitque Ozias turres in Jerusalem super portam anguli, et super portam vallis, et reliquas in eodem muri latere, firmavitque eas.

[10]Exstruxit etiam turres in solitudine, et effodit cisternas plurimas, eo quod haberet

vinhateiros nas montanhas e nos pomares, porque se interessava pela agricultura.

[11] Ozias tinha um exército de guerreiros que saíam por turmas ao combate, contados segundo o recenseamento deles, feito pelo escriba Jeiel e o comissário Maasias, sob a direção de Hananias, um dos generais do rei.

[12] O número total dos chefes de família, guerreiros valentes, era de dois mil e seiscentos.

[13] O exército que comandavam era de trezentos e sete mil e quinhentos homens, que faziam a guerra com valor suficiente para ajudar o rei contra o inimigo.

[14] A todo esse exército Ozias fornecia escudos, lanças, capacetes, couraças, arcos e pedras de funda.

[15] Mandou construir em Jerusalém, pelos cuidados de um engenheiro, máquinas para serem colocadas nas torres e nos ângulos das muralhas, que atiravam flechas e grandes pedras. Sua fama se estendeu ao longe, pois Deus fez maravilhas para ajudá-lo a adquirir um grande poder.

[16] Mas, apenas sentiu-se ele poderoso, seu coração encheu-se de orgulho, para sua desgraça. Cometeu uma falta contra o Senhor, seu Deus, entrando no Templo do Senhor para queimar incenso no altar dos perfumes.

[17] O sacerdote Azarias com oitenta corajosos sacerdotes do Senhor, foram atrás.

[18] Resistiram ao rei Ozias e lhe disseram: “Não compete a ti, Ozias, queimar incenso ao Senhor, mas aos sacerdotes da estirpe de Aarão, que foram consagrados para esse fim. Sai do santuário, porque prevaricaste e isso não será para ti honra diante do Senhor Deus”.

[19] Então, Ozias, tendo na mão o turíbulo, encolerizou-se; mas, durante esse acesso de cólera, apareceu a lepra em sua fronte, ali, no Templo do Senhor, na presença dos sacerdotes, diante do altar dos perfumes.

multa pecora tam in campestribus quam in eremi vastitate: vineas quoque habuit et vinitores, in montibus et in Carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus.

[11]Fuit autem exercitus bellatorum ejus, qui procedebant ad prælia sub manu Jehiel scribæ, Maasiæque doctoris, et sub manu Hananiæ, qui erat de ducibus regis.

[12]Omnisque numerus principum per familias, virorum fortium duorum millium sexcentorum.

[13]Et sub eis universus exercitus trecentorum et septem millium quingentorum, qui erant apti ad bella, et pro rege contra adversarios dimicabant.

[14]Præparavit quoque eis Ozias, id est, cuncto exercitui, clypeos, et hastas, et galeas, et loricas, arcusque et fundas ad jaciendos lapides.

[15]Et fecit in Jerusalem diversi generis machinas, quas in turribus collocavit et in angulis murorum, ut mitterent sagittas, et saxa grandia: egressumque est nomen ejus procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus, et corroborasset illum.

[16]Sed cum roboratus esset, elevatum est cor ejus in interitum suum, et neglexit Dominum Deum suum: ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis.

[17]Statimque ingressus post eum Azarias sacerdos, et cum eo sacerdotes Domini octoginta, viri fortissimi,

[18]restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui officii, Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hujuscemodi ministerium: egredere de sanctuario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo.

[19]Iratusque Ozias, tenens in manu thuribulum ut adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte ejus coram sacerdotibus, in domo Domini super altare thymiamatis.

[20]Cumque respexisset eum Azarias pontifex, et omnes reliqui sacerdotes,

[20] O sumo sacerdote Azarias e todos os outros sacerdotes, olhando-o, viram essa lepra que ele tinha na fronte. Precipitadamente fizeram-no sair; aliás, ele próprio se apressou em sair, sentindo-se ferido pelo Senhor.

[21] O rei Ozias ficou leproso até a morte. Como tal, viveu numa casa isolada. Estava excluído do Templo do Senhor e seu filho Joatão governava o palácio e julgava o povo da terra.

[22] O profeta Isaías relatou os outros atos de Ozias, desde os primeiros até os últimos.

[23] Ozias adormeceu entre seus pais e foi sepultado perto deles, no campo da sepultura dos reis, porque diziam: "Ele era leproso". Seu filho Joatão sucedeu-lhe no trono.

viderunt lepram in fronte ejus, et festinato expulerunt eum. Sed et ipse perterritus, acceleravit egredi, eo quod sensisset illico plagam Domini.

[21]Fuit igitur Ozias rex leprosus usque ad diem mortis suæ, et habitavit in domo separata plenus lepra, ob quam ejectus fuerat de domo Domini. Porro Joatham filius ejus rexit domum regis, et judicabat populum terræ.

[22]Reliqua autem sermonum Oziæ priorum et novissimorum scripsit Isaias filius Amos propheta.

[23]Dormivitque Ozias cum patribus suis, et sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum, eo quod esset leprosus: regnavitque Joatham filius ejus pro eo.

## 2 Crônicas 27

[1] Joatão tinha a idade de vinte e cinco anos quando começou a reinar e reinou durante dezesseis anos em Jerusalém. Sua mãe chamava-se Jerusa e era filha de Sadoc.

[2] Fez o bem aos olhos do Senhor e seguiu as pegadas de seu pai Ozias, exceto que não entrou no Templo do Senhor. Mas o povo continuava a se corromper.

[3] Foi Joatão quem construiu a porta superior do Templo do Senhor e trabalhou muito no muro de Ofel.

[4] Construiu cidades na montanha de Judá, fortes e torres nas matas.

[5] Fez guerra ao rei dos amonitas e venceu-os. Nesse ano, os amonitas pagaram-lhe um tributo de cem talentos de prata, dez mil coros de trigo e dez mil de cevada. Fizeram o mesmo no segundo e no terceiro anos.

[6] Joatão tornou-se assim muito poderoso porque ele andava com firmeza nos caminhos do Senhor, seu Deus.

[7] Os outros atos de Joatão, suas ações e feitos, suas guerras, tudo isso está relatado no Livro dos Reis de Israel e de Judá.

## Paralipomenon II 27

[1]Viginti quinque annorum erat Joatham cum regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Jerusa filia Sadoc.

[2]Fecitque quod rectum erat coram Domino, juxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, excepto quod non est ingressus templum Domini: et adhuc populus delinquebat.

[3]Ipse ædificavit portam domus Domini excelsam, et in muro Ophel multa construxit.

[4]Urbes quoque ædificavit in montibus Juda, et in saltibus castella et turres.

[5]Ipse pugnavit contra regem filiorum Ammon, et vicit eos, dederuntque ei filii Ammon in tempore illo centum talenta argenti, et decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei: hæc ei præbuerunt filii Ammon in anno secundo et tertio.

[6]Corroboratusque est Joatham, eo quod direxisset vias suas coram Domino Deo suo.

[7]Reliqua autem sermonum Joatham, et omnes pugnæ ejus et opera, scripta sunt in libro regum Israël et Juda.

[8] Tinha vinte e cinco anos quando começou a reinar e reinou dezesseis anos em Jerusalém.

[9] Joatão adormeceu entre seus pais e foi sepultado na Cidade de Davi. Seu filho Acaz sucedeu-lhe no trono.

[8]Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem.

[9]Dormivitque Joatham cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David: et regnavit Achaz filius ejus pro eo.

## 2 Crônicas 28

[1] Acaz tinha a idade de vinte anos quando começou a reinar. Reinou dezesseis anos em Jerusalém. Não fez o bem aos olhos do Senhor, como havia feito Davi, seu pai,

[2] mas seguiu o exemplo dos reis de Israel. Fez até imagens de metal fundido aos Baal.

[3] Queimou perfumes no vale de Beninon e fez passar seus filhos pelo fogo, segundo o abominável costume das nações que o Senhor tinha afastado de diante dos israelitas.

[4] Oferecia sacrifícios e perfumes nos lugares altos, nas colinas e debaixo de toda árvore verdejante.

[5] O Senhor, seu Deus, o entregou às mãos do rei da Síria. Os sírios o derrotaram e fizeram um grande número de prisioneiros que foram deportados para Damasco. Ele também foi entregue às mãos do rei de Israel, que lhe infligiu grande derrota.

[6] Faceia, filho de Romelias, matou, num só dia, cento e vinte mil homens de Judá, todos aguerridos, porque tinham abandonado o Senhor, o Deus de seus pais.

[7] Zecri, um guerreiro de Efraim, matou Maasias, de estirpe real e Ezricam, chefe do palácio, assim como Elcana, o segundo depois do rei.

[8] Os israelitas fizeram dentre seus irmãos duzentos mil prisioneiros, mulheres, jovens e donzelas; fizeram também um imenso despojo, que levaram para Samaria.

[9] Ora, havia ali um profeta do Senhor, chamado Oded, o qual saiu ao encontro do exército que entrava em Samaria e lhes disse: “Vede! Na sua ira contra Judá, o Senhor, o Deus de vossos pais, vo-los

## Paralipomenon II 28

[1]Viginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem. Non fecit rectum in conspectu Domini sicut David pater ejus,

[2]sed ambulavit in viis regum Israël, insuper et statuas fudit Baalim.

[3]Ipse est qui adolevit incensum in valle Benennom, et lustravit filios suos in igne juxta ritum gentium quas interfecit Dominus in adventu filiorum Israël.

[4]Sacrificabat quoque, et thymiama succendebat in excelsis, et in collibus, et sub omni ligno frondoso.

[5]Tradiditque eum Dominus Deus ejus in manu regis Syriæ, qui percussit eum, magnamque prædam cepit de ejus imperio, et adduxit in Damascum: manibus quoque regis Israël traditus est, et percussus plaga grandi.

[6]Occiditque Phacee filius Romeliæ, de Juda centum viginti millia in die uno, omnes viros bellatores: eo quod reliquissent Dominum Deum patrum suorum.

[7]Eodem tempore occidit Zechri, vir potens ex Ephraim, Maasiam filium regis, et Ezricam ducem domus ejus, Elcanam quoque secundum a rege.

[8]Ceperuntque filii Israël de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum, et puellarum, et infinitam prædam: pertuleruntque eam in Samariam.

[9]Ea tempestate erat ibi propheta Domini, nomine Oded: qui egressus obviam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Juda, tradidit eos in manibus vestris, et occidistis eos atrociter,

entregou e vós os matastes com uma fúria tal, que subiu até o céu.

10 E agora quereis oprimir os homens de Judá e de Jerusalém até fazer deles vossos escravos e escravas. Mas, entre vós não há também prevaricações contra o Senhor, vosso Deus?

11 Escutai-me! Mandai de volta os cativos que fizestes entre vossos irmãos, pois a ira do Senhor vos ameaça".

12 Levantaram-se então alguns dos chefes dos efraimitas. Eram eles Azarias, filho de Joanã, Baraquias, filho de Mesolamot, Ezequias, filho de Selum e Amasa, filho de Hadali. Eles se opuseram aos que voltavam do exército.

13 "Não introduzireis aqui esses cativos" – disseram-lhes eles. "Quereis que nos tornemos culpados contra o Senhor e que aumentemos assim as nossas faltas que já são suficientemente numerosas? A ira do Senhor já ameaça Israel."

14 Então, na presença dos chefes e da multidão, os soldados soltaram os presos e abandonaram os despojos.

15 Em seguida, os homens, cujos nomes acabam de ser citados, acolheram os cativos. Revestiram, com vestes tiradas dos despojos, aqueles que estavam nus e os calçaram; deram-lhes comida e bebida, ungiram-nos e mandaram-nos a Jericó, a cidade das palmeiras, junto de seus irmãos, tendo colocado sobre jumentos todos os que se achavam extenuados. Depois disso, voltaram para Samaria.

16 Naquele tempo, o rei Acaz mandou pedir socorro aos reis da Assíria,

17 pois os edomitas tinham voltado para combater os judeus e levá-los prisioneiros.

18 Os filisteus tinham também invadido as cidades da planície e do Negueb, de Judá; tinham tomado Bet-Sames, Aialon, Gederot, Soco e as cidades que delas dependiam, Tamna e seus arrabaldes, Gamzo e seus arrabaldes e nelas se estabeleceram.

19 O Senhor humilhava Judá por causa de Acaz, rei de Israel, que tinha soltado os

ita ut ad cælum pertingeret vestra crudelitas.

10Insuper filios Juda et Jerusalem vultis vobis subjicere in servos et ancillas: quod nequaquam facto opus est: peccastis enim super hoc Domino Deo vestro.

11Sed audite consilium meum, et reducite captivos quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus furor Domini imminet vobis.

12Steterunt itaque viri de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Johanan, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, et Amasa filius Adali, contra eos qui veniebant de prælio,

13et dixerunt eis: Non introducetis huc captivos, ne peccemus Domino. Quare vultis adjicere super peccata nostra, et vetera cumulare delicta? grande quippe peccatum est, et ira furoris Domini imminet super Israël.

14Dimiseruntque viri bellatores prædam, et universa quæ ceperant, coram principibus, et omni multitudine.

15Steteruntque viri quos supra memoravimus, et apprehendentes captivos, omnesque qui nudi erant, vestierunt de spoliis: cumque vestissent eos, et calceassent, et refecissent cibo ac potu, unxissentque propter laborem, et adhibuissent eis curam: quicumque ambulare non poterant, et erant imbecillo corpore, imposuerunt eos jumentis, et adduxerunt Jericho civitatem palmarum ad fratres eorum, ipsique reversi sunt in Samariam.

16Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium.

17Veneruntque Idumæi, et percusserunt multos ex Juda, et ceperunt prædam magnam.

18Philisthiim quoque diffusi sunt per urbes campestres, et ad meridiem Juda: ceperuntque Bethsames, et Ajalon, et Gaderoth, Socho quoque, et Thamnan, et Gamzo, cum viculis suis, et habitaverunt in eis.

freios em Judá e cometido graves delitos contra o Senhor.

[20] Teglat-Falasar, rei da Assíria, em vez de dar-lhe apoio, atacou-o e oprimiu-o.

[21] Em vão Acaz tinha despojado o Templo do Senhor, o palácio real e os príncipes para fazer presentes ao rei da Assíria. Tudo isso de nada lhe valeu.

[22] Embora estivesse angustiado, o rei Acaz continuou seus crimes contra o Senhor.

[23] Oferecia sacrifícios aos deuses de Damasco, que o tinham derrotado: "São – dizia ele – os deuses dos reis da Síria que lhes vêm em auxílio. Portanto, vou lhes oferecer sacrifícios para que me ajudem igualmente". Mas foram a causa de sua queda e de todo o Israel.

[24] Acaz juntou todos os utensílios do templo e os fez em pedaços. Cerrou as portas do Templo do Senhor, fabricou altares em todos os cantos de Jerusalém,

[25] assim como lugares altos em cada uma das cidades de Judá para neles oferecer incenso aos deuses falsos. Assim ele exasperava o Senhor, o Deus de seus pais.

[26] Seus outros atos, seus feitos e façanhas, dos primeiros aos últimos, tudo isso está relatado no Livro dos Reis de Judá e de Israel.

[27] Adormeceu com seus pais e foi sepultado na cidade, em Jerusalém, pois não o colocaram nos sepulcros dos reis de Israel. Seu filho Ezequias sucedeu-lhe no trono.

[19]Humiliaverat enim Dominus Judam propter Achaz regem Juda, eo quod nudasset eum auxilio, et contemptui habuisset Dominum.

[20]Adduxitque contra eum Thelgathphalnasar regem Assyriorum, qui et afflixit eum, et nullo resistente vastavit.

[21]Igitur Achaz, spoliata domo Domini, et domo regum ac principum, dedit regi Assyriorum munera, et tamen nihil ei profuit.

[22]Insuper et tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum, ipse per se rex Achaz,

[23]immolavit diis Damasci victimas percussoribus suis, et dixit: Dii regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, et aderunt mihi: cum e contrario ipsi fuerint ruinæ ei, et universo Israël.

[24]Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque confractis, clausit januas templi Dei, et fecit sibi altaria in universis angulis Jerusalem.

[25]In omnibus quoque urbibus Juda exstruxit aras ad cremandum thus, atque ad iracundiam provocavit Dominum Deum patrum suorum.

[26]Reliqua autem sermonum ejus, et omnium operum suorum priorum et novissimorum, scripta sunt in libro regum Juda et Israël.

[27]Dormivitque Achaz cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate Jerusalem: neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israël. Regnavitque Ezechias filius ejus pro eo.

## 2 Crônicas 29

[1] Ezequias tinha vinte e cinco anos quando começou a reinar e reinou em Jerusalém vinte e nove anos. Sua mãe chamava-se Abias, filha de Zacarias.

[2] Fez o bem aos olhos do Senhor, assim como tinha feito Davi, seu pai.

## Paralipomenon II 29

[1]Igitur Ezechias regnare cœpit, cum viginti quinque esset annorum, et viginti novem annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Abia filia Zachariæ.

[2]Fecitque quod erat placitum in conspectu Domini, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.

[3] Foi ele que, no primeiro ano de seu reinado, no primeiro mês, reabriu as portas do templo, depois de tê-las reparado.

[4] Convocou os sacerdotes e os levitas para uma assembleia que se realizou na praça oriental.

[5] Disse-lhes ele: “Escutai-me, levitas! Santificai-vos agora, santificai o Templo do Senhor, o Deus de nossos pais, e purificai-o de tudo o que o mancha,

[6] porque nossos pais prevaricaram, fizeram o mal aos olhos do Senhor, nosso Deus, e o abandonaram. Desviaram seus olhos de sua morada e voltaram-lhe as costas;

[7] cerraram as portas do pórtico, extinguiram as lâmpadas, não mais queimaram incenso, suprimiram os holocaustos no santuário do Deus de Israel.

[8] Por isso, a ira do Senhor se desencadeou contra Judá e Jerusalém e os entregou à desolação, fazendo deles um objeto de espanto e zombaria, como vedes com os vossos próprios olhos.

[9] Foi assim que nossos pais caíram sob a espada, que nossas mulheres e filhas estão no cativeiro.

[10] Tenho agora a intenção de fazer um pacto com o Senhor, Deus de Israel, para que o ardor de sua ira nos poupe.

[11] Ora, meus filhos, não sejais indolentes, porque é a vós que o Senhor escolheu para estardes diante dele, para fazer seu serviço e oferecer-lhe incenso”.

[12] Então, se apresentaram os levitas: Maat, filho de Amasai, Joel, filho de Azarias, da linhagem dos filhos de Caat; da linhagem de Merari, Cis, filho de Abdi, Azarias, filho de Jalaleel; da linhagem dos gersonitas, Joá, filho de Zema, Eden, filho de Joá;

[13] da linhagem de Elisafã, Samri e Jeiel; da linhagem de Asaf, Zacarias e Matanias;

[14] da linhagem de Emã, Jaiel e Semei; da linhagem de Iditun, Semeías e Oziel.

[15] Puseram-se a reunir seus irmãos e depois de se terem santificado, vieram, por ordem

[3]Ipse, anno et mense primo regni sui, aperuit valvas domus Domini, et instauravit eas.

[4]Adduxitque sacerdotes atque Levitas, et congregavit eos in plateam orientalem.

[5]Dixitque ad eos: Audite me, Levitæ, et sanctificamini: mundate domum Domini Dei patrum vestrorum, et auferte omnem immunditiam de sanctuario.

[6]Peccaverunt patres nostri, et fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquentes eum: averterunt facies suas a tabernaculo Domini, et præbuerunt dorsum.

[7]Clauserunt ostia quæ erant in porticu, et extinxerunt lucernas, incensumque non adoleverunt, et holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israël.

[8]Concitatus est itaque furor Domini super Judam et Jerusalem, tradiditque eos in commotionem, et in interitum, et in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris.

[9]En corruerunt patres nostri gladiis: filii nostri, et filiæ nostræ, et conjuges captivæ ductæ sunt propter hoc scelus.

[10]Nunc ergo placet mihi ut ineamus fœdus cum Domino Deo Israël, et avertet a nobis furorem iræ suæ.

[11]Filii mei, nolite negligere: vos elegit Dominus ut stetis coram eo, et ministretis illi, colatisque eum, et cremetis ei incensum.

[12]Surrexerunt ergo Levitæ: Mahath filius Amasai, et Joël filius Azariæ de filiis Caath: porro de filiis Merari, Cis filius Abdi, et Azarias filius Jalaleel. De filiis autem Gersom, Joah filius Zemma, et Eden filius Joah.

[13]At vero de filiis Elisaphan, Samri, et Jahiel. De filiis quoque Asaph, Zacharias, et Mathanias:

[14]necnon de filiis Heman, Jahiel, et Semei: sed et de filiis Idithun, Semeias, et Oziel.

[15]Congregaveruntque fratres suos, et sanctificati sunt, et ingressi sunt juxta mandatum regis et imperium Domini, ut expiarent domum Dei.

do rei e conforme as palavras do Senhor, purificar o templo.

16 Entraram no Templo do Senhor para purificá-lo. Varreram do átrio do templo toda imundície que encontraram e os levitas a levaram de lá para o vale do Cedron.

17 Foi no primeiro dia do primeiro mês que começaram essa purificação; no oitavo dia desse mês, tinham chegado ao pórtico. Em oito dias, o templo foi purificado. No décimo sexto dia do mês estava tudo acabado.

18 Dirigiram-se, então, à casa do rei Ezequias, a quem disseram: "Purificamos todo o Templo do Senhor, o altar dos holocaustos com todos os seus utensílios, a mesa dos pães de proposição com todos os seus utensílios.

19 Pusemos em condição e purificamos todos os objetos que Acaz, durante seu reinado, tinha manchado. E estão diante do altar do Senhor".

20 No dia seguinte, de manhã, o rei Ezequias reuniu os dignitários da cidade e subiu ao templo.

21 Levaram sete touros, sete carneiros, sete cordeiros, sete bodes em sacrifício pelo pecado, na intenção da realeza, do santuário e de Judá. Disse o rei aos sacerdotes da linhagem de Aarão que os oferecessem no altar do Senhor.

22 Os sacerdotes imolaram os touros, dos quais recolheram o sangue para, em seguida, o derramarem sobre o altar. Depois, imolaram os carneiros e espalharam seu sangue sobre o altar e fizeram o mesmo com os cordeiros.

23 Trouxeram então os bodes pelo pecado, diante do rei e da multidão e todos puseram a mão sobre eles.

24 Os sacerdotes os imolaram e derramaram seu sangue sobre o altar em expiação dos pecados de todo o Israel, porque era para todo o Israel que o rei tinha ordenado o holocausto e o sacrifício expiatório.

16Sacerdotes quoque ingressi templum Domini ut sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam quam intro repererant in vestibulo domus Domini: quam tulerunt Levitæ, et asportaverunt ad torrentem Cedron foras.

17Cœperunt autem prima die mensis primi mundare, et in die octavo ejusdem mensis ingressi sunt porticum templi Domini, expiaveruntque templum diebus octo, et in die sextadecima mensis ejusdem, quod cœperant, impleverunt.

18Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem, et dixerunt ei: Sanctificavimus omnem domum Domini, et altare holocausti, vasaque ejus, necnon et mensam propositionis cum omnibus vasis suis,

19cunctamque templi supellectilem, quam polluerat rex Achaz in regno suo, postquam prævaricatus est: et ecce exposita sunt omnia coram altare Domini.

20Consurgensque diluculo Ezechias rex, adunavit omnes principes civitatis, et ascendit in domum Domini:

21obtuleruntque simul tauros septem, et arietes septem, agnos septem, et hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Juda: dixitque sacerdotibus filiis Aaron, ut offerrent super altare Domini.

22Mactaverunt igitur tauros, et susceperunt sanguinem sacerdotes, et fuderunt illum super altare: mactaverunt etiam arietes, et illorum sanguinem super altare fuderunt, immolaveruntque agnos, et fuderunt super altare sanguinem.

23Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, et universa multitudine, imposueruntque manus suas super eos:

24et immolaverunt illos sacerdotes, et asperserunt sanguinem eorum coram altare pro piaculo universi Israëlis: pro omni quippe Israël præceperat rex ut holocaustum fieret, et pro peccato.

25Constituit quoque Levitas in domo Domini cum cymbalis, et psalteriis, et citharis secundum dispositionem David

[25] Ele tinha colocado no templo levitas, com címbalos, cítaras e harpas, segundo o rito de Davi, de Gad, o vidente do rei e do profeta Natã. Mas era o Senhor quem tinha instituído isso, pela boca de seus profetas.

[26] Os levitas tinham tomado posição com os instrumentos de Davi e os sacerdotes com as trombetas.

[27] Quando Ezequias deu ordem de oferecer o holocausto sobre o altar, no momento em que começou esse sacrifício, o cântico se fez ouvir, assim como as trombetas, acompanhadas pelos instrumentos de Davi, rei de Israel.

[28] Toda a assembleia estava prostrada. Entoaram o cântico e tocaram as trombetas até findar-se o holocausto.

[29] Terminado o sacrifício, o rei e todos os que o cercavam curvaram os joelhos e se prosternaram.

[30] Em seguida, o rei e os chefes ordenaram aos levitas que cantassem um cântico ao Senhor, com as palavras de Davi e de Asaf, o vidente. Cantaram esse hino com júbilo. Depois, inclinaram-se em adoração.

[31] Ezequias então tomou a palavra: “Agora – disse ele – que estais consagrados ao Senhor, aproximai-vos e oferecei sacrifícios e ações de graças no Templo do Senhor”. E a multidão levou vítimas para oferecê-las em ações de graças, como também holocaustos, tanto quanto cada um queria oferecer voluntariamente.

[32] Eis o número de holocaustos oferecidos pela multidão: setenta touros, cem carneiros, duzentos cordeiros, tudo em holocausto ao Senhor.

[33] Consagraram, além disso, seiscentos bois e três mil ovelhas.

[34] Mas como os sacerdotes, em razão de seu pequeno número, não podiam esfolar todos os holocaustos, seus irmãos, os levitas, ajudaram até que não houvesse mais necessidade e até que os outros sacerdotes se tivessem santificado. Porque os levitas tinham mostrado mais solicitude que os sacerdotes para se purificarem.

regis, et Gad videntis, et Nathan prophetæ: siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum ejus.

[26]Steteruntque Levitæ tenentes organa David, et sacerdotes tubas.

[27]Et jussit Ezechias ut offerrent holocausta super altare: cumque offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, et clangere tubis, atque in diversis organis quæ David rex Israël præparaverat, concrepare.

[28]Omni autem turba adorante, cantores, et ii qui tenebant tubas, erant in officio suo donec compleretur holocaustum.

[29]Cumque finita esset oblatio, incurvatus est rex, et omnes qui erant cum eo, et adoraverunt.

[30]Præcepitque Ezechias et principes Levitis, ut laudarent Dominum sermonibus David, et Asaph videntis: qui laudaverunt eum magna lætitia, et incurvato genu adoraverunt.

[31]Ezechias autem etiam hæc addidit: Implestis manus vestras Domino: accedite, et offerte victimas et laudes in domo Domini. Obtulit ergo universa multitudo hostias, et laudes, et holocausta, mente devota.

[32]Porro numerus holocaustorum quæ obtulit multitudo, hic fuit: tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos.

[33]Sanctificaveruntque Domino boves sexcentos, et oves tria millia.

[34]Sacerdotes vero pauci erant, nec poterant sufficere ut pelles holocaustorum detraherent: unde et Levitæ fratres eorum adjuverunt eos, donec impleretur opus, et sanctificarentur antistites: Levitæ quippe faciliori ritu sanctificantur quam sacerdotes.

[35]Fuerunt ergo holocausta plurima, adipes pacificorum, et libamina holocaustorum: et completus est cultus domus Domini.

[36]Lætatusque est Ezechias et omnis populus, eo quod ministerium Domini esset

[35] Houve ainda holocaustos em abundância, além da queima da gordura dos sacrifícios pacíficos e das libações para os holocaustos. Foi assim restabelecido o culto no Templo do Senhor.

[36] Ezequias e o povo regozijaram-se de que o Senhor tivesse bem disposto todo o povo, porque a coisa se tinha feito de improviso.

expletum: de repente quippe hoc fieri placuerat.

## 2 Crônicas 30

[1] Ezequias enviou mensageiros a todo o Israel e a todo o Judá e também escreveu também cartas a Efraim e a Manassés para convidá-los a vir ao templo de Jerusalém, a fim de celebrarem a Páscoa em honra do Senhor, Deus de Israel.

[2] O rei, seus chefes e toda a multidão de Jerusalém tinham resolvido celebrar a Páscoa no segundo mês;

[3] não puderam fazê-lo em tempo, porque não estavam santificados sacerdotes em número suficiente e o povo não se tinha ainda reunido em Jerusalém.

[4] Tendo isso agradado ao rei e à assembleia,

[5] decidiram publicar em todo o Israel, desde Bersabeia até Dã, a ordem de vir a Jerusalém para celebrar a Páscoa em honra do Senhor, Deus de Israel, pois desde muito tempo não mais fora celebrada como estava prescrito.

[6] Partiram, então, os correios com as cartas do rei e dos chefes, para todo o Israel e Judá. Por ordem do rei, eles diziam: "Israelitas, voltai ao Senhor, o Deus de Abraão, de Isaac e de Israel, a fim de que ele se volte àqueles dentre vós que conseguiram escapar das mãos do rei da Assíria.

[7] Não sejais como vossos pais e vossos irmãos que prevaricaram contra o Senhor, o Deus de seus pais, o qual os entregou à desolação, como vedes.

[8] Não endureçais vossa cerviz como fizeram vossos pais. Dai a mão ao Senhor, vinde a seu santuário que ele consagrou para sempre e servi ao Senhor, vosso Deus, a fim

## Paralipomenon II 30

[1]Misit quoque Ezechias ad omnem Israël et Judam: scripsitque epistolas ad Ephraim et Manassen ut venirent ad domum Domini in Jerusalem, et facerent Phase Domino Deo Israël.

[2]Inito ergo consilio regis et principum, et universi cœtus Jerusalem, decreverunt ut facerent Phase mense secundo.

[3]Non enim potuerant facere in tempore suo, quia sacerdotes qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, et populus nondum congregatus fuerat in Jerusalem.

[4]Placuitque sermo regi, et omni multitudini.

[5]Et decreverunt ut mitterent nuntios in universum Israël, de Bersabee usque Dan, ut venirent, et facerent Phase Domino Deo Israël in Jerusalem: multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est.

[6]Perrexeruntque cursores cum epistolis ex regis imperio, et principum ejus, in universum Israël et Judam, juxta id quod rex jusserat, prædicantes: Filii Israël, revertimini ad Dominum Deum Abraham, et Isaac, et Israël: et revertetur ad reliquias quæ effugerunt manum regis Assyriorum.

[7]Nolite fieri sicut patres vestri et fratres, qui recesserunt a Domino Deo patrum suorum, qui tradidit eos in interitum, ut ipsi cernitis.

[8]Nolite indurare cervices vestras, sicut patres vestri: tradite manus Domino, et venite ad sanctuarium ejus quod sanctificavit in æternum: servite Domino Deo patrum vestrorum, et avertetur a vobis ira furoris ejus.

[9]Si enim vos reversi fueritis ad Dominum, fratres vestri et filii habebunt

de que ele afaste de vós o ardor de sua cólera.

[9] Se voltardes para o Senhor, vossos irmãos e vossos filhos acharão misericórdia diante daqueles que os levaram para o cativeiro e voltarão à sua terra, pois o Senhor Deus é generoso e misericordioso e não desviará os olhos de vós, se voltardes para ele".

[10] Assim, os correios passaram de cidade em cidade, na terra de Efraim, de Manassés e até de Zabulon. Zombaram deles e os escarneceram.

[11] Contudo, alguns homens de Aser, de Manassés e de Zabulon humilharam-se e dirigiram-se a Jerusalém.

[12] Também em Judá, a mão de Deus operou sobre os habitantes para dar-lhes um mesmo desejo de executar o mandato do rei e de seus chefes, conforme a palavra do Senhor.

[13] Grandes multidões afluíram a Jerusalém para celebrar a festa dos Ázimos, no segundo mês. Foi uma imensa afluência de povo.

[14] Eles puseram-se a destruir os altares que se encontravam em Jerusalém, a destruir todos os altares dos perfumes e os atiraram na torrente do Cedron.

[15] Imolaram a Páscoa no décimo quarto dia do segundo mês. Os sacerdotes e os levitas, cheios de confusão, tinham se santificado e ofereceram holocaustos no templo.

[16] Ocupavam seu lugar normal, como o prescreve a Lei de Moisés, homem de Deus. Os sacerdotes aspergiam o sangue que lhes davam os levitas.

[17] Como houvesse na assistência muitos que não se tinham purificado, os levitas encarregaram-se de imolar a Páscoa, para todos os que não estavam puros, a fim de consagrá-los ao Senhor.

[18] Grande parte do povo, com efeito, muitos de Efraim, de Manassés, de Issacar e de Zabulon, comeu a Páscoa, contrariamente à prescrição, sem ter-se purificado. Mas Ezequias fez por eles esta prece: "Digne-se o Senhor, na sua bondade,

misericordiam coram dominis suis, qui illos duxerunt captivos, et revertentur in terram hanc: pius enim et clemens est Dominus Deus vester, et non avertet faciem suam a vobis, si reversi fueritis ad eum.

[10]Igitur cursores pergebant velociter de civitate in civitatem per terram Ephraim et Manasse usque ad Zabulon, illis irridentibus et subsannantibus eos.

[11]Attamen quidam viri ex Aser, et Manasse, et Zabulon acquiescentes consilio, venerunt Jerusalem.

[12]In Juda vero facta est manus Domini ut daret eis cor unum, ut facerent juxta præceptum regis et principum verbum Domini.

[13]Congregatique sunt in Jerusalem populi multi ut facerent solemnitatem azymorum, in mense secundo:

[14]et surgentes destruxerunt altaria quæ erant in Jerusalem, atque universa in quibus idolis adolebatur incensum, subvertentes, projecerunt in torrentem Cedron.

[15]Immolaverunt autem Phase quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoque atque Levitæ tandem sanctificati, obtulerunt holocausta in domo Domini:

[16]steteruntque in ordine suo juxta dispositionem et legem Moysi hominis Dei: sacerdotes vero suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Levitarum,

[17]eo quod multa turba sanctificata non esset: et idcirco immolarent Levitæ Phase his qui non occurrerant sanctificari Domino.

[18]Magna etiam pars populi de Ephraim, et Manasse, et Issachar, et Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comedit Phase non juxta quod scriptum est: et oravit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus propitiabitur

[19]cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum: et non imputabit eis quod minus sanctificati sunt.

[19] perdoar todos os que aplicaram seu coração à procura do Senhor Deus, o Deus de seus pais, conquanto não tivessem a purificação exigida para o santuário!”.

[20] O Senhor escutou Ezequias e perdoou o povo.

[21] Os israelitas que se encontravam em Jerusalém celebraram alegremente a festa dos Ázimos durante uma semana. E cada dia os levitas e os sacerdotes louvaram o Senhor com instrumentos possantes, em honra do Senhor.

[22] Ezequias dirigiu palavras de encorajamento a todos os levitas que se tinham mostrado compreensivos no serviço do Senhor. Durante sete dias comeram as vítimas da festa, ofereceram sacrifícios pacíficos e glorificaram o Senhor, o Deus de seus pais.

[23] Mas a opinião de toda a multidão era de prolongar a festa por mais uma semana; e esses sete dias suplementares foram celebrados com alegria.

[24] Ezequias tinha dado à multidão mil touros e sete mil ovelhas. Os chefes ajuntaram a isso mil touros e dez mil ovelhas. Os sacerdotes, em grande número, se tinham purificado.

[25] A alegria reinava em toda a multidão dos homens de Judá, entre os sacerdotes e os levitas, a multidão vinda de Israel e os estrangeiros vindos de Israel ou estabelecidos em Judá.

[26] Em Jerusalém houve grande júbilo, tanto que nada de semelhante se tinha visto na cidade desde o tempo de Salomão, filho de Davi, rei de Israel.

[27] Finalmente, os sacerdotes e os levitas levantaram-se para abençoar a multidão. A voz deles foi ouvida e a prece deles chegou até a morada santa do Senhor, no céu.

[20]Quem exaudivit Dominus, et placatus est populo.

[21]Feceruntque filii Israël, qui inventi sunt in Jerusalem, solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, laudantes Dominum per singulos dies: Levitæ quoque et sacerdotes per organa quæ suo officio congruebant.

[22]Et locutus est Ezechias ad cor omnium Levitarum qui habebant intelligentiam bonam super Domino: et comederunt septem diebus solemnitatis, immolantes victimas pacificorum, et laudantes Dominum Deum patrum suorum.

[23]Placuitque universæ multitudini ut celebrarent etiam alios dies septem: quod et fecerunt cum ingenti gaudio.

[24]Ezechias enim rex Juda præbuerat multitudini mille tauros, et septem millia ovium: principes vero dederant populo tauros mille, et oves decem millia: sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo.

[25]Et hilaritate perfusa omnis turba Juda, tam sacerdotum et Levitarum, quam universæ frequentiæ quæ venerat ex Israël: proselytorum quoque de terra Israël, et habitantium in Juda.

[26]Factaque est grandis celebritas in Jerusalem, qualis a diebus Salomonis filii David regis Israël in ea urbe non fuerat.

[27]Surrexerunt autem sacerdotes atque Levitæ benedicentes populo: et exaudita est vox eorum, pervenitque oratio in habitaculum sanctum cæli.

## 2 Crônicas 31

[1] Acabadas essas festas, os israelitas presentes foram às cidades de Judá e despedaçaram as estelas, derrubaram as aserás, destruíram os lugares altos e

## Paralipomenon II 31

[1]Cumque hæc fuissent rite celebrata, egressus est omnis Israël qui inventus fuerat in urbibus Juda, et fregerunt simulacra, succideruntque lucos, demoliti

demoliram os altares de todo o Judá, Benjamim, Efraim e Manassés. Foi uma destruição radical. Feito isso, os israelitas retornaram cada qual para sua cidade, cada qual para sua terra.

[2] Ezequias restabeleceu as categorias dos sacerdotes e levitas segundo suas classes, tendo cada um deles sua função própria, seja para os holocaustos e os sacrifícios pacíficos, seja para o serviço do culto, seja para os cantos e louvores às portas da morada do Senhor.

[3] O rei reservou também uma porção de seus bens para os holocaustos da manhã e da tarde, para os dos sábados, das neomênias e das solenidades, conforme a prescrição da Lei do Senhor.

[4] Ordenou ao povo, que habitava em Jerusalém, provesse à manutenção dos sacerdotes e levitas, a fim de que estes pudessem consagrar-se à observância da Lei do Senhor.

[5] Logo que essa ordem foi promulgada, os israelitas multiplicaram suas oferendas das primícias de trigo, do mosto, do azeite, do mel e de todos os produtos do campo, com uma abundância de dízimos de toda a sorte.

[6] Os israelitas e os filhos de Judá que moravam em Judá deram também o dízimo do gado e dos rebanhos bem como o dízimo das coisas santas, consagradas ao Senhor, seu Deus, e fizeram dele montões.

[7] Esse estoque começou no terceiro mês e só no sétimo mês acabou.

[8] Vieram então Ezequias e seus chefes e, vendo esses montões, louvaram o Senhor e seu povo de Israel.

[9] Ezequias interrogou a esse respeito os sacerdotes e os levitas.

[10] O sumo sacerdote Azarias, da linhagem de Sadoc, respondeu-lhe: “Desde que começaram a trazer essas oferendas ao templo, temos comido à saciedade e delas nos restam muitas. O Senhor abençoou seu povo: eis tudo o que sobra”.

[11] Ezequias deu ordem de preparar celeiros no Templo do Senhor, o que foi feito.

sunt excelsa, et altaria destruxerunt, non solum de universo Juda et Benjamin, sed et de Ephraim quoque et Manasse, donec penitus everterent: reversique sunt omnes filii Israël in possessiones et civitates suas.

[2]Ezechias autem constituit turmas sacerdotales et Leviticas per divisiones suas, unumquemque in officio proprio, tam sacerdotum videlicet quam Levitarum, ad holocausta et pacifica, ut ministrarent et confiterentur, canerentque in portis castrorum Domini.

[3]Pars autem regis erat, ut de propria ejus substantia offerretur holocaustum, mane semper et vespere: sabbatis quoque, et calendis, et solemnitatibus ceteris, sicut scriptum est in lege Moysi.

[4]Præcepit etiam populo habitantium Jerusalem ut darent partes sacerdotibus et Levitis, ut possent vacare legi Domini.

[5]Quod cum percrebruisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filii Israël frumenti, vini, et olei: mellis quoque, et omnium quæ gignit humus, decimas obtulerunt.

[6]Sed et filii Israël et Juda qui habitabant in urbibus Juda, obtulerunt decimas boum et ovium, decimasque sanctorum quæ voverant Domino Deo suo: atque universa portantes, fecerunt acervos plurimos.

[7]Mense tertio cœperunt acervorum jacere fundamenta, et mense septimo compleverunt eos.

[8]Cumque ingressi fuissent Ezechias et principes ejus, viderunt acervos, et benedixerunt Domino ac populo Israël.

[9]Interrogavitque Ezechias sacerdotes et Levitas, cur ita jacerent acervi.

[10]Respondit illi Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc, dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, et saturati sumus, et remanserunt plurima, eo quod benedixerit Dominus populo suo: reliquarum autem copia est ista, quam cernis.

[12] Neles amontoaram fielmente as oferendas, os dízimos e as coisas consagradas. Para essa tarefa foi encarregado o levita Conenias, ajudado por seu irmão Semei.

[13] Sob a direção deles, Jaiel, Azarias, Naat, Asael, Jarmut, Jozabad, Eliel, Jesmaquias, Maat e Banaías exerciam o ofício de vigilantes, todos sob a ordem do rei Ezequias e de Azarias, governador do templo.

[14] O levita Coré, guarda da porta oriental, estava encarregado dos dons voluntários feitos a Deus, da distribuição das oferendas feitas ao Senhor e das coisas consagradas.

[15] Estavam à sua disposição, nas cidades sacerdotais, Eden, Miniamin, Jesué, Semeías, Amarias e Sequenias, com a missão de distribuir equitativamente sua parte a cada um, grandes e pequenos, segundo suas classes –

[16] com exceção, contudo, dos varões inscritos da idade de três anos para cima. – Faziam a distribuição a todos os que vinham ao Templo do Senhor para o serviço cotidiano, conforme suas funções e classes.

[17] A inscrição dos sacerdotes era feita segundo suas famílias e a dos levitas, desde a idade de vinte anos para cima, segundo suas funções e classes.

[18] A inscrição de toda essa multidão mencionava toda a família: mulheres, filhos e filhas, porque a distribuição das oferendas devia-se fazer com equidade.

[19] Quanto aos sacerdotes da linhagem de Aarão, que moravam no campo e nos arrabaldes de suas cidades, havia em cada localidade homens nominalmente designados para distribuir porções a todo varão dentre os sacerdotes e a todos os levitas inscritos.

[20] Foram essas as medidas tomadas por Ezequias em toda a terra de Judá. Praticou o bem, leal e fielmente diante do Senhor, seu Deus.

[21] Em tudo o que empreendeu para o serviço do templo, para a lei e as

[11]Præcepit igitur Ezechias ut præpararent horrea in domo Domini. Quod cum fecissent,

[12]intulerunt tam primitias quam decimas, et quæcumque voverant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Levita, et Semei frater ejus secundus,

[13]post quem Jahiel, et Azarias, et Nahath, et Asaël, et Jerimoth, Jozabad quoque, et Eliel, et Jesmachias, et Mahath, et Banaias, præpositi sub manibus Choneniæ et Semei fratris ejus, ex imperio Ezechiæ regis et Azariæ pontificis domus Dei, ad quos omnia pertinebant.

[14]Core vero filius Jemna Levites, et janitor orientalis portæ, præpositus erat iis quæ sponte offerebantur Domino, primitiisque et consecratis in Sancta sanctorum.

[15]Et sub cura ejus Eden, et Benjamin, Jesue, et Semeias, Amarias quoque, et Sechenias in civitatibus sacerdotum, ut fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque majoribus:

[16]exceptis maribus ab annis tribus et supra, cunctis qui ingrediebantur templum Domini, et quidquid per singulos dies conducebat in ministerio, atque observationibus juxta divisiones suas,

[17]sacerdotibus per familias, et Levitis a vigesimo anno et supra, per ordines et turmas suas,

[18]universæque multitudini tam uxoribus quam liberis eorum utriusque sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur.

[19]Sed et filiorum Aaron per agros, et suburbana urbium singularum, dispositi erant viri, qui partes distribuerent universo sexui masculino de sacerdotibus et Levitis.

[20]Fecit ergo Ezechias universa quæ diximus in omni Juda: operatusque est bonum et rectum, et verum coram Domino Deo suo,

[21]in universa cultura ministerii domus Domini, juxta legem et cæremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque, et prosperatus est.

prescrições, só procurou a vontade de Deus, pondo na sua obra todo o seu coração. Em tudo foi bem-sucedido.

## 2 Crônicas 32

[1] Depois desses feitos, que eram provas de fidelidade, Senaquerib, rei da Assíria, invadiu Judá e assediou as cidades fortes com o desígnio de se apoderar delas.

[2] Quando Ezequias viu que o objetivo de Senaquerib era Jerusalém,

[3] resolveu, de acordo com os chefes e seus oficiais, obstruir as águas das nascentes que se encontravam fora da cidade. E todos o ajudaram a executar esse projeto.

[4] Juntou muita gente que se pôs a obstruir todas as fontes como também o riacho que corria no meio da terra. "Por que – diziam eles – os reis da Assíria haveriam de encontrar, chegando aqui, água em abundância?"

[5] Ezequias, cheio de energia, reparou a muralha em ruína, levantou torres, construiu um segundo muro exterior, restaurou Milo, na Cidade de Davi, e mandou fabricar lanças e escudos em grande abundância.

[6] Colocou à frente do exército chefes militares, reuniu-os perto de si na praça da porta da cidade e exortou-os à coragem.

[7] "Sede valentes – disse-lhes ele –, cobrai coragem, nenhum temor ou pavor diante do rei da Assíria e toda essa multidão que ele arrasta após si. Há mais conosco do que com ele.

[21]Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Ahava, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, et peteremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostris, universæque substantiæ nostræ.

[22]Erubui enim petere a rege auxilium et equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi: Manus Dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate: et imperium ejus, et fortitudo ejus, et furor, super omnes qui derelinquunt eum.

[23]Jejunavimus autem, et rogavimus Deum nostrum per hoc: et evenit nobis prospere.

[24]Et separavi de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam, et Hasabiam, et cum eis de fratribus eorum decem:

[25]appendique eis argentum et aurum, et vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex et consiliatores ejus, et principes ejus, universusque Israël eorum qui inventi fuerant:

[26]et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, et vasa argentea centum, auri centum talenta:

[27]et crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos, et vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra ut aurum.

[28]Et dixi eis: Vos sancti Domini, et vasa sancta, et argentum et aurum, quod sponte oblatum est Domino Deo patrum nostrorum:

[29]vigilate et custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum, et Levitarum, et ducibus familiarum Israël in Jerusalem, in thesaurum domus Domini.

[30]Susceperunt autem sacerdotes et Levitæ pondus argenti, et auri, et vasorum, ut deferrent Jerusalem in domum Dei nostri.

[31]Promovimus ergo a flumine Ahava duodecimo die mensis primi ut pergeremus Jerusalem: et manus Dei nostri fuit super nos, et liberavit nos de manu inimici et insidiatoris in via.

[32]Et venimus Jerusalem, et mansimus ibi tribus diebus.

[30] Os sacerdotes e levitas receberam, pois, o ouro, a prata e os utensílios assim pesados, para levá-los a Jerusalém, à casa de nosso Deus.

[31] Partimos do riacho de Aava no dia doze do primeiro mês, a fim de irmos para Jerusalém. A mão de nosso Deus nos protegia e nos salvava das mãos dos inimigos e de suas emboscadas durante o trajeto.

[32] Chegados a Jerusalém, repousamos durante três dias.

[33] Ao quarto dia, a prata, o ouro e os utensílios foram pesados na casa de nosso Deus e entregues a Meremot, filho de Urias, o sacerdote. Ele tinha consigo Eleazar, filho de Fineias, e com eles os levitas Jozabad, filho de Josué, e Noadaías, filho de Benui.

[34] Tudo foi contado e pesado. E, ao mesmo tempo, o peso total foi consignado por escrito.

[35] Os exilados que voltavam do exílio, homens nascidos no cativeiro, ofereceram em holocausto ao Deus de Israel doze touros por todo o Israel, noventa e seis carneiros, setenta e sete cordeiros e doze bodes pelos pecados, tudo em holocausto ao Senhor.

[36] Entregaram o decreto do rei aos sátrapas do rei e aos governadores de além do rio. Estes deram seu apoio ao povo e à casa de Deus'."

[33]Die autem quarta appensum est argentum, et aurum, et vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Uriæ sacerdotis, et cum eo Eleazar filius Phinees, cumque eis Jozabed filius Josue, et Noadaia filius Bennoi Levitæ,

[34]juxta numerum et pondus omnium: descriptumque est omne pondus in tempore illo.

[35]Sed et qui venerant de captivitate filii transmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Israël, vitulos duodecim pro omni populo Israël, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim: omnia in holocaustum Domino.

[36]Dederunt autem edicta regis satrapis qui erant de conspectu regis, et ducibus trans flumen, et elevaverunt populum et domum Dei.

## Esdras 9

[1] Após todos esses acontecimentos, os chefes aproximaram-se de mim e disseram-me: "O povo de Israel, os sacerdotes e os levitas não se conservaram afastados dos habitantes desta terra. Imitaram as abominações dos cananeus, dos hiteus, dos ferezeus, dos jebuseus, dos amonitas, dos moabitas, dos egípcios e dos amorreus.

[2] Tomaram, entre as filhas deles, mulheres para si e para seus filhos. Assim, a raça santa misturou-se com a dos habitantes dessas terras. Os chefes e os magistrados foram os primeiros a dar a mão a essa transgressão".

## Esdræ 9

[1]Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes: Non est separatus populus Israël, sacerdotes et Levitæ, a populis terrarum et abominationibus eorum: Chananæi videlicet, et Hethæi, et Pherezæi, et Jebusæi, et Ammonitarum, et Moabitarum, et Ægyptiorum, et Amorrhæorum:

[2]tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis, et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum: manus etiam principum et magistratuum fuit in transgressione hac prima.

[3] Ouvindo essas palavras, rasguei minha túnica e a capa, arranquei os cabelos da cabeça e da barba e me sentei consternado.

[4] Ao redor de mim reuniram-se todos aqueles que temiam as palavras do Deus de Israel, por causa da transgressão dos filhos do cativeiro. Quanto a mim, fiquei sentado e angustiado até o sacrifício da tarde.

[5] Na hora da oblação da tarde, levantei-me de minha aflição com minhas vestes e meu manto rasgados; então, caindo de joelhos, estendi as mãos ao Senhor, meu Deus,

[6] e disse: "Meu Deus, estou coberto de vergonha e de confusão para levantar minha face para vós, meu Deus; porque as nossas iniquidades acumularam-se sobre nossas cabeças e nosso pecado chegou até o céu.

[7] Desde o tempo de nossos pais até o dia de hoje, temos sido gravemente culpados. Por causa de nossas iniquidades, fomos escravizados, nós, nossos reis e nossos filhos; fomos entregues à mercê dos reis de outras terras, à espada, ao cativeiro, à pilhagem e à vergonha que nos cobre ainda hoje.

[8] Entretanto, o Senhor, nosso Deus, testemunhou-nos por um momento a sua misericórdia, permitindo que subsistisse um resto dentre nós e concedeu-nos um abrigo em seu lugar santo. Nosso Deus quis assim fazer brilhar aos nossos olhos a sua luz e nos dar um pouco de vida no meio de nossa servidão.

[9] Sim, somos escravos; mas nosso Deus não nos abandonou em nosso cativeiro. Ele nos concedeu a benevolência dos reis da Pérsia, dando-nos vida bastante para reconstruir a morada de nosso Deus, reerguer as ruínas; e também nos concedeu um abrigo seguro em Judá e em Jerusalém.

[10] Agora, ó Deus nosso, que mais poderemos dizer depois de tudo isso?

[11] Abandonamos os mandamentos que vós nos destes por meio de vossos servos, os profetas, que diziam: 'A terra em que ides entrar para dominar como possessão vossa

[3]Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum et tunicam, et evelli capillos capitis mei et barbæ, et sedi mœrens.

[4]Convenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israël, pro transgressione eorum qui de captivitate venerant, et ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum:

[5]et in sacrificio vespertino, surrexi de afflictione mea, et scisso pallio et tunica, curvavi genua mea, et expandi manus meas ad Dominum Deum meum.

[6]Et dixi: Deus meus, confundor et erubesco levare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, et delicta nostra creverunt usque ad cælum,

[7]a diebus patrum nostrorum: sed et nos ipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc, et in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, et reges nostri, et sacerdotes nostri, in manum regum terrarum, et in gladium, et in captivitatem, et in rapinam, et in confusionem vultus, sicut et die hac.

[8]Et nunc quasi parum et ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, ut dimitterentur nobis reliquiæ, et daretur nobis paxillus in loco sancto ejus, et illuminaret oculos nostros Deus noster, et daret nobis vitam modicam in servitute nostra:

[9]quia servi sumus, et in servitute nostra non dereliquit nos Deus noster, sed inclinavit super nos misericordiam coram rege Persarum, ut daret nobis vitam, et sublimaret domum Dei nostri, et exstrueret solitudines ejus, et daret nobis sepem in Juda et Jerusalem.

[10]Et nunc quid dicemus, Deus noster, post hæc? Quia dereliquimus mandata tua,

[11]quæ præcepisti in manu servorum tuorum prophetarum, dicens: Terra, ad quam vos ingredimini ut possideatis eam, terra immunda est juxta immunditiam populorum, ceterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleverunt

é uma terra de impureza, contaminada pelas imundícies dos povos dessas regiões, pelas abominações e impurezas com que a encheram de uma extremidade à outra.

12 Não deis, pois, vossas filhas a seus filhos nem tomeis as suas filhas para vossos filhos. Não vos preocupeis com sua prosperidade e seu bem-estar, para que vos torneis fortes e comais os bons produtos dessa terra, a qual transmitireis para sempre como herança aos vossos filhos'.

13 Depois de tudo o que nos aconteceu por causa de nossas más ações e nossa grande culpabilidade, vós nos conservastes, ó nosso Deus, mais do que mereciam as nossas iniquidades e deixastes subsistir um resto dentre nós.

14 Poderíamos recomeçar a violar vossas leis, aliando-nos a esses povos abomináveis? Não vos irritaríeis contra nós, até nos exterminar, sem deixar um sobrevivente que pudesse escapar?

15 Senhor, Deus de Israel, vós sois justo, porque presentemente nada mais somos que um resto de sobreviventes. Eis-nos aqui diante de vós com nossa falta, porque não poderíamos subsistir em vossa presença depois do pecado".

eam ab ore usque ad os in coinquinatione sua.

12Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, et filias eorum ne accipiatis filiis vestris, et non quæratis pacem eorum et prosperitatem eorum usque in æternum: ut confortemini, et comedatis quæ bona sunt terræ, et hæredes habeatis filios vestros usque in sæculum.

13Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, et in delicto nostro magno, quia tu, Deus noster, liberasti nos de iniquitate nostra, et dedisti nobis salutem sicut est hodie,

14ut non converteremur, et irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia jungeremus cum populis abominationum istarum. Numquid iratus es nobis usque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem?

15Domine Deus Israël, justus es tu: quoniam derelicti sumus, qui salvaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro: non enim stari potest coram te super hoc.

## Esdras 10

1 Enquanto Esdras, prostrado diante da casa de Deus, fazia chorando esta prece e esta confissão, foi se reunindo em torno dele uma multidão numerosa de israelitas. Eram homens, mulheres e crianças, todos chorando.

2 Então, Sequenias, filho de Jaiel, dos filhos de Elam, tomou a palavra e disse a Esdras: "Nós pecamos contra o nosso Deus, tomando por mulheres as estrangeiras pertencentes ao povo da terra. Entretanto, resta ainda uma esperança para Israel.

3 Façamos, agora, uma aliança com nosso Deus: proponhamo-nos a mandar de volta todas essas mulheres e seus filhos, de conformidade com o teu conselho e o daqueles que têm respeito pelos

## Esdræ 10

1Sic ergo orante Esdra, et implorante eo et flente, et jacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israël cœtus grandis nimis virorum et mulierum et puerorum, et flevit populus fletu multo.

2Et respondit Sechenias filius Jehiel de filiis Ælam, et dixit Esdræ: Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, et duximus uxores alienigenas de populis terræ: et nunc, si est pœnitentia in Israël super hoc,

3percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, et eos qui de his nati sunt, juxta voluntatem Domini, et eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri: secundum legem fiat.

4Surge, tuum est decernere, nosque erimus tecum: confortare, et fac.

mandamentos de nosso Deus. E que seja feito segundo manda a Lei.

4 Levanta-te, pois, para regulamentar este trabalho. Estaremos contigo. Coragem e mãos à obra!”.

5 Então, Esdras levantou-se e fez com que os chefes dos sacerdotes, dos levitas e de todo o Israel jurassem que agiriam como acabava de ser dito. E todos juraram.

6 Depois, deixando a casa de Deus, foi ao quarto de Joanã, filho de Eliasib. Tendo entrado ali, permaneceu sem comer nem beber, porque chorava o pecado dos filhos do cativeiro.

7 Publicou-se então em Judá e em Jerusalém que todos os filhos do cativeiro viessem reunir-se em Jerusalém.

8 Quem não comparecesse dentro de três dias, conforme as ordens dos anciãos e dos chefes, veria confiscados os seus bens e seria excluído da assembleia dos filhos do cativeiro.

9 Todos os homens de Judá e de Benjamim reuniram-se em Jerusalém nos três dias. Era o vigésimo dia do nono mês. Todo o povo que se encontrava na praça do Templo de Deus tremia, não só pela gravidade da circunstância, mas também porque estava chovendo.

10 Esdras, o sacerdote, levantou-se e disse-lhes: “Vós pecastes tomando mulheres estrangeiras, agravando assim a culpa de Israel.

11 Agora, compenetrai-vos de vossa falta diante do Senhor, o Deus de nossos pais, e fazei a sua vontade. Separai-vos dos povos desta terra e das mulheres estrangeiras”.

12 Toda a assembleia respondeu em alta voz: “Sim, devemos proceder como disseste.

13 Mas o povo é numeroso, é a estação das chuvas e não é, pois, possível ficar-se ao ar livre. Além disso, não é trabalho de um ou dois dias, porque cometemos uma grande transgressão nesse assunto.

14 Que nossos chefes fiquem aqui para representar a assembleia inteira e todos aqueles que, em nossas cidades, receberam

5 Surrexit ergo Esdras, et adjuravit principes sacerdotum et Levitarum, et omnem Israël, ut facerent secundum verbum hoc: et juraverunt.

6 Et surrexit Esdras ante domum Dei, et abiit ad cubiculum Johanan filii Eliasib, et ingressus est illuc: panem non comedit, et aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum, qui venerant de captivitate.

7 Et missa est vox in Juda et in Jerusalem omnibus filiis transmigrationis, ut congregarentur in Jerusalem:

8 et omnis qui non venerit in tribus diebus juxta consilium principum et seniorum, auferetur universa substantia ejus, et ipse abjicietur de cœtu transmigrationis.

9 Convenerunt igitur omnes viri Juda et Benjamin in Jerusalem tribus diebus: ipse est mensis nonus, vigesimo die mensis: et sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato, et pluviis.

10 Et surrexit Esdras sacerdos, et dixit ad eos: Vos transgressi estis, et duxistis uxores alienigenas, ut adderetis super delictum Israël.

11 Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, et facite placitum ejus, et separamini a populis terræ, et ab uxoribus alienigenis.

12 Et respondit universa multitudo, dixitque voce magna: Juxta verbum tuum ad nos, sic fiat.

13 Verumtamen quia populus multus est, et tempus pluviæ, et non sustinemus stare foris, et opus non est diei unius vel duorum (vehementer quippe peccavimus in sermone isto),

14 constituantur principes in universa multitudine: et omnes in civitatibus nostris qui duxerunt uxores alienigenas veniant in temporibus statutis, et cum his seniores per civitatem et civitatem, et judices ejus, donec avertatur ira Dei nostri a nobis super peccato hoc.

15 Igitur Jonathan filius Azahel, et Jaasia filius Thecue, steterunt super hoc, et

em suas casas uma ou mais mulheres estrangeiras, se apresentem nas datas fixadas, com os anciãos de cada cidade e os seus juízes, até que consigamos apartar de nós o fogo da cólera de nosso Deus por causa dessa questão".

15 Só Jônatas, filho de Asael, e Jaasías, filho de Tícua, se apresentaram para contradizer essa ordem, apoiados por Mesolam e Sebetai, o levita.

16 Os filhos do cativeiro, porém, conformaram-se. Esdras, o sacerdote e alguns homens, chefes de família segundo suas casas, todos designados por seus nomes, puseram-se de parte e, sentando-se, começaram a examinar a questão no primeiro dia do décimo, mês.

17 No primeiro dia do primeiro mês resolveram a questão dos homens que tinham desposado mulheres estrangeiras.

18 Entre os filhos dos sacerdotes, encontravam-se alguns que haviam desposado mulheres estrangeiras, a saber: filhos de Josué, filho de Josedec e de seus irmãos, entre os quais: Maasias, Eliezer, Jarib e Godolias.

19 Estes se comprometeram a repudiar suas mulheres e oferecer um carneiro pela expiação de sua falta.

20 Dos filhos de Emer: Hanani e Zabadias.

21 Dos filhos de Harim: Maasias, Elias, Semeías, Jaiel e Ozias.

22 Dos filhos de Fasur: Elioenai, Maasias, Ismael, Natanael, Jozabed e Elasa.

23 Entre os levitas: Jozabad, Semei, Celaías, chamado também Celita, Petaías, Judá e Eliezer.

24 Entre os cantores: Eliasib. Entre os porteiros: Selum, Telém e Uri.

25 Entre os israelitas: dos filhos de Faros: Remeías, Jezias, Melquias, Miamin, Eleazar, Melquias e Banaías.

26 Dos filhos de Elam: Matanias, Zacarias, Jaiel, Abdi, Jarmut e Elias.

27 Dos filhos de Zetua: Elioenai, Eliasib, Matanias, Jarmut, Zabad e Aziza.

Messollam et Sebethai Levites adjuverunt eos:

16feceruntque sic filii transmigrationis. Et abierunt Esdras sacerdos, et viri principes familiarum, in domos patrum suorum, et omnes per nomina sua, et sederunt in die primo mensis decimi ut quærerent rem.

17Et consummati sunt omnes viri, qui duxerant uxores alienigenas, usque ad diem primam mensis primi.

18Et inventi sunt de filiis sacerdotum qui duxerant uxores alienigenas. De filiis Josue filii Josedec, et fratres ejus, Maasia, et Eliezer, et Jarib, et Godolia.

19Et dederunt manus suas ut ejicerent uxores suas, et pro delicto suo arietem de ovibus offerrent.

20Et de filiis Emmer, Hanani, et Zebedia.

21Et de filiis Harim, Maasia, et Elia, et Semeia, et Jehiel, et Ozias.

22Et de filiis Pheshur, Elioënai, Maasia, Ismaël, Nathanaël, Jozabed, et Elasa.

23Et de filiis Levitarum, Jozabed, et Semei, et Celaia, ipse est Calita, Phataia, Juda, et Eliezer.

24Et de cantoribus, Eliasib. Et de janitoribus, Sellum, et Telem, et Uri.

25Et ex Israël, de filiis Pharos, Remeia, et Jesia, et Melchia, et Miamin, et Eliezer, et Melchia, et Banea.

26Et de filiis Ælam, Mathania, Zacharias, et Jehiel, et Abdi, et Jerimoth, et Elia.

27Et de filiis Zethua, Elioënai, Eliasib, Mathania, et Jerimuth, et Zabad, et Aziza.

28Et de filiis Bebai, Johanan, Hanania, Zabbai, Athalai.

29Et de filiis Bani, Mosollam, et Melluch, et Adaia, Jasub, et Saal, et Ramoth.

30Et de filiis Phahath Moab, Edna, et Chalal, Banaias, et Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui, et Manasse.

31Et de filiis Herem, Eliezer, Josue, Melchias, Semeias, Simeon,

32Benjamin, Maloch, Samarias.

[28] Dos filhos de Bebai: Joanã, Hananias, Zabai, Atlai.

[29] Dos filhos de Beguai: Mesolam, Meluc, Adaías, Jasub, Saal e Jerimot.

[30] Dos filhos de Faat-Moab: Ednas, Calal, Banaías, Maasias, Matanias, Beseleel, Benui e Manassés.

[31] Dos filhos de Harim: Eliezer, Jesias, Melquias, Semeías,

[32] Simeão, Benjamim, Meluc, Semerias.

[33] Dos filhos de Hasum: Matanai, Matatias, Zabad, Elifalet, Jermai, Manassés, Semei.

[34] Dos filhos de Bani: Maadai, Amram, Joel,

[35] Banaías, Badaías e Quelias,

[36] Vanias, Meremot, Eliasib,

[37] Matanias, Matanai, Jasi;

[38] dos filhos de Benui: Semei,

[39] Selemias, Natã e Adaías;

[40] dos filhos de Zacai: Sisai, Sarai,

[41] Azareel, Selemias, Semerias,

[42] Selum, Amarias e José;

[43] dos filhos de Nebo: Jeiel, Matatias, Zabad, Zabina, Jedu, Joel e Banaías.

[44] Todos esses homens, que haviam desposado mulheres estrangeiras, despediram-nas com seus filhos.

[33]Et de filiis Hasom, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, Jermai, Manasse, Semei.

[34]De filiis Bani, Maadi, Amram, et Vel,

[35]Baneas, et Badaias, Cheliau,

[36]Vania, Marimuth, et Eliasib,

[37]Mathanias, Mathanai, et Jasi,

[38]et Bani, et Bennui, Semei,

[39]et Salmias, et Nathan, et Adaias,

[40]et Mechnedebai, Sisai, Sarai,

[41]Ezrel, et Selemiau, Semeria,

[42]Sellum, Amaria, Joseph.

[43]De filiis Nebo, Jehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Jeddu, et Joël, et Banaia.

[44]Omnes hi acceperant uxores alienigenas, et fuerunt ex eis mulieres, quæ pepererant filios.

| Neemias | Nehemiæ |
|---|---|

## Neemias 1

[1] Palavras de Neemias, filho de Hacalias. No mês de Casleu do vigésimo ano, encontrando-me eu em Susa, no palácio,

[2] eis que chegaram de Judá, Hanani, um de meus irmãos, com alguns companheiros. Perguntei-lhes pelos judeus libertados que tinham escapado do cativeiro e a respeito de Jerusalém.

[3] “Aqueles que escaparam do cativeiro – disseram-me eles – estão lá na Província, numa grande miséria e humilhação. Os muros de Jerusalém estão em ruínas e suas portas foram incendiadas.”

[4] Ouvindo tais palavras, sentei-me para chorar e fiquei vários dias desconsolado; jejuei e orei diante do Deus do céu,

[5] dizendo: “Ah, Senhor, Deus do céu, Deus grande e temível, vós que permaneceis fiel à vossa aliança e exerceis a misericórdia para com aqueles que vos amam e observam os vossos mandamentos,

[6] que vossos ouvidos estejam atentos e vossos olhos se abram para ouvirdes a prece que eu, vosso servo, estou fazendo na vossa presença, de noite e de dia, pelos filhos de Israel, vossos servos, confessando os pecados que nós, os israelitas, cometemos contra vós. Porque eu mesmo e a casa de meu pai temos pecado.

[7] Nós vos ofendemos gravemente e não observamos as leis, os mandamentos e os preceitos que destes a Moisés, vosso servo.

[8] Lembrai-vos da palavra que destes ao vosso servo Moisés, dizendo: ‘Se transgredirdes meus preceitos, eu vos dispersarei entre as nações;

[9] mas, se voltardes a mim, se observardes os meus mandamentos e os praticardes, mesmo que estejais deportados às extremidades do céu, eu vos reunirei ali e vos farei retornar ao lugar que escolhi para estabelecer nele a morada de meu nome’.

## Nehemiæ 1

[1]Verba Nehemiæ filii Helchiæ. Et factum est in mense Casleu, anno vigesimo, et ego eram in Susis castro.

[2]Et venit Hanani, unus de fratribus meis, ipse et viri ex Juda: et interrogavi eos de Judæis qui remanserant, et supererant de captivitate, et Jerusalem.

[3]Et dixerunt mihi: Qui remanserunt, et relicti sunt de captivitate ibi in provincia, in afflictione magna sunt, et in opprobrio: et murus Jerusalem dissipatus est, et portæ ejus combustæ sunt igni.

[4]Cumque audissem verba hujuscemodi, sedi, et flevi, et luxi diebus multis: jejunabam, et orabam ante faciem Dei cæli:

[5]et dixi: Quæso, Domine Deus cæli fortis, magne atque terribilis, qui custodis pactum et misericordiam cum his qui te diligunt, et custodiunt mandata tua:

[6]fiant aures tuæ auscultantes, et oculi tui aperti, ut audias orationem servi tui, quam ego oro coram te hodie nocte et die pro filiis Israël servis tuis: et confiteor pro peccatis filiorum Israël, quibus peccaverunt tibi: ego et domus patris mei peccavimus,

[7]vanitate seducti sumus, et non custodivimus mandatum tuum, et cæremonias, et judicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo.

[8]Memento verbi quod mandasti Moysi servo tuo, dicens: Cum transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos:

[9]et si revertamini ad me, et custodiatis præcepta mea, et faciatis ea: etiamsi abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos, et reducam in locum quem elegi ut habitaret nomen meum ibi.

[10]Et ipsi servi tui, et populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, et in manu tua valida.

[11]Obsecro, Domine, sit auris tua attendens ad orationem servi tui, et ad orationem

[10] Eles são vossos servos, esse mesmo povo que libertastes com o poder e a força de vossa mão.

[11] Ah, Senhor, prestai ouvidos à oração deste vosso servo e à oração dos vossos servos que veneram o vosso nome. Dignai-vos hoje dar bom êxito ao vosso servo e fazei-o ganhar o favor do rei". Eu era então copeiro do rei.

servorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum: et dirige servum tuum hodie, et da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna regis.

## Neemias 2

[1] No vigésimo ano do rei Artaxerxes, no mês de Nisã, estando o vinho diante de mim, tomei-o e o ofereci ao rei. Ora, jamais em outra ocasião eu estivera triste em sua presença.

[2] Disse-me o rei: "Por que tens a face sombria? Não estás doente! Tens no entanto algum dissabor!".

[3] Muito conturbado, respondi ao rei: "Viva o rei para sempre! Como não haveria eu de estar pesaroso, desde que a cidade onde se encontram os túmulos de meus pais está devastada e suas portas consumidas pelo fogo?".

[4] Disse-me o rei: "Que tens a me pedir?".

[5] Então, fazendo uma prece ao Deus do céu eu disse ao rei: "Se aprouver ao rei e se o teu servo te é agradável, permite-me ir para a terra de Judá, à cidade onde se encontram os túmulos de meus pais, para reconstruí-la".

[6] O rei, junto de quem estava sentada a rainha, perguntou-me: "Quanto tempo durará tua viagem? Quando voltarás?". Ele consentiu que eu partisse, logo que lhe fixei certo prazo.

[7] Prossegui: "Se o rei achar bom, que me deem missivas para os governadores de além do rio, a fim de que me deixem passar para Judá;

[8] e outra carta para Asaf, o intendente da floresta real, para que ele me forneça a madeira para a viga das portas da fortaleza vizinha ao templo, para as muralhas da cidade e para a casa em que eu habitar". O

## Nehemiæ 2

[1]Factum est autem in mense Nisan, anno vigesimo Artaxerxis regis: et vinum erat ante eum, et levavi vinum, et dedi regi: et eram quasi languidus ante faciem ejus.

[2]Dixitque mihi rex: Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde, ac nimis:

[3]et dixi regi: Rex, in æternum vive: quare non mœreat vultus meus, quia civitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, et portæ ejus combustæ sunt igni?

[4]Et ait mihi rex: Pro qua re postulas? Et oravi Deum cæli,

[5]et dixi ad regem: Si videtur regi bonum, et si placet servus tuus ante faciem tuam, ut mittas me in Judæam ad civitatem sepulchri patris mei, et ædificabo eam.

[6]Dixitque mihi rex, et regina quæ sedebat juxta eum: Usque ad quod tempus erit iter tuum, et quando reverteris? Et placuit ante vultum regis, et misit me: et constitui ei tempus.

[7]Et dixi regi: Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, ut traducant me, donec veniam in Judæam:

[8]et epistolam ad Asaph custodem saltus regis, ut det mihi ligna, ut tegere possim portas turris domus, et muros civitatis, et domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex juxta manum Dei mei bonam mecum.

[9]Et veni ad duces regionis trans flumen, dedique eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum principes militum, et equites.

rei concordou com o meu pedido, porque a mão favorável de meu Deus estava comigo.

9 Fui ter com os governadores de além do rio e entreguei-lhes as cartas do rei. O rei também tinha enviado para mim alguns chefes militares e cavaleiros.

10 Mas, quando Sanabalat, o horonita, e Tobias, o servo amonita, foram informados disso, ficaram grandemente despeitados por ter chegado um homem que procurava o bem dos filhos de Israel.

11 Cheguei a Jerusalém e depois de ter passado ali três dias,

12 levantei-me durante a noite acompanhado de um pequeno grupo de homens, sem dizer a ninguém o que o meu Deus me tinha inspirado fazer por Jerusalém. Não tinha comigo outro animal senão aquele em que montava.

13 Saí à noite pela porta do Vale e dirigi-me à fonte do Dragão e à porta da Esterqueira. Verifiquei que as muralhas de Jerusalém estavam arruinadas e que as portas estavam consumidas pelo fogo.

14 Prossegui rumo à porta da Fonte e à piscina do rei; mas não havia ali lugar onde pudesse passar com a minha montaria.

15 Subi então à noite ao barranco, examinei a muralha, retomei em seguida o mesmo caminho e reentrei pela porta do Vale.

16 Os magistrados ignoravam aonde eu tinha ido e o que queria fazer. Até aquele momento, eu nada havia deixado transparecer, nem aos judeus, nem aos sacerdotes, nem aos homens importantes, nem aos magistrados, nem às demais pessoas do povo que se ocupavam dos trabalhos.

17 Disse-lhes então: “Vede a miséria em que estamos: Jerusalém devastada, suas portas consumidas pelo fogo. Vinde! Reconstruamos as muralhas da cidade e ponhamos termo a esta humilhante situação”.

18 Contei-lhes em seguida como a mão de meu Deus havia protegido e narrei-lhes tudo o que me tinha dito o rei. Gritaram

10Et audierunt Sanaballat Horonites, et Tobias servus Ammanites: et contristati sunt afflictione magna, quod venisset homo qui quæreret prosperitatem filiorum Israël.

11Et veni Jerusalem, et eram ibi tribus diebus.

12Et surrexi nocte ego, et viri pauci mecum, et non indicavi cuiquam quid Deus dedisset in corde meo ut facerem in Jerusalem: et jumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam.

13Et egressus sum per portam vallis nocte, et ante fontem draconis, et ad portam stercoris, et considerabam murum Jerusalem dissipatum, et portas ejus consumptas igni.

14Et transivi ad portam fontis, et ad aquæductum regis, et non erat locus jumento cui sedebam ut transiret.

15Et ascendi per torrentem nocte, et considerabam murum, et reversus veni ad portam vallis, et redii.

16Magistratus autem nesciebant quo abiissem, aut quid ego facerem: sed et Judæis, et sacerdotibus, et optimatibus, et magistratibus, et reliquis qui faciebant opus, usque ad id loci nihil indicaveram.

17Et dixi eis: Vos nostis afflictionem in qua sumus: quia Jerusalem deserta est, et portæ ejus consumptæ sunt igni: venite, et ædificemus muros Jerusalem, et non simus ultra opprobrium.

18Et indicavi eis manum Dei mei, quod esset bona mecum, et verba regis quæ locutus esset mihi, et aio: Surgamus, et ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono.

19Audierunt autem Sanaballat Horonites, et Tobias servus Ammanites, et Gosem Arabs, et subsannaverunt nos, et despexerunt, dixeruntque: Quæ est hæc res quam facitis? numquid contra regem vos rebellatis?

20Et reddidi eis sermonem, dixique ad eos: Deus cæli ipse nos juvat, et nos servi ejus sumus: surgamus et ædificemus: vobis autem non est pars, et justitia, et memoria in Jerusalem.

todos: “Vamos! Reconstruamos!”. E com coragem puseram-se a trabalhar nessa boa obra.

[19] Quando Sanabalat, o horonita, e Tobias, o servo amonita, bem como Gósen, o árabe, souberam disso, zombaram de nós e diziam num tom de desprezo: “Que estais fazendo? Quereis revoltar-vos contra o rei?”.

[20] Respondi-lhes: “O próprio Deus do céu é quem nos fará triunfar. Nós somos seus servos e vamos reconstruir. Quanto a vós, não tendes parte, nem direito, nem lembrança em Jerusalém”.

## Neemias 3

[1] O sumo sacerdote Eliasib e seus irmãos, no sacerdócio, puseram-se a trabalhar para reconstruir a porta das Ovelhas; consagraram-na e assentaram-lhe os batentes. Construíram a muralha até a torre de Mea, a qual consagraram e prosseguiram até a torre de Hananeel.

[2] Ao lado deles trabalhavam os homens de Jericó, bem como, Zacur, filho de Imri.

[3] Os filhos de Asená construíram a porta dos Peixes; colocaram-lhe as vigas e assentaram-lhe os batentes, com suas fechaduras e as trancas.

[4] Ao lado deles trabalhavam nas reparações Meremot, filho de Urias, filho de Acos, depois Mesolam, filho de Baraquias, filho de Mesezebel. Ao seu lado trabalhava Sadoc, filho de Baana.

[5] Ao lado desses trabalhavam os tecuítas, mas seus chefes não prestaram apoio ao trabalho dos seus senhores.

[6] Joiada, filho de Fasea, e Mesolam, filho de Besodias, repararam a porta antiga; puseram-lhe as vigas e colocaram os batentes, as fechaduras e as trancas.

[7] Ao lado trabalhavam Meltias, o gabaonita, Jadon, o meronatita, bem como os homens de Gabaon e de Masfa, que eram súditos do governador da outra banda do rio.

[8] Ao lado trabalhava Oziel, filho de Araías, membro da associação dos ourives; depois

## Nehemiæ 3

[1]Et surrexit Eliasib sacerdos magnus, et fratres ejus sacerdotes, et ædificaverunt portam gregis: ipsi sanctificaverunt eam, et statuerunt valvas ejus, et usque ad turrim centum cubitorum sanctificaverunt eam, usque ad turrim Hananeel.

[2]Et juxta eum ædificaverunt viri Jericho: et juxta eum ædificavit Zachur filius Amri.

[3]Portam autem piscium ædificaverunt filii Asnaa: ipsi texerunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras, et vectes. Et juxta eos ædificavit Marimuth filius Uriæ, filii Accus.

[4]Et juxta eum ædificavit Mosollam filius Barachiæ, filii Mesezebel: et juxta eos ædificavit Sadoc filius Baana.

[5]Et juxta eos ædificaverunt Thecueni: optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini sui.

[6]Et portam veterem ædificaverunt Jojada filius Phasea, et Mosollam filius Besodia: ipsi texerunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras, et vectes.

[7]Et juxta eos ædificaverunt Meltias Gabaonites, et Jadon Meronathites, viri de Gabaon et Maspha, pro duce qui erat in regione trans flumen.

[8]Et juxta eum ædificavit Eziel filius Araia aurifex: et juxta eum ædificavit Ananias filius pigmentarii: et dimiserunt Jerusalem usque ad murum plateæ latioris.

Hananias, da turma dos perfumistas. Reconstruíram Jerusalém até o muro largo.

9 Ao lado deles trabalhava Rafaías, filho de Hur, chefe de uma metade do distrito de Jerusalém.

10 Depois, defronte de sua casa, Jedaías, filho de Haromaf; em seguida, Hatus, filho de Hasebonias.

11 Melquias, filho de Herem, e Hasub, filho de Faat-Moab, repararam outra parte da muralha e a torre dos Fornos.

12 Ao lado deles trabalhava, com suas filhas, Selum, filho de Aloés, chefe da outra metade do distrito de Jerusalém.

13 Hanun e os habitantes de Zanoe repararam a porta do Vale; eles mesmos a reconstruíram e trocaram os batentes, as fechaduras e as trancas e fizeram além disso mil côvados de muro até a porta da Esterqueira.

14 Melquias, filho de Recab, chefe do distrito de Bet-Acarem, reformou a porta da Esterqueira; reconstruiu-a, colocando-lhe também os batentes, as fechaduras e as trancas.

15 Selum, filho de Col-Hoza, chefe do distrito de Masfa, reparou a porta da Fonte; reconstruiu-a, cobriu-a e colocou-lhe os batentes, as fechaduras e as trancas. Fez, além disso, os muros, desde a piscina de Siloé, ao lado do jardim do rei, até a escada que desce da Cidade de Davi.

16 Depois dele, Neemias, filho de Azboc, chefe da metade do distrito de Betsur, trabalhou até defronte do túmulo de Davi, até o reservatório artificial e até a casa dos Heróis.

17 Depois dele, trabalharam os levitas com Reum, filho de Bani; ao lado trabalhava, para o seu distrito, Hasabias, chefe da metade do distrito de Ceila.

18 Mais ao longe trabalhavam seus irmãos, sob a direção de Benui, filho de Henadad, chefe da outra metade de Ceila.

9Et juxta eum ædificavit Raphaia filius Hur, princeps vici Jerusalem.

10Et juxta eum ædificavit Jedaia filius Haromaph contra domum suam: et juxta eum ædificavit Hattus filius Haseboniæ.

11Mediam partem vici ædificavit Melchias filius Herem, et Hasub filius Phahath Moab, et turrim furnorum.

12Et juxta eum ædificavit Sellum filius Alohes, princeps mediæ partis vici Jerusalem, ipse et filiæ ejus.

13Et portam vallis ædificavit Hanun, et habitatores Zanoë: ipsi ædificaverunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras, et vectes, et mille cubitos in muro usque ad portam sterquilinii.

14Et portam sterquilinii ædificavit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethacharam: ipse ædificavit eam, et statuit valvas ejus, et seras, et vectes.

15Et portam fontis ædificavit Sellum filius Cholhoza, princeps pagi Maspha: ipse ædificavit eam, et texit, et statuit valvas ejus, et seras, et vectes, et muros piscinæ Siloë in hortum regis, et usque ad gradus qui descendunt de civitate David.

16Post eum ædificavit Nehemias filius Azboc, princeps dimidiæ partis vici Bethsur, usque contra sepulchrum David, et usque ad piscinam quæ grandi opere constructa est, et usque ad domum fortium.

17Post eum ædificaverunt Levitæ, Rehum filius Benni: post eum ædificavit Hasebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico suo.

18Post eum ædificaverunt fratres eorum: Bavai filius Enadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ:

19et ædificavit juxta eum Azer filius Josue, princeps Maspha, mensuram secundam, contra ascensum firmissimi anguli.

20Post eum in monte ædificavit Baruch filius Zachai mensuram secundam, ab angulo usque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni.

[19] Azer, filho de Jesua, chefe de Masfa, restaurou outro setor da muralha, defronte da subida do arsenal até a esquina.

[20] Depois dele, Baruc, filho de Zabai, trabalhava com ardor em outra seção, desde a esquina até a entrada da casa do sumo sacerdote Eliasib.

[21] Depois dele, Meremot, filho de Urias, filho de Acos, trabalhava em outra seção, desde a porta da casa de Eliasib até a extremidade dessa casa.

[22] Mais adiante, trabalhavam os sacerdotes, os homens da planície do Jordão.

[23] Depois deles, Benjamim e Hasub trabalhavam defronte das suas casas. Depois deles, Azarias, filho de Maasias, filho de Hananias, ao lado de sua casa;

[24] depois dele, Benui, filho de Henadad, trabalhava em outra seção, desde a casa de Azarias até a esquina e o contorno.

[25] Falel, filho de Ozi, trabalhava defronte da esquina e da alta torre que aparece sobre o palácio real, perto do átrio da prisão.

[26] Depois dele trabalhava Fadaías, filho de Faros. Os natineus habitavam Ofel, até defronte da porta da Água, ao oriente e da torre que se salientava.

[27] Depois dele, os tecuítas trabalhavam na parte seguinte, defronte da torre que se salientava, até o muro do Ofel.

[28] Acima da porta dos Cavalos, trabalhavam os sacerdotes, cada um diante de sua casa.

[29] Depois deles, Sadoc, filho de Hemer, diante de sua casa; depois Semeías, filho de Sequenias, guardião da porta oriental do templo.

[30] Depois dele Hananias, filho de Selemias e Hanun, o sexto filho de Selef, repararam uma outra seção. Depois dele Mesolam, filho de Baraquias, trabalhava diante de sua residência.

[31] Depois dele, trabalhava Melquias, que pertencia à turma dos ourives, fez reforma até a casa dos natineus e dos negociantes, diante da porta de Mifcad até a sala superior do ângulo.

[21]Post eum ædificavit Merimuth filius Uriæ filii Haccus, mensuram secundam, a porta domus Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib.

[22]Et post eum ædificaverunt sacerdotes, viri de campestribus Jordanis.

[23]Post eum ædificavit Benjamin et Hasub contra domum suam: et post eum ædificavit Azarias filius Maasiæ filii Ananiæ contra domum suam.

[24]Post eum ædificavit Bennui filius Henadad mensuram secundam, a domo Azariæ usque ad flexuram, et usque ad angulum.

[25]Phalel filius Ozi contra flexuram, et turrim quæ eminet de domo regis excelsa, id est, in atrio carceris: post eum Phadaia filius Pharos.

[26]Nathinæi autem habitabant in Ophel usque contra portam aquarum ad orientem, et turrim quæ prominebat.

[27]Post eum ædificaverunt Thecueni mensuram secundam e regione, a turre magna et eminente usque ad murum templi.

[28]Sursum autem a porta equorum ædificaverunt sacerdotes, unusquisque contra domum suam.

[29]Post eos ædificavit Sadoc filius Emmer contra domum suam. Et post eum ædificavit Semaia filius Secheniæ, custos portæ orientalis.

[30]Post eum ædificavit Hanania filius Selemiæ, et Hanun filius Seleph sextus, mensuram secundam: post eum ædificavit Mosollam filius Barachiæ, contra gazophylacium suum. Post eum ædificavit Melchias filius aurificis usque ad domum Nathinæorum, et scruta vendentium contra portam judicialem, et usque ad cœnaculum anguli.

[31]Et inter cœnaculum anguli in porta gregis, ædificaverunt aurifices et negotiatores.

[32] Enfim, entre o quarto da esquina do contorno e a porta das Ovelhas, trabalhavam os ourives e os negociantes.

[33] Grande foi a raiva de Sanabalat quando soube que estávamos reconstruindo as muralhas. Em sua cólera, escarneceu dos judeus

[34] e disse diante de seus irmãos e do exército de Samaria: "Que querem fazer esses miseráveis judeus? Porventura, permitiremos que o façam? Querem eles oferecer sacrifícios? Chegarão ao cabo de sua empresa? Tirarão por acaso pedras destes montes de areia calcinada?".

[35] E Tobias, que estava a seu lado, também disse: "Deixem-nos reconstruir! Virá uma raposa e fará cair a sua muralha de pedra".

[36] Ouvi, ó nosso Deus, como nos desprezam! Fazei recair sobre suas cabeças todos os seus insultos. Fazei deles a presa de outros em uma terra de exílio.

[37] Não perdoeis sua iniquidade e que seu pecado jamais seja esquecido diante de vossa face, tão grande é o escândalo que fizeram diante dos construtores!

[38] Assim reconstruímos a muralha. Ela foi inteiramente reparada até a metade de sua altura. Isso porque o povo pôs o coração em trabalho.

## Neemias 4

[1] Quando Sanabalat, Tobias, os árabes, os amonitas e os azoteus souberam que prosseguíamos na reparação das muralhas de Jerusalém e que as fendas começavam a desaparecer, ficaram enraivecidos.

[2] Coligaram-se todos para vir atacar Jerusalém e semear ali a confusão.

[3] Fizemos oração ao nosso Deus e estabelecemos uma guarda de dia e de noite para nos proteger contra eles.

[4] Já o povo de Judá dizia: "Os transportadores estão quase sem forças e há ainda grande quantidade de escombros. Jamais conseguiremos reconstruir a muralha".

## Nehemiæ 4

[1]Factum est autem, cum audisset Sanaballat quod ædificaremus murum, iratus est valde: et motus nimis subsannavit Judæos,

[2]et dixit coram fratribus suis, et frequentia Samaritanorum: Quid Judæi faciunt imbecilles? num dimittent eos gentes? num sacrificabunt, et complebunt in una die? numquid ædificare poterunt lapides de acervis pulveris, qui combusti sunt?

[3]Sed et Tobias Ammanites, proximus ejus, ait: Ædificent: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum.

[4]Audi, Deus noster, quia facti sumus despectui: converte opprobrium super

[5] E nossos inimigos diziam: "Vamos atacá-los sem que saibam e antes que vejam algo. Nós os mataremos e faremos parar a obra".

[6] Os judeus que habitavam nas vizinhanças vieram até dez vezes advertir-nos acerca dos lugares de onde possivelmente nossos inimigos viriam atacar-nos.

[7] Coloquei, pois, como anteparo, por detrás das muralhas, nos pontos descobertos, o povo dividido em famílias, com as suas espadas, lanças e arcos.

[8] Tendo terminado a inspeção, achei que era de meu dever exortar os homens importantes, os magistrados e o restante do povo: "Não tenhais medo deles!" – disse-lhes eu –. "Lembrai-vos de que o Senhor é grande e temível; combatei por vossos irmãos, vossos filhos e filhas, vossas mulheres e vossas casas!".

[9] Quando nossos inimigos souberam que estávamos informados, compreenderam que Deus lhes aniquilava o projeto. Nós, pois, retornamos todos à muralha, cada um ao seu trabalho.

[10] Mas, depois daquele dia, a metade dos homens trabalhava na construção, enquanto a outra metade estava armada de lanças, escudos, arcos e couraças; e os chefes estavam atrás deles com toda a gente de Judá.

[11] Entre os que estavam ocupados na muralha, os transportadores trabalhavam com uma das mãos e, na outra, traziam uma arma;

[12] os pedreiros tinham cada um sua espada na cinta ao redor dos rins; foi assim que se fez a alvenaria. Um corneteiro estava sempre junto de mim.

[13] E eu disse aos homens importantes, aos magistrados e ao resto do povo: "O trabalho é considerável e se estende por um vasto espaço; nós nos encontramos dispersos na muralha, uns à grande distância dos outros.

[14] Quando, pois, tocar a trombeta, de qualquer canto em que vós a escuteis, reuni-vos a nós. Nosso Deus combaterá por nós".

caput eorum, et da eos in despectionem in terra captivitatis.

[5]Ne operias iniquitatem eorum, et peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt ædificantes.

[6]Itaque ædificavimus murum, et conjunximus totum usque ad partem dimidiam: et provocatum est cor populi ad operandum.

[7]Factum est autem, cum audisset Sanaballat, et Tobias, et Arabes, et Ammanitæ, et Azotii, quod obducta esset cicatrix muri Jerusalem, et quod cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis.

[8]Et congregati sunt omnes pariter ut venirent, et pugnarent contra Jerusalem, et molirentur insidias.

[9]Et oravimus Deum nostrum, et posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos.

[10]Dixit autem Judas: Debilitata est fortitudo portantis, et humus nimia est, et nos non poterimus ædificare murum.

[11]Et dixerunt hostes nostri: Nesciant, et ignorent donec veniamus in medium eorum, et interficiamus eos, et cessare faciamus opus.

[12]Factum est autem venientibus Judæis qui habitabant juxta eos, et dicentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos,

[13]statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis, et lanceis, et arcubus.

[14]Et perspexi atque surrexi: et aio ad optimates et magistratus, et ad reliquam partem vulgi: Nolite timere a facie eorum: Domini magni et terribilis mementote, et pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, et filiabus vestris, et uxoribus vestris, et domibus vestris.

[15]Factum est autem, cum audissent inimici nostri nuntiatum esse nobis, dissipavit Deus consilium eorum. Et reversi sumus omnes ad muros, unusquisque ad opus suum.

[15] Assim trabalhávamos desde o despontar da aurora até a aparição das estrelas, enquanto a metade dos homens empunhava a arma.

[16] Ao mesmo tempo, eu disse ao povo: “Cada um, com seu ajudante, passe a noite em Jerusalém, para nos auxiliar a montar a guarda durante a noite e a trabalhar durante o dia”.

[17] Quanto a mim, a meus irmãos, a minha gente e aos guardas de minha escolta, nem mesmo trocávamos nossas vestes; cada um guardava sua arma ao alcance da mão.

[16]Et factum est a die illa, media pars juvenum eorum faciebat opus, et media parata erat ad bellum: et lanceæ, et scuta, et arcus, et loricæ, et principes post eos in omni domo Juda.

[17]Ædificantium in muro, et portantium onera, et imponentium: una manu sua faciebat opus, et altera tenebat gladium:

[18]ædificentium enim unusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, et clangebant buccina juxta me.

[19]Et dixi ad optimates, et ad magistratus, et ad reliquam partem vulgi: Opus grande est et latum, et nos separati sumus in muro procul alter ab altero:

[20]in loco quocumque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis.

[21]Et nos ipsi faciamus opus, et media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ donec egrediantur astra.

[22]In tempore quoque illo dixi populo: Unusquisque cum puero suo maneat in medio Jerusalem, et sint nobis vices per noctem et diem ad operandum.

[23]Ego autem et fratres mei, et pueri mei, et custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: unusquisque tantum nudabatur ad baptismum.

## Neemias 5

[1] Houve forte lamentação do povo e suas mulheres contra os judeus, seus irmãos.

[2] Havia alguns que diziam: “Nós, nossos filhos e filhas somos numerosos; precisamos de trigo para que possamos comer e viver”.

[3] Havia outros que diziam: “Somos obrigados a empenhar nossas terras, nossas vinhas e nossas casas para termos trigo durante a fome”.

[4] Outros ainda diziam: “Tivemos de tomar dinheiro emprestado para pagar o tributo ao rei, empenhando nossas vinhas e nossos campos.

## Nehemiæ 5

[1]Et factus est clamor populi et uxorum ejus magnus adversus fratres suos Judæos.

[2]Et erant qui dicerent: Filii nostri et filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, et comedamus, et vivamus.

[3]Et erant qui dicerent: Agros nostros, et vineas, et domus nostras opponamus, et accipiamus frumentum in fame.

[4]Et alii dicebant: Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demusque agros nostros et vineas:

[5]et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: et sicut filii eorum, ita

[5] E, no entanto, somos da mesma raça que nossos irmãos; nossos filhos não são diferentes dos deles; e eis que foi preciso escravizar nossos filhos e filhas; mesmo agora, entre nossas filhas, há algumas que já são escravas. E nada podemos fazer, porque nossos campos e nossas vinhas passaram já à mão de outros".

[6] Esses lamentos e reclamações irritaram-me profundamente.

[7] Depois de ter refletido, censurei as pessoas importantes e os magistrados, dizendo-lhes: "Por que cobrais usuras de vossos irmãos?". Convoquei então por causa deles uma grande assembleia

[8] e disse-lhes: "Nossos irmãos judeus, que tinham sido vendidos às nações, nós os resgatamos segundo nossa posse. E vós vendeis vossos irmãos? É a nós que eles seriam vendidos!". Calaram-se, não encontrando o que responder.

[9] Eu continuei: "O que estais fazendo não é correto! Não devíeis caminhar no temor de nosso Deus, para evitar o insulto das nações que são nossas inimigas?

[10] Eu mesmo, com meus irmãos e servos, nós emprestamos prata e trigo. Pois bem! Abandonemos o que nos devem.

[11] Devolvei-lhes desde já seus campos, suas vinhas, suas oliveiras e suas casas, bem como a porcentagem de prata, de trigo, de vinho e de azeite que exigistes deles como juros".

[12] Responderam eles: "Devolveremos tudo e nada mais lhes pediremos; faremos tudo o que dizes". Chamei então os sacerdotes e os fiz jurar que procederiam assim.

[13] E sacudi o pó de meu manto, dizendo: "Que Deus assim sacuda de sua casa e de seus bens todo aquele que não cumprir com a sua palavra; que assim, expulso, fique também tal homem despojado!". Ao que toda a assembleia respondeu: "Amém" – louvando o Senhor. E o povo nada mais disse.

[14] Depois do dia em que o rei me estabeleceu como governador da região de

et filii nostri: ecce nos subjugamus filios nostros et filias nostras in servitutem, et de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus unde possint redimi: et agros nostros et vineas nostras alii possident.

[6]Et iratus sum nimis cum audissem clamorem eorum secundum verba hæc:

[7]cogitavitque cor meum mecum, et increpavi optimates et magistratus, et dixi eis: Usurasne singuli a fratribus vestris exigitis? Et congregavi adversum eos concionem magnam,

[8]et dixi eis: Nos, ut scitis, redemimus fratres nostros Judæos, qui venditi fuerant gentibus secundum possibilitatem nostram: et vos igitur vendetis fratres vestros, et redimemus eos? Et siluerunt, nec invenerunt quid responderent.

[9]Dixique ad eos: Non est bona res quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulastis, ne exprobretur nobis a gentibus inimicis nostris?

8Cui respondit: Novi: et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages civitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis.

9Cui Tobias ait: Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo.

10Tunc ingressus Tobias, indicavit universa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogavit ut introiret ad eum.

11Ingressus itaque salutavit eum, et dixit: Gaudium tibi sit semper.

12Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen cæli non video?

13Cui ait juvenis: Forti animo esto: in proximo est ut a Deo cureris.

14Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in

[13] O jovem replicou-lhe: "Tem ânimo, porque é fácil a Deus curar-te!".

[14] Tobit disse-lhe: "É verdade que poderás conduzir meu filho à casa de Gabael, em Ragés, na Média? Quando voltares, eu te retribuirei por isso".

[15] Então, o anjo disse-lhe: "Eu o levarei até lá e o trarei são e salvo para junto de ti".

[16] Tobit então perguntou-lhe: "Rogo-te que me digas de que família e de que tribo és tu?".

[17] O anjo respondeu: "Que é que procuras: a raça do servo ou o próprio servo para acompanhar teu filho?

[18] Mas, para tranquilizar-te: eu sou Azarias, filho do grande Hananias".

[19] "És de família distinta – respondeu Tobit –. "Rogo-te que não me queiras mal por ter querido conhecer tua origem."

[20] O anjo então disse: "Conduzirei o teu filho são e salvo e assim retornará".

[21] Tobit respondeu: "Boa viagem! Que Deus esteja em vosso caminho e que o seu anjo vos acompanhe".

[22] Prepararam o necessário para a viagem. Tobias despediu-se de seu pai e de sua mãe, e os dois viajantes partiram.

[23] Depois que partiram, sua mãe pôs-se a chorar: "Tiraste-nos – disse ela – o bordão de nossa velhice e o apartaste de nós.

[24] Prouvera a Deus que nunca tivesse havido esse dinheiro pelo qual o enviaste.

[25] O pouco que temos nos bastava; a nossa riqueza era a vista de nosso filho".

[26] Tobit respondeu-lhe: "Não chores. Nosso filho chegará são e salvo e voltará também são e salvo para a nossa companhia. Tu o verás com os teus olhos.

[27] Estou certo de que um bom anjo de Deus o acompanhará e disporá solicitamente tudo o que lhe diz respeito, de modo que ele tenha a alegria de voltar para nós".

[28] Ouvindo isso, sua mãe cessou de chorar e calou-se.

Rages civitatem Medorum? et cum redieris, restituam tibi mercedem tuam.

[15]Et dixit ei angelus: Ego ducam, et reducam eum ad te.

[16]Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi de qua domo aut de qua tribu es tu.

[17]Cui Raphaël angelus dixit: Genus quæris mercenarii, an ipsum mercenarium qui cum filio tuo eat?

[18]sed ne forte sollicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius.

[19]Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris quod voluerim cognoscere genus tuum.

[20]Dixit autem illi angelus: Ego sanum ducam, et sanum tibi reducam filium tuum.

[21]Respondens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, et sit Deus in itinere vestro, et angelus ejus comitetur vobiscum.

[22]Tunc paratis omnibus quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo et matri suæ, et ambulaverunt ambo simul.

[23]Cumque profecti essent, cœpit mater ejus flere, et dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, et transmisisti a nobis.

[24]Numquam fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum:

[25]sufficiebat enim nobis paupertas nostra, ut divitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum.

[26]Dixitque ei Tobias: Noli flere: salvus perveniet filius noster, et salvus revertetur ad nos, et oculi tui videbunt illum.

[27]Credo enim quod angelus Dei bonus comitetur ei, et bene disponat omnia quæ circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos.

[28]Ad hanc vocem cessavit mater ejus flere, et tacuit.

## Tobias 6

[1] Tobias partiu, pois, em companhia do anjo. Também o cão foi atrás deles.Deteve-se na primeira parada à beira do rio Tigre.

[2] Descendo ao rio para lavar os pés, eis que um enorme peixe se lançou sobre ele para devorá-lo.

[3] Aterrorizado, Tobias gritou, dizendo: “Senhor, ele lança-se sobre mim”.

[4] O anjo disse-lhe: “Pega-o pelas guelras e puxa-o para ti”. Tobias assim o fez. Arrastou o peixe para a terra, o qual se pôs a saltar aos seus pés.

[5] O anjo então disse-lhe: “Abre o peixe e tira-lhe o coração, o fel e o fígado. Guarda-os contigo e joga fora as entranhas. O coração, o fel e o fígado do peixe servirão para remédios muito eficazes”. Ele assim o fez.

[6] A seguir, assou uma parte da carne do peixe, que levaram consigo pelo caminho. Salgaram o resto, para que lhes bastasse até chegarem a Ragés, na Média.

[7] Entretanto, Tobias interrogou o anjo: “Azarias, meu irmão, peço-te que me digas qual é a virtude curativa dessas partes do peixe que me mandaste guardar”.

[8] O anjo respondeu-lhe: “Se puseres um pedaço do coração sobre brasas, a sua fumaça expulsará toda espécie de mau espírito, tanto do homem como da mulher e impedirá que ele volte de novo a eles.

[9] Quanto ao fel, pode-se fazer com ele um unguento para os olhos que foram atingidos por manchas brancas, porque ele tem a propriedade de curar”.

[10] Em seguida, Tobias disse-lhe: “Onde queres que pousemos?”.

[11] “Há aqui – respondeu o anjo – um homem de tua tribo e de tua família, chamado Raguel, que tem uma filha chamada Sara; além dela não tem mais filho nem filha.

[12] Todos os seus bens te devem pertencer: mas é preciso que a recebas por esposa.

[13] Pede-a, pois, ao seu pai e ele a dará por esposa.

## Tobiæ 6

[1]Profectus est autem Tobias, et canis secutus est eum, et mansit prima mansione juxta fluvium Tigris.

[2]Et exivit ut lavaret pedes suos, et ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum.

[3]Quem expavescens Tobias clamavit voce magna, dicens: Domine, invadit me.

[4]Et dixit ei angelus: Apprehende branchiam ejus, et trahe eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, et palpitare cœpit ante pedes ejus.

[5]Tunc dixit ei angelus: Exentera hunc piscem, et cor ejus, et fel, et jecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter.

[6]Quod cum fecisset, assavit carnes ejus, et secum tulerunt in via: cetera salierunt, quæ sufficerent eis, quousque pervenirent in Rages civitatem Medorum.

[7]Tunc interrogavit Tobias angelum, et dixit ei: Obsecro te, Azaria frater, ut dicas mihi quod remedium habebunt ista, quæ de pisce servare jussisti?

[8]Et respondens angelus, dixit ei: Cordis ejus particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum sive a viro, sive a muliere, ita ut ultra non accedat ad eos.

[9]Et fel valet ad ungendos oculos in quibus fuerit albugo, et sanabuntur.

[10]Et dixit ei Tobias: Ubi vis ut maneamus?

[11]Respondensque angelus, ait: Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, et hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculum neque feminam ullam habet aliam præter eam.

[12]Tibi debetur omnis substantia ejus, et oportet eam te accipere conjugem.

[13]Pete ergo eam a patre ejus, et dabit tibi eam in uxorem.

[14]Tunc respondit Tobias, et dixit: Audio quia tradita est septem viris, et mortui sunt: sed et hoc audivi, quia dæmonium occidit illos.

[14] Tobias replicou: “Ouvi dizer que ela já teve sete maridos e que todos morreram. Diz-se mesmo que foi um demônio que os matou,

[15] por isso, eu temo que o mesmo venha a me acontecer, a mim que sou filho único e, desse modo, faça descer lamentavelmente a velhice de meus pais à habitação dos mortos”.

[16] O anjo respondeu-lhe: “Ouve-me e eu te mostrarei sobre quem o demônio tem poder:

[17] são os que se casam, banindo Deus de seu coração e de seu pensamento e se entregam à sua paixão como o cavalo e o burro, que não têm entendimento: sobre estes o demônio tem poder.

[18] Tu, porém, quando te casares e entrares na câmara nupcial, viverás com ela em castidade durante três dias e não vos ocupareis de outra coisa senão de orar juntos.

[19] Na primeira noite, queimarás o fígado do peixe e será posto em fuga o demônio.

[20] Na segunda noite, serás admitido na sociedade dos santos patriarcas.

[21] Na terceira noite, receberás a bênção que vos dará filhos cheios de saúde.

[22] Passada essa terceira noite, te aproximarás da jovem no temor ao Senhor, mais com o desejo de ter filhos que o ímpeto da paixão. Obterás assim para os teus filhos a bênção prometida à raça de Abraão”.

[15]Timeo ergo, ne forte et mihi hæc eveniant: et cum sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos.

[16]Tunc angelus Raphaël dixit ei: Audi me, et ostendam tibi qui sunt, quibus prævalere potest dæmonium.

[17]Hi namque qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se et a sua mente excludant, et suæ libidini ita vacent sicut equus et mulus quibus non est intellectus: habet potestatem dæmonium super eos.

[18]Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, et nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea.

[19]Ipsa autem nocte, incenso jecore piscis, fugabitur dæmonium.

[20]Secunda vero nocte in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris.

[21]Tertia autem nocte, benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolumes.

[22]Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quam libidine ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

## Tobias 7

[1] Chegaram, pois, à casa de Raguel, que os recebeu cordialmente.

[2] Vendo Tobias, Raguel disse a Edna, sua mulher: “Como este jovem é parecido com meu primo”.

[3] Dito isso, perguntou: “De onde viestes, ó jovens?”. Eles responderam: “Somos da tribo de Neftali, dos deportados de Nínive”.

[4] Raguel prosseguiu: “Conheceis, porventura, o meu primo Tobit?”. “Certamente” – responderam.

## Tobiæ 7

[1]Ingressi sunt autem ad Raguelem, et suscepit eos Raguel cum gaudio.

[2]Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ uxori suæ: Quam similis est juvenis iste consobrino meo!

[3]Et cum hæc dixisset, ait: Unde estis juvenes fratres nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Nephthali sumus, ex captivitate Ninive.

[4]Dixitque illis Raguel: Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt: Novimus.

[5] E como Raguel começasse a elogiar Tobit, o anjo disse-lhe: "Esse Tobit de que falas é o pai deste jovem".

[6] Raguel lançou-se então ao pescoço de Tobias, beijou-o com lágrimas e disse:

[7] "Abençoado sejas, meu filho, porque és filho de um homem de bem!".

[8] Edna, sua mulher e Sara, sua filha, tinham também os olhos cheios de lágrimas.

[9] Depois que conversaram, Raguel mandou matar um carneiro para preparar um jantar. E quando lhes rogava que tomassem lugar à mesa,

[10] Tobias disse-lhe: "Não comerei nem beberei aqui hoje, antes que me tenhas prometido conceder o que te vou pedir: dá-me Sara, tua filha, por mulher".

[11] Essas palavras encheram Raguel de espanto, pensando no que tinha acontecido aos sete maridos que se tinham aproximado dela e começou a temer que tal desgraça se repetisse mais uma vez. E como ele hesitasse em dar uma resposta a Tobias,

[12] o anjo disse-lhe: "Não temas dar-lhe tua filha, porque é deste piedoso servo de Deus que ela deve ser mulher. Por isso, nenhum outro pôde tê-la".

[13] Então, Raguel disse: "Não tenho mais dúvidas de que Deus admitiu em sua presença minhas lágrimas.

[14] Estou persuadido de que ele vos fez vir à minha casa unicamente para que minha filha desposasse um seu parente, segundo a Lei de Moisés. Não temas, eu hei de te dar Sara por esposa".

[15] E, tomando a mão direita de sua filha, a pôs na de Tobias, dizendo: "Que o Deus de Abraão, o Deus de Isaac, o Deus de Jacó esteja convosco; que ele vos una e derrame sobre vós a sua bênção".

[16] Tomou em seguida o papel e redigiram o ato do matrimônio.

[17] E celebraram alegremente uma festa, agradecendo a Deus.

[5]Cumque multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem: Tobias, de quo interrogas, pater istius est.

[6]Et misit se Raguel, et cum lacrimis osculatus est eum, et plorans supra collum ejus

[7]dixit: Benedictio sit tibi, fili mi, quia boni et optimi viri filius es.

[8]Et Anna uxor ejus, et Sara ipsorum filia, lacrimatæ sunt.

[9]Postquam autem locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, et parari convivium. Cumque hortaretur eos discumbere ad prandium,

[10]Tobias dixit: Hic ego hodie non manducabo neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, et promittas mihi dare Saram filiam tuam.

[11]Quo audito verbo Raguel expavit, sciens quid evenerit illis septem viris qui ingressi sunt ad eam: et timere cœpit ne forte et hunc similiter contingeret. Et cum nutaret, et non daret petenti ullum responsum,

[12]dixit ei angelus: Noli timere dare eam isti, quoniam huic timenti Deum debetur conjux filia tua: propterea alius non potuit habere illam.

[13]Tunc dixit Raguel: Non dubito quod Deus preces et lacrimas meas in conspectu suo admiserit.

[14]Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me, ut ista conjungeretur cognationi suæ secundum legem Moysi: et nunc noli dubium gerere quod tibi eam tradam.

[15]Et apprehendens dexteram filiæ suæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob vobiscum sit, et ipse conjungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis.

[16]Et accepta carta, fecerunt conscriptionem conjugii.

[17]Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deum.

[18]Vocavitque Raguel ad se Annam uxorem suam, et præcepit ei ut præpararet alterum cubiculum.

[18] Raguel chamou Então, sua mulher e mandou-lhe que preparasse outro aposento.

[19] Ela introduziu ali Sara, sua filha, e esta se pôs a chorar.

[20] Mas ela disse-lhe: “O Senhor do céu te encha de alegria pelos males que tens sofrido”.

[19]Et introduxit illuc Saram filiam suam, et lacrimata est.

[20]Dixitque ei: Forti animo esto, filia mea: Dominus cæli det tibi gaudium pro tædio quod perpessa es.

## Tobias 8

[1] Depois do jantar, introduziram o jovem no aposento de Sara.

[2] E Tobias, fiel às indicações do anjo, tirou do seu alforje uma parte do fígado e o pôs sobre brasas acesas.

[3] Nesse momento, o anjo Rafael tomou o demônio e prendeu-o no deserto do Alto Egito.

[4] Então, Tobias encorajou a jovem com estas palavras: “Levanta-te, Sara, e roguemos a Deus, hoje, amanhã e depois de amanhã. Estaremos unidos a Deus durante essas três noites. Depois da terceira noite, consumaremos nossa união;

[5] porque somos filhos dos santos patriarcas e não nos devemos casar como os pagãos que não conhecem a Deus”.

[6] Levantaram-se, pois, ambos e oraram juntos fervorosamente para que lhes fosse conservada a vida.

[7] Tobias disse: “Senhor, Deus de nossos pais, bendigam-vos o céu, a terra, o mar, as fontes e os rios, com todas as criaturas que neles existem.

[8] Vós fizestes Adão do limo da terra e destes-lhe Eva por companheira.

[9] Ora, vós sabeis, ó Senhor, que não é para satisfazer a minha paixão que recebo a minha prima como esposa, mas unicamente com o desejo de suscitar uma posteridade, pela qual o vosso nome seja eternamente bendito”.

[10] E Sara acrescentou: “Tende piedade de nós, Senhor; tende piedade de nós e fazei que cheguemos juntos a uma ditosa velhice!”.

## Tobiæ 8

[1]Postquam vero cœnaverunt, introduxerunt juvenem ad eam.

[2]Recordatus itaque Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partem jecoris, posuitque eam super carbones vivos.

[3]Tunc Raphaël angelus apprehendit dæmonium, et religavit illud in deserto superioris Ægypti.

[4]Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei: Sara, exsurge, et deprecemur Deum hodie, et cras, et secundum cras: quia his tribus noctibus Deo jungimur; tertia autem transacta nocte, in nostro erimus conjugio.

[5]Filii quippe sanctorum sumus, et non possumus ita conjungi sicut gentes quæ ignorant Deum.

[6]Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis.

[7]Dixitque Tobias: Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te cæli et terræ, mareque et fontes, et flumina, et omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt.

[8]Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistique ei adjutorium Hevam.

[9]Et nunc Domine, tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam conjugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum.

[10]Dixit quoque Sara: Miserere nobis Domine, miserere nobis, et consenescamus ambo pariter sani.

[11]Et factum est circa pullorum cantum, accersiri jussit Raguel servos suos, et

[11] Ora, ao cantar do galo, Raguel chamou os seus criados e foram juntos cavar uma sepultura.

[12] “Quem sabe – dizia ele – se não aconteceu a esse o mesmo que aos outros sete homens que se aproximaram dela?”

[13] Cavada a fossa, voltou para junto de sua mulher e disse:

[14] “Manda uma de tuas escravas ver se ele morreu, a fim de que eu possa enterrá-lo antes de clarear o dia”.

[15] Ela o fez. E a serva, tendo entrado no aposento, encontrou-os bem vivos, dormindo juntos.

[16] Ela voltou e deu essa boa notícia; e Raguel com sua mulher louvaram o Senhor, dizendo:

[17] “Nós vos bendizemos, Senhor, Deus de Israel, porque não se realizou o que temíamos.

[18] Usastes conosco de vossa misericórdia, expulsando para longe de nós o inimigo que nos perseguia,

[19] e tivestes piedade de dois filhos únicos. Fazei, ó Senhor, que eles vos bendigam sempre mais e vos ofereçam um sacrifício de louvor pela sua conservação, a fim de que todas as nações pagãs conheçam que vós sois o único Deus de toda a terra”.

[20] Raguel ordenou imediatamente aos seus criados que fechassem a cova, antes do amanhecer.

[21] Disse à sua mulher que aprontasse um banquete e preparasse todos os víveres necessários aos viajantes.

[22] Mandou também matar duas vacas gordas e quatro carneiros, destinados a um festim para todos os seus vizinhos e amigos.

[23] E instou com Tobias que ficasse com ele durante duas semanas.

[24] Presenteou Tobias com a metade de seus bens e redigiu um documento estipulando que a outra metade se tornaria também, depois de sua morte, propriedade de Tobias.

abierunt cum eo pariter ut foderent sepulchrum.

[12]Dicebat enim: Ne forte simili modo evenerit ei, quo et ceteris illis septem viris qui sunt ingressi ad eam.

[13]Cumque parassent fossam, reversus Raguel ad uxorem suam, dixit ei:

[14]Mitte unam de ancillis tuis, et videat si mortuus est, ut sepeliam eum antequam illucescat dies.

[15]At illa misit unam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos salvos et incolumes, secum pariter dormientes.

[16]Et reversa nuntiavit bonum nuntium: et benedixerunt Dominum, Raguel videlicet et Anna uxor ejus,

[17]et dixerunt: Benedicimus te, Domine Deus Israël, quia non contigit quemadmodum putabamus.

[18]Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, et exclusisti a nobis inimicum persequentem nos.

[19]Misertus es autem duobus unicis. Fac eos, Domine, plenius benedicere te, et sacrificium tibi laudis tuæ et suæ sanitatis offerre, ut cognoscat universitas gentium quia tu es Deus solus in universa terra.

[20]Statimque præcepit servis suis Raguel ut replerent fossam quam fecerant priusquam elucesceret.

[21]Uxori autem suæ dixit ut instrueret convivium, et præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus necessaria.

[22]Duas quoque pingues vaccas, et quatuor arietes, occidi fecit, et parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis.

[23]Et adjuravit Raguel Tobiam ut duas hebdomadas moraretur apud se.

[24]De omnibus autem quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, et fecit scripturam, ut pars dimidia quæ supererat, post obitum eorum Tobiæ dominio deveniret.

## Tobias 9

1 Tobias chamou então a si o anjo, que ele julgava ser um homem e disse-lhe: "Azarias, meu irmão, peço-te que me ouças.

2 Ainda que eu me fizesse teu escravo, não seria isso uma retribuição digna por teus cuidados.

3 Não obstante, vou pedir-te ainda que tomes contigo cavalos e servos e vás à casa de Gabael, em Ragés, na Média. Devolve-lhe o seu recibo e recebe o dinheiro. Convida-o também para o meu casamento.

4 Bem sabes que meu pai conta os dias. Se eu tardar um dia mais, ele sofrerá com isso.

5 Vês, por outro lado, como Raguel insistiu em que eu me demorasse aqui e não lho posso recusar".

6 Rafael tomou então quatro servos de Raguel, dois camelos e partiu para Ragés, na Média. Encontrando Gabael, entregou-lhe o recibo e recebeu dele todo o dinheiro.

7 Contou-lhe toda a aventura de Tobias e fê-lo vir consigo às núpcias.

8 Tobias estava à mesa, quando Gabael entrou na casa de Raguel. Lançaram-se nos braços um do outro e Gabael louvava a Deus com lágrimas de alegria.

9 "Que o Deus de Israel te abençoe – disse ele – porque és filho de um homem de bem, justo, piedoso e esmoler.

10 Abençoe também a tua mulher e os vossos pais;

11 possais ver os vossos filhos e os filhos de vossos filhos, até a terceira e a quarta gerações!

12 Bendita seja a vossa raça pelo Deus de Israel que reina em toda a eternidade!" "Amém" – responderam eles. E todos se puseram à mesa. E foi no temor do Senhor que celebraram o festim das núpcias.

## Tobiæ 9

1Tunc vocavit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat, dixitque ei: Azaria frater, peto ut auscultes verba mea.

2Si meipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentiæ tuæ:

3tamen obsecro te ut assumas tibi animalia sive servitia, et vadas ad Gabelum in Rages civitatem Medorum, reddasque ei chirographum suum, et recipias ab eo pecuniam, et roges eum venire ad nuptias meas.

4Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies, et si tardavero una die plus, contristatur anima ejus.

5Et certe vides quomodo adjuravit me Raguel, cujus adjuramentum spernere non possum.

6Tunc Raphaël assumens quatuor ex servis Raguelis, et duos camelos, in Rages civitatem Medorum perrexit: et inveniens Gabelum, reddidit ei chirographum suum, et recepit ab eo omnem pecuniam.

7Indicavitque ei de Tobia filio Tobiæ omnia quæ gesta sunt, fecitque eum secum venire ad nuptias.

8Cumque ingressus esset domum Raguelis, invenit Tobiam discumbentem: et exiliens, osculati sunt se invicem: et flevit Gabelus, benedixitque Deum,

9et dixit: Benedicat te Deus Israël, quia filius es optimi viri et justi, et timentis Deum, et eleemosynas facientis:

10et dicatur benedictio super uxorem tuam, et super parentes vestros,

11et videatis filios vestros, et filios filiorum vestrorum, usque in tertiam et quartam generationem: et sit semen vestrum benedictum a Deo Israël, qui regnat in sæcula sæculorum.

12Cumque omnes dixissent: Amen: accesserunt ad convivium: sed et cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.

## Tobias 10

[1] O casamento de Tobias tinha retardado a sua volta. Seu pai, muito inquieto, dizia: “Por que será que meu filho tarda tanto? Por que se demora lá?

[2] Teria Gabael porventura falecido, de sorte que não haveria ninguém para restituir o dinheiro?”.

[3] Ele entristeceu-se extremamente com isso, assim como Ana, sua mulher, e ambos se puseram a chorar, porque seu filho não voltava no tempo previsto.

[4] Ana, principalmente, derramava lágrimas inesgotáveis e dizia: “Ai, ai, meu filho! Por que te mandamos lá? Tu que eras a luz de nossos olhos, o bordão de nossa velhice, a consolação de nossa vida e a esperança de nossa raça!

[5] Nós, que em ti só tínhamos tudo, não te devíamos ter deixado ir para longe de nós”.

[6] Tobit dizia-lhe: “Cala-te, não te aflijas! Nosso filho está passando bem. Aquele homem com quem nós o mandamos é um homem de confiança”.

[7] Mas ela continuava inconsolável. Todos os dias saía para fora, olhava para todos os lados e corria por todos os caminhos, por onde poderia voltar o filho, a fim de vê-lo ao longe, se fosse possível.

[8] Entretanto, Raguel dizia ao seu genro: “Fica aqui, mandarei notícias a Tobit, teu pai, a respeito de tua saúde”.

[9] Mas Tobias disse-lhe: “Sei que meu pai e minha mãe contam os dias e que se acham em grande tormento”.

[10] Raguel insistiu ainda, apresentando muitas razões, mas Tobias não quis ouvi-lo. Então, entregou-lhe Sara com a metade de seus bens: escravos e escravas, bois e ovelhas, asnos e camelos, roupas, dinheiro e utensílios. E deixou-os partir com saúde e alegria.

[11] Ao despedir-se de Tobias, disse: “Que o santo anjo do Senhor vos acompanhe pelo caminho e vos conduza sãos e salvos. Faço

## Tobiæ 10

[1]Cum vero moras faceret Tobias, causa nuptiarum, sollicitus erat pater ejus Tobias, dicens: Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi?

[2]Putasne Gabelus mortuus est, et nemo reddet illi pecuniam?

[3]Cœpit autem contristari nimis ipse, et Anna uxor ejus cum eo: et cœperunt ambo simul flere, eo quod die statuto minime reverteretur filius eorum ad eos.

[4]Flebat igitur mater ejus irremediabilibus lacrimis, atque dicebat: Heu, heu me, fili mi! ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ?

[5]omnia simul in te uno habentes, te non debuimus dimittere a nobis.

[6]Cui dicebat Tobias: Tace, et noli turbari: sanus est filius noster: satis fidelis est vir ille, cum quo misimus eum.

[7]Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circumspiciebat, et circuibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem.

[8]At vero Raguel dicebat ad generum suum: Mane hic, et ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum.

[9]Cui Tobias ait: Ego novi quia pater meus et mater mea modo dies computant, et cruciatur spiritus eorum in ipsis.

[10]Cumque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, et ille eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, et dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, et in vaccis, et in pecunia multa: et salvum atque gaudentem dimisit eum a se,

[11]dicens: Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatque vos incolumes, et inveniatis omnia recte circa parentes vestros, et videant oculi mei filios vestros priusquam moriar.

votos de que encontreis tudo em ordem em casa de vossos pais e que eu possa ver os vossos filhos antes de morrer!”.

12 Os pais beijaram sua filha e deixaram-na partir,

13 recomendando-lhe que honrasse seus sogros, amasse o seu marido, educasse bem a sua família e governasse a sua casa, conservando-se ela mesma irrepreensível.

12Et apprehendentes parentes filiam suam, osculati sunt eam: et dimiserunt ire,

13monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, et seipsam irreprehensibilem exhibere.

## Tobias 11

1 De regresso, chegaram no décimo primeiro dia de viagem a Caserin, que está a meio caminho na direção de Nínive.

2 O anjo disse então: “Tobias, meu irmão, tu sabes em que estado deixaste o teu pai.

3 Se for do teu agrado, poderíamos tomar a dianteira, deixando a tua mulher, os servos e os rebanhos seguirem devagar pelo caminho”.

4 Tendo Tobias concordado com esse parecer, Rafael disse-lhe: “Leva contigo o fel do peixe, porque vais precisar dele”. Tomou, pois, Tobias o fel e partiram.

5 Ana, por sua vez, ia todos os dias assentar-se perto do caminho, no cimo de uma colina, de onde podia ver ao longe.

6 Ela espreitava ali a volta de seu filho, quando o viu de longe que voltava e o reconheceu. Correu ao seu marido e disse-lhe: “Eis que aí vem o teu filho!”.

7 Ora, Rafael tinha dito a Tobias: “Logo que entrares em tua casa, adorarás o Senhor, teu Deus, e lhe darás graças. Irás em seguida beijar teu pai

8 e lhe porá imediatamente nos olhos o fel do peixe que tens contigo. Sabe que seus olhos se abrirão instantaneamente e que teu pai verá a luz do céu. E, vendo-te, ficará cheio de alegria”.

9 O cão, que os tinha acompanhado durante a viagem, correu então adiante como um mensageiro e mostrava o seu contentamento fazendo festas e abanando a cauda.

## Tobiæ 11

1Cumque reverterentur, pervenerunt ad Charan, quæ est in medio itinere contra Niniven, undecimo die.

2Dixitque angelus: Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti patrem tuum.

3Si placet itaque tibi, præcedamus, et lento gradu sequantur iter nostrum familiæ, simul cum conjuge tua, et cum animalibus.

4Cumque hoc placuisset ut irent, dixit Raphaël ad Tobiam: Tolle tecum ex felle piscis: erit enim necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, et abierunt.

5Anna autem sedebat secus viam quotidie in supercilio montis, unde respicere poterat de longinquo.

6Et dum ex eodem loco specularetur adventum ejus, vidit a longe, et illico agnovit venientem filium suum: currensque nuntiavit viro suo, dicens: Ecce venit filius tuus.

7Dixitque Raphaël ad Tobiam: At ubi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum: et gratias agens ei, accede ad patrem tuum, et osculare eum.

8Statimque lini super oculos ejus ex felle isto piscis, quod portas tecum: scias enim quoniam mox aperientur oculi ejus, et videbit pater tuus lumen cæli, et in aspectu tuo gaudebit.

9Tunc præcucurrit canis, qui simul fuerat in via: et quasi nuntius adveniens, blandimento suæ caudæ gaudebat.

10Et consurgens cæcus pater ejus, cœpit offendens pedibus currere: et data manu puero, occurrit obviam filio suo.

[10] O pai cego levantou-se e pôs-se a correr, tropeçando. Dando então a mão a um criado, foi ao encontro de seu filho.

[11] Abraçou-o e beijou-o, fazendo o mesmo sua mulher e ambos começaram a chorar de alegria.

[12] Só se assentaram depois de terem adorado e agradecido a Deus.

[13] Tobias tomou então o fel do peixe e o pôs nos olhos de seu pai.

[14] Depois de ter esperado cerca de meia hora, começou a sair-lhe dos olhos uma belida branca como a membrana de um ovo.

[15] Tobias tomou-a e a arrancou dos olhos de seu pai, o qual recobrou instantaneamente a vista.

[16] E louvaram a Deus, ele, sua mulher e todos os que o conheciam.

[17] "Bendigo-vos, Senhor, Deus de Israel" –, dizia ele – porque depois de me terdes provado, me salvastes: eis que vejo o meu filho Tobias!"

[18] Sete dias depois, chegou também Sara, mulher de seu filho, com todos os seus servos, em boa saúde, com os rebanhos, os camelos, o grande dote da esposa e mais o dinheiro recebido de Gabael.

[19] Tobias contou a seus pais todos os benefícios que Deus lhe tinha feito por intermédio de seu guia.

[20] Chegaram também Aicar e Nadab, primos de Tobit, felizes de poderem congratular-se com ele pelos benefícios que Deus lhe tinha prodigalizado.

[21] Durante sete dias houve festa e grande regozijo.

[11]Et suscipiens osculatus est eum cum uxore sua, et cœperunt ambo flere præ gaudio.

[12]Cumque adorassent Deum, et gratias egissent, consederunt.

[13]Tunc sumens Tobias de felle piscis, linivit oculos patris sui.

[14]Et sustinuit quasi dimidiam fere horam: et cœpit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ovi, egredi.

[15]Quam apprehendens Tobias, traxit ab oculis ejus: statimque visum recepit.

[16]Et glorificabant Deum, ipse videlicet et uxor ejus, et omnes qui sciebant eum.

[17]Dicebatque Tobias: Benedico te, Domine Deus Israël, quia tu castigasti me, et tu salvasti me: et ecce ego video Tobiam filium meum.

[18]Ingressa est etiam post septem dies Sara uxor filii ejus et omnis familia sana, et pecora, et cameli, et pecunia multa uxoris; sed et illa pecunia, quam receperat a Gabelo.

[19]Et narravit parentibus suis omnia beneficia Dei, quæ fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat.

[20]Veneruntque Achior et Nabath consobrini Tobiæ gaudentes ad Tobiam, et congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat Deus.

[21]Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gavisi sunt.

## Tobias 12

[1] Então, Tobit chamou seu filho e disse-lhe: "Que havemos nós de dar a esse santo homem que te acompanhou?".

[2] "Meu pai –, respondeu ele – que gratificação lhe havemos de dar? Que presente poderá igualar os seus benefícios?

## Tobiæ 12

[1]Tunc vocavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?

[2]Respondens Tobias, dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis ejus?

[3] Ele levou-me e trouxe-me em boa saúde; foi receber o dinheiro de Gabael; fez-me ter uma mulher e afugentou dela o demônio; encheu de alegria os seus pais; livrou-me de ser devorado pelo peixe e fez-te rever a luz do céu; enfim, ele cumulou-nos de toda a sorte de benefícios. Que presente poderia igualar a tudo isso?

[4] Rogo-te, meu pai, que lhe peças se digne aceitar a metade de tudo o que trouxemos."

[5] Chamaram-no, pois, o pai e o filho e, tomando-o à parte, rogaram-lhe que aceitasse a metade de tudo o que tinham trazido.

[6] Então, ele falou-lhes discretamente: "Bendizei o Deus do céu e dai-lhe glória diante de todo o ser vivente, porque ele usou de misericórdia para convosco.

[7] Se é bom conservar escondido o segredo do rei, é coisa louvável revelar e publicar as obras de Deus.

[8] Boa coisa é a oração acompanhada de jejum e a esmola é preferível aos tesouros de ouro escondidos,

[9] porque a esmola livra da morte: ela apaga os pecados e faz encontrar a misericórdia e a vida eterna;

[10] aqueles, porém, que praticam a injustiça e o pecado são os seus próprios inimigos.

[11] Vou descobrir-vos a verdade, sem nada vos ocultar.

[12] Quando tu oravas com lágrimas e enterravas os mortos, quando deixavas a tua refeição e ias ocultar os mortos em tua casa durante o dia, para sepultá-los quando viesse a noite, eu apresentava as tuas orações ao Senhor.

[13] Mas porque eras agradável ao Senhor, foi preciso que a tentação te provasse.

[14] Agora o Senhor enviou-me para curar-te e livrar do demônio Sara, mulher de teu filho.

[15] Eu sou o anjo Rafael, um dos sete que assistimos na presença do Senhor".

[3]Me duxit et reduxit sanum, pecuniam a Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, et dæmonium ab ea ipse compescuit: gaudium parentibus ejus fecit, meipsum a devoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, et bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare?

[4]Sed peto te, pater mi, ut roges eum, si forte dignabitur medietatem de omnibus quæ allata sunt, sibi assumere.

[5]Et vocantes eum, pater scilicet et filius, tulerunt eum in partem: et rogare cœperunt ut dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant acceptam habere.

[6]Tunc dixit eis occulte: Benedicite Deum cæli, et coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

[7]Etenim sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est.

[8]Bona est oratio cum jejunio, et eleemosyna magis quam thesauros auri recondere:

[9]quoniam eleemosyna a morte liberat, et ipsa est quæ purgat peccata, et facit invenire misericordiam et viam æternam.

[10]Qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animæ suæ.

[11]Manifesto ergo vobis veritatem, et non abscondam a vobis occultum sermonem.

[12]Quando orabas cum lacrimis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondebas per diem in domo tua, et nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

[13]Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

[14]Et nunc misit me Dominus ut curarem te, et Saram uxorem filii tui a dæmonio liberarem.

[15]Ego enim sum Raphaël angelus, unus ex septem qui adstamus ante Dominum.

[16]Cumque hæc audissent, turbati sunt, et trementes ceciderunt super terram in faciem suam.

16 Ao ouvir essas palavras, eles ficaram fora de si e, tremendo, prostraram-se com o rosto por terra.

17 Mas o anjo disse-lhes: “A paz seja convosco: não temais.

18 Quando eu estava convosco, eu o estava por vontade de Deus: rendei-lhe graças, pois, com cânticos de louvor.

19 Parecia-vos que eu comia e bebia convosco, mas o meu alimento é um manjar invisível e minha bebida não pode ser vista pelos homens.

20 É chegado o tempo de voltar para aquele que me enviou: vós, porém, bendizei a Deus e publicai todas as suas maravilhas”.

21 Acabando de dizer essas palavras, desapareceu diante deles e eles não viram mais nada.

22 Durante três horas permaneceram prostrados por terra, bendizendo a Deus. Depois levantaram-se e publicaram todas essas maravilhas.

17Dixitque eis angelus: Pax vobis: nolite timere.

18Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, et cantate illi.

19Videbar quidem vobiscum manducare et bibere: sed ego cibo invisibili, et potu qui ab hominibus videri non potest, utor.

20Tempus est ergo ut revertar ad eum qui me misit: vos autem benedicite Deum, et narrate omnia mirabilia ejus.

21Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, et ultra eum videre non potuerunt.

22Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum: et exsurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.

## Tobias 13

1 Tobit tomou, então, a palavra e, em um transporte de alegria, escreveu esta prece: “Sois grande, Senhor, na eternidade, vosso reino estende-se a todos os séculos.

2 Porque vós provais e, em seguida, salvais. Conduzis a profundos abismos e deles tirais; e não há quem possa escapar à vossa mão.

3 Celebrai o Senhor, filhos de Israel. Louvai-o em presença das nações.

4 Porque, se ele vos dispersou entre povos que o não conhecem, foi para que publiqueis as suas maravilhas e lhes façais reconhecer que não há outro Deus onipotente senão ele.

5 Castigou-nos por causa das nossas iniquidades, mas nos salvará por sua misericórdia.

6 Considerai, agora, o que fez por nós e bendizei-o com temor e tremor; por vosso comportamento, glorificai o rei dos séculos.

## Tobiæ 13

1Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, et dixit: Magnus es, Domine, in æternum, et in omnia sæcula regnum tuum:

2quoniam tu flagellas, et salvas; deducis ad inferos, et reducis: et non est qui effugiat manum tuam.

3Confitemini Domino, filii Israël, et in conspectu gentium laudate eum:

4quoniam ideo dispersit vos inter gentes quæ ignorant eum, ut vos enarretis mirabilia ejus, et faciatis scire eos quia non est alius deus omnipotens præter eum.

5Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras, et ipse salvabit nos propter misericordiam suam.

6Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, et cum timore et tremore confitemini illi: regemque sæculorum exaltate in operibus vestris.

[7] Quanto a mim, rendo-lhe graças na terra do meu cativeiro, porque manifestou sua majestade sobre um povo criminoso.

[8] Convertei-vos, pecadores, e praticai a justiça diante de Deus, na confiança que vos fará misericórdia.

[9] Nele me alegrarei de todo o coração.

[10] Dai graças ao Senhor, vós todos, seus eleitos; celebrai dias de alegria e rendei-lhe louvores.

[11] Jerusalém, cidade santa! Deus te castigou por teu mau procedimento.

[12] Confessa a Deus como convém e louva o rei dos séculos, para que ele reedifique o teu santuário. Reúna em ti os que foram deportados e possas alegrar-te sem fim!

[13] Hás de refulgir qual esplêndida luz e todos os povos da terra te venerarão.

[14] Nações de longe virão a ti, com presentes, adorar o Senhor em teus muros e considerarão o teu solo como um santuário.

[15] Porque em teu recinto invocarão o grande nome.

[16] Maldito seja quem te desprezar; desonrado, quem te caluniar; bendito seja quem te reconstruir!

[17] Tu te alegrarás nos teus filhos, porque serão todos abençoados e se reunirão junto do Senhor.

[18] Ditosos todos os que te amam: na tua paz encontrarão sua alegria.

[19] Ó minha alma, bendize ao Senhor, porque o Senhor, nosso Deus, livrou Jerusalém de todas as suas tribulações.

[20] Feliz serei, se ficar um homem de minha raça para ver o esplendor de Jerusalém:

[21] suas portas serão reconstruídas com safiras e esmeraldas, seus muros serão inteiramente de pedras preciosas,

[22] suas praças serão pavimentadas de mosaicos e rubis, e em suas ruas cantarão: Aleluia!

[23] Bendito seja Deus que te restituiu tal esplendor! Que ele reine sobre ti eternamente!".

[7]Ego autem in terra captivitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit majestatem suam in gentem peccatricem.

[8]Convertimini itaque peccatores, et facite justitiam coram Deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam.

[9]Ego autem et anima mea in eo lætabimur.

[10]Benedicite Dominum omnes electi ejus: agite dies lætitiæ, et confitemini illi.

[11]Jerusalem civitas Dei, castigavit te Dominus in operibus manuum tuarum.

[12]Confitere Domino in bonis tuis, et benedic Deum sæculorum: ut reædificet in te tabernaculum suum, et revocet ad te omnes captivos, et gaudeas in omnia sæcula sæculorum.

[13]Luce splendida fulgebis, et omnes fines terræ adorabunt te.

[14]Nationes ex longinquo ad te venient, et munera deferentes adorabunt in te Dominum, et terram tuam in sanctificationem habebunt:

[15]nomen enim magnum invocabunt in te.

[16]Maledicti erunt qui contempserint te, et condemnati erunt omnes qui blasphemaverint te: benedictique erunt qui ædificaverint te.

[17]Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, et congregabuntur ad Dominum.

[18]Beati omnes qui diligunt te, et qui gaudent super pace tua.

[19]Anima mea, benedic Dominum, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam a cunctis tribulationibus ejus Dominus Deus noster.

[20]Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Jerusalem.

[21]Portæ Jerusalem ex sapphiro et smaragdo ædificabuntur, et ex lapide pretioso omnis circuitus murorum ejus.

[22]Ex lapide candido et mundo omnes plateæ ejus sternentur, et per vicos ejus alleluja cantabitur.

[23]Benedictus Dominus, qui exaltavit eam, et sit regnum ejus in sæcula sæculorum super eam. Amen.

## Tobias 14

[1] Tal foi o cântico de Tobit.

[2] Tobit morreu em paz, na idade de cento e doze anos. Foi sepultado com muita honra em Nínive.

[3] Tinha sessenta e dois anos quando ficou cego.

[4] Todo o restante de sua vida se passou na alegria. E a paz de que gozou foi em proporção aos seus progressos no temor a Deus.

[5] Quando veio a hora de sua morte, chamou à sua presença o seu filho Tobias, com os sete filhos deste e disse-lhes:

[6] "Está próxima a ruína de Nínive, porque a palavra de Deus não falha; os nossos irmãos, que foram dispersos para longe da pátria de Israel, voltarão para ela.

[7] Todo o seu país deserto será repovoado e a casa de Deus, que ali foi queimada, será reconstruída. Todos os homens que temem a Deus voltarão para ela

[8] e as nações pagãs abandonarão os seus ídolos e virão habitar em Jerusalém.

[9] Todos os reis da terra se alegrarão de apresentar suas homenagens ao rei de Israel.

[10] Ouvi, pois, o vosso pai, meus filhos. Servi fielmente o Senhor e procurai fazer o que lhe é agradável.

[11] Recomendai aos vossos filhos que pratiquem a justiça, sejam caridosos e esmoleres, que se lembrem de Deus e o bendigam em todo o tempo, fielmente e com todas as suas forças.

[12] E agora, meus filhos, ouvi-me: não fiqueis aqui; mas, no dia em que tiverdes enterrado vossa mãe junto de mim no mesmo túmulo, ponde-vos logo a caminho para deixar estes lugares;

## Tobiæ 14

[1]Et consummati sunt sermones Tobiæ. Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, et vidit filios nepotum suorum.

[2]Completis itaque annis centum duobus, sepultus est honorifice in Ninive.

[3]Quinquaginta namque et sex annorum lumen oculorum amisit, sexagenarius vero recepit.

[4]Reliquum vero vitæ suæ in gaudio fuit, et cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

[5]In hora autem mortis suæ vocavit ad se Tobiam filium suum, et septem juvenes filios ejus nepotes suos, dixitque eis:

[6]Prope erit interitus Ninive: non enim excidit verbum Domini: et fratres nostri, qui dispersi sunt a terra Israël, revertentur ad eam.

[7]Omnis autem deserta terra ejus replebitur, et domus Dei, quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur: ibique revertentur omnes timentes Deum,

[8]et relinquent gentes idola sua, et venient in Jerusalem, et inhabitabunt in ea:

[9]et gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem Israël.

[10]Audite ergo, filii mei, patrem vestrum: servite Domino in veritate, et inquirite ut faciatis quæ placita sunt illi:

[11]et filiis vestris mandate ut faciant justitias et eleemosynas, ut sint memores Dei, et benedicant eum in omni tempore in veritate, et in tota virtute sua.

[12]Nunc ergo filii, audite me, et nolite manere hic: sed quacumque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros ut exeatis hinc:

[13]video enim quia iniquitas ejus finem dabit ei.

[13] porque eu vejo que a iniquidade desta cidade será a causa de sua queda.”

[14] Depois da morte de sua mãe, Tobias partiu de Nínive com sua mulher, seus filhos e seus netos e voltou para a casa de seus sogros.

[15] Encontrou-os em perfeita saúde, numa ditosa velhice. Teve para com eles todas as atenções e fechou-lhes os olhos. Tomou posse de toda a herança da casa de Raguel e viu os filhos de seus filhos até a quinta geração.

[16] Morreu com alegria, tendo vivido noventa e nove anos no temor ao Senhor e seus filhos o sepultaram.

[17] Toda a sua parentela e toda a sua descendência perseveraram numa vida íntegra e santo procedimento, de modo que foram amados tanto por Deus como pelos homens e por todos os seus compatriotas.

[14]Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Ninive cum uxore sua, et filiis, et filiorum filiis, et reversus est ad soceros suos:

[15]invenitque eos incolumes in senectute bona: et curam eorum gessit, et ipse clausit oculos eorum: et omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit: viditque quintam generationem, filios filiorum suorum.

[16]Et completis annis nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum.

[17]Omnis autem cognatio ejus et omnis generatio ejus in bona vita et in sancta conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo quam hominibus, et cunctis habitantibus in terra.

| Judite | Judith |
|---|---|

## Judite 1

[1] Arfaxad, rei dos medos, tinha submetido ao seu império um grande número de nações. Ele edificou uma fortaleza de pedras polidas, à qual deu o nome de Ecbátana.

[2] Cercou-a de muralhas de setenta côvados de altura e trinta de largura e pôs-lhe torres de cem côvados de altura.

[3] Estas eram de forma quadrada e seus lados estendiam-se por um espaço de vinte pés. As portas tinham uma altura proporcional à das torres.

[4] Ele gloriava-se do poder invencível do seu exército e da imponência de seus carros.

[5] Ora, no décimo segundo ano de seu reinado, Nabucodonosor, que reinava sobre os assírios em Nínive, a grande cidade, fez guerra a Arfaxad e venceu-o

[6] na grande planície chamada Ragau. Aliaram-se a ele todos os habitantes das regiões vizinhas do Eufrates, do Tigre e do Hidaspes e nas planícies de Arioc, rei dos elimeus.

[7] Então, engrandeceu-se o reino de Nabucodonosor e seu coração encheu-se de orgulho. Mandou emissários a todos os habitantes da Cilícia, de Damasco, do Líbano,

[8] aos povos do Carmelo e de Galaad, aos galileus, na grande planície de Esdrelão,

[9] aos habitantes de Samaria e aos povos de além do Jordão até Jerusalém, a toda a terra de Gessen e até aos confins da Etiópia.

[10] A todos esses povos enviou Nabucodonosor emissários,

[11] mas todos protestaram unanimemente e os despediram de mãos vazias, chegando até a expulsá-los com desprezo.

[12] À vista disso, encheu-se de cólera o rei Nabucodonosor contra todos esses povos e jurou pelo seu trono e pelo seu reino que havia de tomar vingança de todos eles.

## Judith 1

[1]Arphaxad itaque, rex Medorum, subjugaverat multas gentes imperio suo, et ipse ædificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis,

[2]ex lapidibus quadratis et sectis: fecit muros ejus in altitudinem cubitorum septuaginta, et in latitudinem cubitorum triginta: turres vero ejus posuit in altitudinem cubitorum centum.

[3]Per quadrum vero earum latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebatur, posuitque portas ejus in altitudinem turrium:

[4]et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, et in gloria quadrigarum suarum.

[5]Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad, et obtinuit eum

[6]in campo magno qui appellatur Ragau, circa Euphraten, et Tigrin, et Jadason, in campo Erioch regis Elicorum.

[7]Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, et cor ejus elevatum est: et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, et Damasco, et Libano,

[8]et ad gentes quæ sunt in Carmelo et Cedar, et inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon,

[9]et ad omnes qui erant in Samaria, et trans flumen Jordanem usque ad Jerusalem, et omnem terram Jesse quousque perveniatur ad terminos Æthiopiæ.

[10]Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum:

[11]qui omnes uno animo contradixerunt, et remiserunt eos vacuos, et sine honore abjecerunt.

[12]Tunc indignatus Nabuchodonosor rex adversus omnem terram illam, juravit per

thronum et regnum suum quod defenderet se de omnibus regionibus his.

## Judite 2

[1] No décimo oitavo ano do rei Nabucodonosor, no vigésimo segundo dia do primeiro mês, foi tomada no palácio de Nabucodonosor, rei dos assírios, a decisão de que ele se vingaria.

[2] Convocou todos os anciãos, todos os seus chefes e guerreiros e teve com eles um conselho secreto, no qual

[3] revelou-lhes o seu desígnio de submeter toda a terra ao seu império.

[4] Tendo a sua proposta agradado à assembleia, o rei Nabucodonosor ordenou a Holofernes, marechal do seu exército,

[5] dizendo: “Vai contra todos os reinos do ocidente, principalmente contra aqueles que desprezaram a minha ordem.

[6] Ferirás a todos sem consideração alguma e me sujeitarás todas as fortalezas”.

[7] Holofernes convocou os generais e oficiais do exército assírio e contou os efetivos da expedição, conforme a ordem do rei: havia cento e vinte mil soldados de infantaria e doze mil frecheiros a cavalo.

[8] Mandou adiante do seu exército uma multidão de camelos com provisões abundantes para as tropas e inumeráveis rebanhos de bois e de cordeiros.

[9] Ordenou que em toda a Síria se preparasse trigo para quando ele passasse.

[10] Levou também grande quantidade de ouro e de prata do tesouro real.

[23]vel: Liberate me de manu hostis, et de manu robustorum eruite me?

[24]Docete me, et ego tacebo: et si quid forte ignoravi, instruite me.

[25]Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum e vobis nullus sit qui possit arguere me?

[26]Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, et in ventum verba profertis.

[27]Super pupillum irruitis, et subvertere nitimini amicum vestrum.

[28]Verumtamen quod cœpistis explete: præbete aurem, et videte an mentiar.

[29]Respondete, obsecro, absque contentione; et loquentes id quod justum est, judicate.

[30]Et non invenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

## Jó 7

[1] Não é, acaso, uma luta a vida do homem sobre a terra? Seus dias não são como os de um mercenário?

[2] Como um escravo que suspira pela sombra, e um assalariado que aguarda o pagamento,

## Job 7

[1]Militia est vita hominis super terram, et sicut dies mercenarii dies ejus.

[2]Sicut servus desiderat umbram, et sicut mercenarius præstolatur finem operis sui,

[3]sic et ego habui menses vacuos, et noctes laboriosas enumeravi mihi.

[3] assim também tive por sorte meses de sofrimento e noites de dor me couberam por partilha.

[4] Apenas me deito, digo: 'Quando chegará o dia?'. Logo que me levanto: 'Quando chegará a noite?'. E até a noite me farto de angústias.

[5] Minha carne se cobre de podridão e de imundície, minha pele racha e supura.

[6] Meus dias passam mais depressa do que a lançadeira, e se desvanecem sem deixar esperança.

[7] Lembra-te de que minha vida nada mais é do que um sopro, de que meus olhos não mais verão a felicidade;

[8] o olho que me via não mais me verá, o teu me procurará, e já não existirei.

[9] A nuvem se dissipa e passa, assim quem desce à região dos mortos não subirá de novo.

[10] Não voltará mais à sua casa, sua morada não mais o reconhecerá.

[11] E por isso não reprimirei minha língua; falarei na angústia do meu espírito, farei queixa na tristeza de minha alma.

[12] Porventura, sou eu o mar, ou algum monstro marinho, para me teres posto um guarda contra mim?

[13] Se eu disser: 'Meu leito me consolará e minha cama me aliviará',

[14] então me aterrarás com sonhos, e me assustarás com visões.

[15] Preferiria ser estrangulado; antes a morte do que meus tormentos!

[16] Sucumbo, deixo de viver para sempre! Deixa-me em paz, pois meus dias são apenas um sopro!

[17] O que é o homem para fazeres tanto caso dele, para te dignares ocupar-te dele,

[18] para visitá-lo todas as manhãs e prová-lo a cada instante?

[19] Quando cessarás de olhar para mim, sem dar-me tempo de engolir minha saliva?

[4]Si dormiero, dicam: Quando consurgam? et rursum expectabo vesperam, et replebor doloribus usque ad tenebras.

[5]Induta est caro mea putredine, et sordibus pulveris cutis mea aruit et contracta est.

[6]Dies mei velocius transierunt quam a texente tela succiditur, et consumpti sunt absque ulla spe.

[7]Memento quia ventus est vita mea, et non revertetur oculus meus ut videat bona.

[8]Nec aspiciet me visus hominis; oculi tui in me, et non subsistam.

[9]Sicut consumitur nubes, et pertransit, sic qui descenderit ad inferos, non ascendet.

[10]Nec revertetur ultra in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus ejus.

[11]Quapropter et ego non parcam ori meo: loquar in tribulatione spiritus mei; confabulabor cum amaritudine animæ meæ.

[12]Numquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?

[13]Si dixero: Consolabitur me lectulus meus, et relevabor loquens mecum in strato meo:

[14]terrebis me per somnia, et per visiones horrore concuties.

[15]Quam ob rem elegit suspendium anima mea, et mortem ossa mea.

[16]Desperavi: nequaquam ultra jam vivam: parce mihi, nihil enim sunt dies mei.

[17]Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?

[18]Visitas eum diluculo, et subito probas illum.

[19]Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salivam meam?

[20]Peccavi; quid faciam tibi, o custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis?

[21]Cur non tollis peccatum meum, et quare non aufers iniquitatem meam? ecce nunc in pulvere dormiam, et si mane me quæsieris, non subsistam.

[20] Se pequei, que mal te fiz, ó guarda dos homens? Por que me tomaste por alvo e me tornei pesado para ti?

[21] Por que não toleras meu pecado e não apagas minha culpa? Eis que vou logo me deitar por terra; tu me procurarás, já não existirei".

## Jó 8

[1] Bildad de Suás tomou a palavra e disse:

[2] Até quando dirás semelhantes coisas, e tuas palavras serão como um furacão?

[3] Porventura Deus fará curvar o que é reto? E o Todo-poderoso subverterá a justiça?

[4] Se teus filhos o ofenderam, ele os entregou às consequências de suas culpas.

[5] Se recorreres a Deus, e implorares ao Todo-poderoso,

[6] se fores puro e reto, ele atenderá a tua oração e restaurará a morada de tua justiça.

[7] Teu começo parecerá pouca coisa diante da grandeza do que se seguirá.

[8] Interroga, pois, as gerações passadas e examina com cuidado a experiência dos antepassados.

[9] Porque somos de ontem e nada sabemos, e nossos dias sobre a terra passam como a sombra.

[10] Elas podem instruir-te, falar-te e de seu coração tirar estas palavras:

[11] "Pode o papiro crescer fora do brejo ou o junco germinar sem água?

[12] Verde ainda, e sem ser colhido, ele seca antes de todas as ervas.

[13] Assim acabam todos os que esquecem de Deus, pois a esperança do ímpio perecerá.

[14] A sua confiança será quebrada e a sua segurança é teia de aranha.

[15] Ele se apoia sobre uma casa que não se sustenta, atém-se a uma morada que não se mantém de pé.

[16] Cheio de vigor, ao sol, faz brotar seus ramos em seu jardim.

## Job 8

[1]Respondens autem Baldad Suhites, dixit:

[2]Usquequo loqueris talia, et spiritus multiplex sermones oris tui?

[3]Numquid Deus supplantat judicium? aut Omnipotens subvertit quod justum est?

[4]Etiam si filii tui peccaverunt ei, et dimisit eos in manu iniquitatis suæ:

[5]tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, et Omnipotentem fueris deprecatus;

[6]si mundus et rectus incesseris: statim evigilabit ad te, et pacatum reddet habitaculum justitiæ tuæ,

[7]in tantum ut si priora tua fuerint parva, et novissima tua multiplicentur nimis.

[8]Interroga enim generationem pristinam, et diligenter investiga patrum memoriam

[9](hesterni quippe sumus, et ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram),

[10]et ipsi docebunt te, loquentur tibi, et de corde suo proferent eloquia.

[11]Numquid vivere potest scirpus absque humore? aut crescere carectum sine aqua?

[12]Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit.

[13]Sic viæ omnium qui obliviscuntur Deum, et spes hypocritæ peribit.

[14]Non ei placebit vecordia sua, et sicut tela aranearum fiducia ejus.

[15]Innitetur super domum suam, et non stabit; fulciet eam, et non consurget.

[16]Humectus videtur antequam veniat sol, et in ortu suo germen ejus egredietur.

[17] Suas raízes se entrelaçam num montão de pedras e penetram entre as rochas.

[18] Mas se é arrancado de seu lugar, este o renega e diz: 'Não te conheço!'.

[19] Eis onde termina seu destino, e outros germinarão do solo".

[20] De fato, Deus não rejeita o homem íntegro, nem dá a mão aos malvados.

[21] Ele porá de novo o riso em tua boca e em teus lábios, gritos de alegria.

[22] Teus inimigos serão cobertos de vergonha e a tenda dos maus desaparecerá.

[17]Super acervum petrarum radices ejus densabuntur, et inter lapides commorabitur.

[18]Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, et dicet: Non novi te.

[19]Hæc est enim lætitia viæ ejus, ut rursum de terra alii germinentur.

[20]Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis,

[21]donec impleatur risu os tuum, et labia tua jubilo.

[22]Qui oderunt te induentur confusione, et tabernaculum impiorum non subsistet.

## Jó 9

[1] Jó tomou a palavra nestes termos:

[2] "Sim, bem sei que é assim. Como poderia o homem ter razão diante de Deus?

[3] Se quisesse disputar com ele, não lhe responderia uma vez entre mil.

[4] Deus é sábio de coração e poderoso em força; quem pode afrontá-lo impunemente?

[5] Ele transporta os montes, sem que o percebam; ele os desmorona em sua cólera.

[6] Sacode a terra em sua base e suas colunas são abaladas.

[7] Dá ordem ao sol que não se levante e põe um selo nas estrelas.

[8] Ele sozinho formou a extensão do céu e caminha sobre as alturas do mar.

[9] Ele criou a Ursa e o Órion, as Plêiades e as constelações austrais.

[10] Fez maravilhas insondáveis e prodígios incalculáveis.

[11] Ele passa despercebido perto de mim, toca levemente em mim, e não o percebo.

[12] Quem poderá impedi-lo de arrebatar uma presa? Quem lhe dirá: 'Que é que fazes?'.

[13] Deus não retém o seu furor; diante dele jazem prosternados os auxiliares de Raab.

[14] Quem sou eu para replicar-lhe, para escolher argumentos contra ele?

## Job 9

[1]Et respondens Job, ait:

[2]Vere scio quod ita sit, et quod non justificetur homo compositus Deo.

[3]Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille.

[4]Sapiens corde est, et fortis robore: quis restitit ei, et pacem habuit?

[5]Qui transtulit montes, et nescierunt hi quos subvertit in furore suo.

[6]Qui commovet terram de loco suo, et columnæ ejus concutiuntur.

[7]Qui præcipit soli, et non oritur, et stellas claudit quasi sub signaculo.

[8]Qui extendit cælos solus, et graditur super fluctus maris.

[9]Qui facit Arcturum et Oriona, et Hyadas et interiora austri.

[10]Qui facit magna, et incomprehensibilia, et mirabilia, quorum non est numerus.

[11]Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam.

[12]Si repente interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest: Cur ita facis?

[13]Deus, cujus iræ nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem.

[14]Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo?

[15] Ainda que eu tivesse razão não poderia responder. Pediria clemência ao meu juiz.

[16] Se eu o chamasse e ele não me respondesse, não acreditaria que tivesse ouvido a minha voz.

[17] Ele, que me desfaz como um redemoinho, e multiplica minhas feridas sem manifestar o motivo,

[18] não me deixa tomar fôlego, de tanto me fartar de amarguras.

[19] Se se busca a fortaleza, é ele o forte! Se se busca o direito, quem o citará?

[20] Se eu pretendesse ser justo, minha boca me condenaria; se fosse inocente, ela me declararia perverso.

[21] Sou íntegro? Sim, eu o sou. Pouco me importa a vida. Aliás, desprezo a minha vida.

[22] Para mim tudo é a mesma coisa. É por isso que eu disse que ele faz perecer o íntegro como o ímpio.

[23] Se, de repente, um flagelo causa a morte, ele se ri do desespero dos inocentes.

[24] A terra está entregue nas mãos do ímpio, e ele cobre com um véu os olhos de seus juízes... Se não é ele, quem será?

[25] Os dias de minha vida são mais rápidos do que um corcel, fogem sem ter visto a felicidade.

[26] Passam como os barcos de junco, como a águia que se precipita sobre a presa.

[27] Se decido esquecer minha queixa, abandonar meu ar triste e voltar a ser alegre,

[28] temo por todos os meus tormentos, sabendo que não me absolverás!

[29] Tenho certeza de ser condenado! O que me adianta cansar-me em vão?

[30] Por mais que me lavasse com águas de neve, que limpasse minhas mãos na lixívia,

[31] tu me atirarias na imundície e as minhas próprias vestes teriam nojo de mim.

[15]qui etiam si habuero quippiam justum, non respondebo: sed meum judicem deprecabor.

[16]Et cum invocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam.

[17]In turbine enim conteret me, et multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa.

[18]Non concedit requiescere spiritum meum, et implet me amaritudinibus.

[19]Si fortitudo quæritur, robustissimus est; si æquitas judicii, nemo audet pro me testimonium dicere.

[20]Si justificare me voluero, os meum condemnabit me; si innocentem ostendero, pravum me comprobabit.

[21]Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, et tædebit me vitæ meæ.

[22]Unum est quod locutus sum: et innocentem et impium ipse consumit.

[23]Si flagellat, occidat semel, et non de pœnis innocentum rideat.

[24]Terra data est in manus impii; vultum judicum ejus operit. Quod si non ille est, quis ergo est?

[25]Dies mei velociores fuerunt cursore; fugerunt, et non viderunt bonum.

[26]Pertransierunt quasi naves poma portantes; sicut aquila volans ad escam.

[27]Cum dixero: Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, et dolore torqueor.

[28]Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.

[29]Si autem et sic impius sum, quare frustra laboravi?

[30]Si lotus fuero quasi aquis nivis, et fulserint velut mundissimæ manus meæ,

[31]tamen sordibus intinges me, et abominabuntur me vestimenta mea.

[32]Neque enim viro qui similis mei est, respondebo; nec qui mecum in judicio ex æquo possit audiri.

[33]Non est qui utrumque valeat arguere, et ponere manum suam in ambobus.

[32] Ele não é um humano como eu a quem possa responder, com quem eu possa comparecer na justiça.

[33] Pois que não há entre nós um árbitro que ponha sua mão sobre nós dois.

[34] Que Deus retire seu chicote de cima de mim, para pôr um termo a seus medonhos terrores.

[35] Então lhe falarei sem medo; pois, estou só comigo mesmo.

[34]Auferat a me virgam suam, et pavor ejus non me terreat.

[35]Loquar, et non timebo eum; neque enim possum metuens respondere.

## Jó 10

[1] A minha alma está desgostosa da vida. Dou livre curso ao meu lamento; falarei na amargura de meu coração.

[2] Em lugar de me condenar, direi a Deus: ‘Mostra-me por que razão me tratas assim.

[3] Encontras prazer em me oprimir, em renegar a obra de tuas mãos, em favorecer os planos dos maus?

[4] Terás porventura olhos de carne, ou vês as coisas como as veem os seres humanos?

[5] Serão os teus dias como os de um mortal e teus anos como os de um humano,

[6] para que procures a minha culpa e persigas o meu pecado?

[7] No entanto, sabes que não sou culpado e que ninguém me pode livrar de tuas mãos.

[8] As tuas mãos formaram-me e fizeram-me; mudando de ideia, queres me destruir!

[9] Lembra-te de que me formaste como o barro, e agora queres devolver-me ao pó?

[10] Não me derramaste como leite e me coalhaste como um queijo?

[11] De pele e carne me vestiste, de ossos e nervos me teceste.

[12] Concedeste-me vida e misericórdia e tua providência conservou o meu espírito.

[13] Contudo, eis o que escondias em teu coração, vejo bem o que meditavas.

[14] Se peco, me observas, não perdoarás o meu pecado.

[15] Se eu for culpado, ai de mim! Se for inocente, não ousarei levantar a cabeça,

## Job 10

[1]Tædet animam meam vitæ meæ; dimittam adversum me eloquium meum: loquar in amaritudine animæ meæ.

[2]Dicam Deo: Noli me condemnare; indica mihi cur me ita judices.

[3]Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves?

[4]Numquid oculi carnei tibi sunt? aut sicut videt homo, et tu videbis?

[5]Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora,

[6]ut quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris,

[7]et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere?

[8]Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente præcipitas me?

[9]Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me.

[10]Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti?

[11]Pelle et carnibus vestisti me; ossibus et nervis compegisti me.

[12]Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

[13]Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia universorum memineris.

farto de vergonha e consciente de minha miséria.

16 Esgotado, me caças como um leão. Não cessas de desfraldar contra mim teu estranho poder.

17 Renovas contra mim teus assaltos, teu furor cresce contra mim e vigorosas tropas vêm-me cercar.

18 Por que me tiraste do ventre materno? Tivesse morrido, nenhum olho me teria visto.

19 Teria sido como se nunca tivesse existido, do ventre me teriam levado ao túmulo’.

20 Não são bem curtos os dias de minha vida? Que ele me deixe respirar um instante,

21 antes que eu parta, para não mais voltar, ao tenebroso país das sombras da morte,

22 opaca e sombria região, reino de sombra e de caos, onde a noite faz as vezes de claridade”.

## Jó 11

1 Então, Sofar de Naamat tomou a palavra nestes termos:

2 “Ficará sem resposta o que fala muito? Terá razão o grande falador?

3 Tua loquacidade fará calar os demais? Zombarás sem que ninguém te repreenda?

4 Dizes: ‘Minha opinião é a verdadeira, sou puro aos teus olhos’.

5 Oxalá Deus pudesse falar e abrir seus lábios para te responder.

6 Se te revelasse os mistérios da sabedoria, que são ambíguos para o espírito, saberias então que Deus esquece uma parte de tua iniquidade.

7 Pretendes sondar as profundezas divinas, atingir a perfeição do Todo-poderoso?

14Si peccavi, et ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?

15Et si impius fuero, væ mihi est; et si justus, non levabo caput, saturatus afflictione et miseria.

16Et propter superbiam quasi leænam capies me, reversusque mirabiliter me crucias.

17Instauras testes tuos contra me, et multiplicas iram tuam adversum me, et pœnæ militant in me.

18Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret.

19Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum.

20Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum,

21antequam vadam, et non revertar, ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine:

22terram miseriæ et tenebrarum, ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

## Job 11

1Respondens autem Sophar Naamathites, dixit:

2Numquid qui multa loquitur, non et audiet? aut vir verbosus justificabitur?

3Tibi soli tacebunt homines? et cum ceteros irriseris, a nullo confutaberis?

4Dixisti enim: Purus est sermo meus, et mundus sum in conspectu tuo.

5Atque utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi,

6ut ostenderet tibi secreta sapientiæ, et quod multiplex esset lex ejus: et intelligeres quod multo minora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua!

7Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum Omnipotentem reperies?

[8] Ela é mais alta do que o céu! Que podes tu fazer? É mais profunda que os infernos! Que podes tu saber?

[9] É mais longa que a terra, mais larga que o mar.

[10] Se ele surge para aprisionar, se apela à justiça, quem o impedirá?

[11] Pois ele conhece os malfeitores, descobre a iniquidade, presta atenção.

[12] Diante disso, uma pessoa insensata pode criar juízo, e um asno tornar-se criatura humana.

[13] Se voltares teu coração para Deus, e para ele estenderes os braços;

[14] se afastares de tuas mãos o mal e não abrigares a iniquidade debaixo de tua tenda,

[15] então poderás erguer a fronte sem mancha; serás estável, sem mais nenhum temor.

[16] Esquecerás daí por diante as tuas penas, como águas que passaram, serão apenas uma lembrança.

[17] O futuro te será mais brilhante do que o meio-dia, as trevas se transformarão em aurora.

[18] Terás confiança e ficarás cheio de esperança. Olhando em volta de ti, dormirás tranquilo.

[19] Repousarás sem que ninguém te inquiete e muitos acariciarão o teu rosto.

[20] Porém, os olhos dos maus serão consumidos, para eles, nenhum refúgio, e não terão outra esperança senão em seu último suspiro”.

[8]Excelsior cælo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces?

[9]Longior terra mensura ejus, et latior mari.

[10]Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?

[11]Ipse enim novit hominum vanitatem; et videns iniquitatem, nonne considerat?

[12]Vir vanus in superbiam erigitur, et tamquam pullum onagri se liberum natum putat.

[13]Tu autem firmasti cor tuum, et expandisti ad eum manus tuas.

[14]Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris a te, et non manserit in tabernaculo tuo injustitia,

[15]tunc levare poteris faciem tuam absque macula; et eris stabilis, et non timebis.

[16]Miseriæ quoque oblivisceris, et quasi aquarum quæ prænterierunt recordaberis.

[17]Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam; et cum te consumptum putaveris, orieris ut lucifer.

[18]Et habebis fiduciam, proposita tibi spe: et defossus securus dormies.

[19]Requiesces, et non erit qui te exterreat; et deprecabuntur faciem tuam plurimi.

[20]Oculi autem impiorum deficient, et effugium peribit ab eis: et spes illorum abominatio animæ.

## Jó 12

[1] Jó tomou a palavra nestes termos:

[2] “Sois mesmo gente muito hábil, e convosco morrerá a sabedoria!

[3] Tenho também o espírito como o vosso, e não vos sou inferior! Quem, pois, ignoraria o que sabeis?

## Job 12

[1]Respondens autem Job, dixit:

[2]Ergo vos estis soli homines, et vobiscum morietur sapientia?

[3]Et mihi est cor sicut et vobis, nec inferior vestri sum; quis enim hæc quæ nostis ignorat?

[4] Os amigos escarnecem daquele que invoca a Deus, para que ele lhe responda. Sim, zombam do justo e do inocente.

[5] 'Vergonha para a infelicidade!' – assim pensam os felizes. Só há desprezo para aquele cujo pé fraqueja.

[6] As tendas dos bandidos gozam de paz, e segurança para aqueles que provocam a Deus, que não têm outro Deus senão o próprio braço.

[7] Pergunta, pois, aos animais da terra, eles te ensinarão; e às aves do céu, e elas te instruirão.

[8] Fala aos répteis da terra, e eles te responderão, e aos peixes do mar, e eles te contarão.

[9] Entre todos esses seres, quem não sabe que foi a mão de Deus que fez tudo isso?'

[10] Ele que tem em mãos a alma de tudo o que vive e o sopro de vida de todo o gênero humano.

[11] Não discerne o ouvido as palavras, como o paladar discerne o sabor da comida?

[12] A sabedoria pertence aos cabelos brancos, e à longa vida confere a inteligência.

[13] Em Deus residem a sabedoria e o poder. Ele possui o conselho e a inteligência.

[14] O que ele destrói não será reconstruído, se aprisionar um homem, ninguém há que o solte.

[15] Quando faz as águas pararem, há seca; se as soltar, submergirão a terra.

[16] Nele há força e prudência; ele conhece o que engana e o enganado.

[17] Faz os árbitros andarem descalços e torna os juízes estúpidos.

[18] Ele desata a cinta dos reis e cinge-lhes os rins com uma corda.

[19] Ele faz os sacerdotes andar descalços e abate os poderosos.

[20] Ele tira a palavra aos mais seguros de si mesmos e retira a sabedoria dos anciãos.

[4]Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, invocabit Deum, et exaudiet eum: deridetur enim justi simplicitas.

[5]Lampas contempta apud cogitationes divitum parata ad tempus statutum.

[6]Abundant tabernacula prædonum, et audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum.

[7]Nimirum interroga jumenta, et docebunt te; et volatilia cæli, et indicabunt tibi.

[8]Loquere terræ, et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris.

[9]Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit?

[10]In cujus manu anima omnis viventis, et spiritus universæ carnis hominis.

[11]Nonne auris verba dijudicat? et fauces comedentis, saporem?

[12]In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia.

[13]Apud ipsum est sapientia et fortitudo; ipse habet consilium et intelligentiam.

[14]Si destruxerit, nemo est qui ædificet; si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.

[15]Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; et si emiserit eas, subvertent terram.

[16]Apud ipsum est fortitudo et sapientia; ipse novit et decipientem, et eum qui decipitur.

[17]Adducit consiliarios in stultum finem, et judices in stuporem.

[18]Balteum regum dissolvit, et præcingit fune renes eorum.

[19]Ducit sacerdotes inglorios, et optimates supplantat:

[20]commutans labium veracium, et doctrinam senum auferens.

[21]Effundit despectionem super principes, eos qui oppressi fuerant relevans.

[22]Qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis.

[23]Qui multiplicat gentes, et perdit eas, et subversas in integrum restituit.

[21] Ele derrama desprezo sobre os nobres e afrouxa a cinta dos fortes.

[22] Ele põe a claro os segredos das trevas e traz à luz a sombra da morte.

[23] Ele torna grandes as nações e as destrói, multiplica os povos e depois os suprime.

[24] Ele tira a razão dos chefes da terra, e os deixa perdidos no deserto sem pista.

[25] Andam às apalpadelas nas trevas, privados da luz, tropeçando como um ébrio.

[24]Qui immutat cor principum populi terræ, et decipit eos ut frustra incedant per invium:

[25]palpabunt quasi in tenebris, et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios.

## Jó 13

[1] Meus olhos viram todas essas coisas, meus ouvidos as ouviram e as guardaram.

[2] Aquilo que sabeis, eu também o sei, pois não vos sou inferior em nada.

[3] Mas é com o Todo-poderoso que eu desejaria falar, com Deus é que eu desejaria discutir.

[4] Pois vós não sois mais que impostores, não sois senão curandeiros que não prestam para nada.

[5] Se pudésseis guardar silêncio, seríeis considerados sábios.

[6] Escutai, pois, a minha defesa, atendei aos quesitos que vou anunciar.

[7] Para defender a Deus, ireis dizer mentiras. Será preciso enganardes em seu favor?

[8] Tereis, para com ele, juízos preconcebidos e vos ostenteis em ser seus advogados?

[9] Não seria bom que ele vos examinasse? Iríeis enganá-lo como se engana uma pessoa qualquer?

[10] Ele não deixará de vos castigar, se tomardes seu partido ocultamente.

[11] Sua majestade não vos atemorizará? Seus terrores não vos esmagarão?

[12] Vossos argumentos são como provérbios de cinza, vossas defesas são obras de barro.

[13] Calai-vos! Deixai-me! Quero falar: aconteça depois o que acontecer!

[14] Lacero a minha carne com os meus dentes, ponho minha vida em minha mão.

## Job 13

[1]Ecce omnia hæc vidit oculus meus, et audivit auris mea, et intellexi singula.

[2]Secundum scientiam vestram et ego novi: nec inferior vestri sum.

[3]Sed tamen ad Omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio:

[4]prius vos ostendens fabricatores mendacii, et cultores perversorum dogmatum.

[5]Atque utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes.

[6]Audite ergo correptionem meam, et judicium labiorum meorum attendite.

[7]Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos?

[8]numquid faciem ejus accipitis, et pro Deo judicare nitimini?

[9]aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur, ut homo, vestris fraudulentiis?

[10]Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem ejus accipitis.

[11]Statim ut se commoverit, turbabit vos, et terror ejus irruet super vos.

[12]Memoria vestra comparabitur cineri, et redigentur in lutum cervices vestræ.

[13]Tacete paulisper, ut loquar quodcumque mihi mens suggesserit.

[14]Quare lacero carnes meas dentibus meis, et animam meam porto in manibus meis?

15 Se ele me mata, nada mais tenho a esperar; assim mesmo, defenderei minha causa diante dele.

16 Isso já será a minha salvação, que o ímpio não seja admitido em sua presença.

17 Escutai bem meu discurso, dai ouvido às minhas explicações!

18 Estou pronto para defender minha causa e sei que sou eu quem tem razão.

19 Se alguém quiser demandar contra mim, no mesmo instante desejarei calar e morrer!

20 Poupai-me apenas duas coisas, ó Deus, e não me esconderei de tua face:

21 afasta de mim a tua mão, e põe um termo ao medo de teus terrores.

22 Chama por mim e eu te responderei; ou, então, falarei eu, e tu terás a réplica.

23 Quantas faltas e pecados cometi eu? Dá-me a conhecer minhas faltas e minhas ofensas!

24 Por que escondes de mim a tua face e por que me consideras como um inimigo?

25 Queres, então, assustar uma folha carregada pelo vento, ou perseguir uma palha seca?

26 Pois queres ditar contra mim sentenças amargas, e queres que me sejam imputadas as faltas de minha mocidade.

27 Queres prender os meus pés no cepo, espiar todos os meus passos e contar os rastos de meus pés.

28 (E ele se gasta como um pau bichado, como um tecido devorado pela traça).

15Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam.

16Et ipse erit salvator meus: non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita.

17Audite sermonem meum, et ænigmata percipite auribus vestris.

18Si fuero judicatus, scio quod justus inveniar.

19Quis est qui judicetur mecum? veniat: quare tacens consumor?

20Duo tantum ne facias mihi, et tunc a facie tua non abscondar:

21manum tuam longe fac a me, et formido tua non me terreat.

22Voca me, et ego respondebo tibi: aut certe loquar, et tu responde mihi.

23Quantas habeo iniquitates et peccata? scelera mea et delicta ostende mihi.

24Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum?

25Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris:

26scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.

27Posuisti in nervo pedem meum, et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti:

28qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a tinea.

## Jó 14

1 O homem nascido de mulher vive pouco tempo e é cheio de misérias.

2 É como a flor que germina e logo fenece, uma sombra que foge sem parar.

3 E é sobre ele que abres os olhos, e o chamas a juízo contigo!

4 Quem fará sair o puro do impuro? Ninguém!

## Job 14

1Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis.

2Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu permanet.

3Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in judicium?

[5] Se seus dias estão contados, se em teu poder está o número dos seus meses, e fixado um limite que ele não ultrapassará,

[6] afasta dele os teus olhos e deixa-o, até que acabe o seu dia como o operário.

[7] Para a árvore há esperança: cortada, pode reverdecer e os seus ramos brotam.

[8] Quando sua raiz tiver envelhecido na terra e seu tronco estiver morto no solo,

[9] ao contato com a água, reverdece e distenderá ramos como uma planta nova.

[10] Mas quando o homem morre, fica inerte; o mortal expira, e o que é feito dele?

[11] As águas podem faltar nos lagos, o rio pode secar e sumir,

[12] assim o homem se deita para não mais levantar. Durante toda a duração do céu, ele não despertará, jamais sairá de seu sono.

[13] Quem me dera que me escondesses na região dos mortos, ao abrigo, até que tua cólera tivesse passado, e me fixasses um limite em que te lembrasses de mim!

[14] O homem, uma vez morto, porventura tornará a viver? Todo o tempo de meu combate eu esperaria, até que me vies sem substituir.

[15] Tu me chamarias e eu te responderia; estenderias a tua destra para a obra de tuas mãos.

[16] Mas agora contas os meus passos e observas todos os meus pecados.

[17] Tu selaste como numa bolsa os meus crimes, puseste um sinal sobre minhas iniquidades.

[18] Mas a montanha desmorona e cai, e o rochedo muda de lugar;

[19] as águas escavam as pedras, o aluvião leva a terra móvel: assim aniquilas a esperança do homem.

[20] Tu o pões por terra, e ele se vai embora para sempre; tu o desfiguras e o expulsas.

[21] Estejam os seus filhos honrados, e ele não o sabe; sejam eles humilhados, mas ele não faz caso.

[4]Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?

[5]Breves dies hominis sunt: numerus mensium ejus apud te est: constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.

[6]Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies ejus.

[7]Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum virescit, et rami ejus pullulant.

[8]Si senuerit in terra radix ejus, et in pulvere emortuus fuerit truncus illius,

[9]ad odorem aquæ germinabit, et faciet comam, quasi cum primum plantatum est.

[10]Homo vero cum mortuus fuerit, et nudatus, atque consumptus, ubi, quæso, est?

[11]Quomodo si recedant aquæ de mari, et fluvius vacuefactus arescat:

[12]sic homo, cum dormierit, non resurget: donec atteratur cælum, non evigilabit, nec consurget de somno suo.

[13]Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus in quo recorderis mei?

[14]Putasne mortuus homo rursum vivat? cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.

[15]Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.

[16]Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis.

[17]Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.

[18]Mons cadens defluit, et saxum transfertur de loco suo:

[19]lapides excavant aquæ, et alluvione paulatim terra consumitur: et hominem ergo similiter perdes.

[20]Roborasti eum paululum, ut in perpetuum transiret: immutabis faciem ejus, et emittes eum.

[21]Sive nobiles fuerint filii ejus, sive ignobiles, non intelliget.

[22] É somente por ele que sua carne sofre, e sua alma só se lamenta por ele”.

[22]Attamen caro ejus, dum vivet, dolebit, et anima illius super semetipso lugebit.

## Jó 15

## Job 15

[1] Elifaz de Temã tomou a palavra nestes termos:

[1]Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit:

[2] “Porventura, responde um sábio como se falasse ao vento e enche de ar o seu ventre?

[2]Numquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, et implebit ardore stomachum suum?

[3] Defende-se ele com argumentos fúteis e com palavras que não servem para nada?

[3]Arguis verbis eum qui non est æqualis tibi, et loqueris quod tibi non expedit.

[4] Acabarás destruindo a piedade, reduzes a nada o respeito devido a Deus.

[4]Quantum in te est, evacuasti timorem, et tulisti preces coram Deo.

[5] É a tua iniquidade que inspira teus discursos e adotas a linguagem dos impostores.

[5]Docuit enim iniquitas tua os tuum, et imitaris linguam blasphemantium.

[6] É a tua boca que te condena, e não eu; são teus lábios que dão testemunho contra ti mesmo.

[6]Condemnabit te os tuum, et non ego: et labia tua respondebunt tibi.

[7] Acaso, és o primeiro homem que nasceu, e foste tu gerado antes das colinas?

[7]Numquid primus homo tu natus es, et ante colles formatus?

[8] Assististe, porventura, ao conselho de Deus e monopolizaste a sabedoria?

[8]numquid consilium Dei audisti, et inferior te erit ejus sapientia?

[9] Que sabes tu, que nós ignoremos? Que aprendeste, que não nos seja familiar?

[9]Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus?

[10] Há entre nós também anciãos e encanecidos, muito mais avançados em dias do que teu pai.

[10]Et senes et antiqui sunt in nobis, multo vetustiores quam patres tui.

[11] Fazes pouco caso das consolações divinas e das doces palavras que te são dirigidas?

[11]Numquid grande est ut consoletur te Deus? sed verba tua prava hoc prohibent.

[12] Por que te deixas levar pelo impulso de teu coração, e o que significam esses maus-olhares?

[12]Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans attonitos habes oculos?

[13] É contra Deus que ousas encolerizar-te e que tua boca profere tais discursos?

[13]Quid tumet contra Deum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo hujuscemodi sermones?

[14] Que é o homem para que seja puro? Pode ser justo o que nasce de mulher?

[14]Quid est homo ut immaculatus sit, et ut justus appareat natus de muliere?

[15] Nem mesmo em seus santos Deus confia, nem os céus são puros a seus olhos!

[15]Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, et cæli non sunt mundi in conspectu ejus.

[16] Quanto menos um ser abominável e corrompido, um homem que bebe a iniquidade como água!

[16]Quanto magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?

[17] Ouve-me! Vou instruir-te. Eu te contarei o que vi,

[17]Ostendam tibi: audi me: quod vidi, narrabo tibi.

[18]Sapientes confitentur, et non abscondunt patres suos:

[19]quibus solis data est terra, et non transivit alienus per eos.

[18] aquilo que os sábios ensinam, aquilo que seus pais não lhes ocultaram.

[19] A eles somente foi dada terra, e no meio dos quais não tinha penetrado estrangeiro algum.

[20] Em todos os dias de sua vida o mau é atormentado, os anos do opressor são em número restrito.

[21] Ruídos terrificantes ressoam-lhe aos ouvidos, no seio da paz, lhe sobrevém o destruidor.

[22] Ele não espera escapar das trevas, está destinado à espada.

[23] Anda vagando à procura de pão, mas onde? Ele sabe que o dia das trevas está a seu lado.

[24] A tribulação e a angústia vêm sobre ele como um rei que vai para o combate.

[25] Pois estendeu a mão contra Deus e desafiou o Todo-poderoso.

[26] Investiu contra ele com a cabeça levantada, por trás da grossura de seus escudos.

[27] Cobriu de gordura o seu rosto e deixou a gordura ajuntar-se sobre seus rins.

[28] Habitou em cidades desoladas, em casas que foram abandonadas, destinadas a se tornarem em ruínas.

[29] Mas não se enriquecerá, nem os seus bens resistirão, não mais estenderá sua sombra sobre a terra.

[30] Não escapará das trevas; o fogo queimará seus ramos e sua flor será levada pelo vento.

[31] E não se fie na mentira: ficará prisioneiro dela, pois a mentira será a sua recompensa.

[32] Suas ramagens secarão antes da hora, seus ramos não tornarão a ficar verdes.

[33] Como a vinha, sacudirá seus frutos verdes, e, como a oliveira, deixará cair a flor.

[34] Pois a raça dos ímpios é estéril, e um fogo devorará as tendas dos corruptos.

[35] Quem concebe o mal gera a infelicidade: é o engano que amadurece em seu seio".

[20]Cunctis diebus suis impius superbit, et numerus annorum incertus est tyrannidis ejus.

[21]Sonitus terroris semper in auribus illius: et cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.

[22]Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspectans undique gladium.

[23]Cum se moverit ad quærendum panem, novit quod paratus sit in manu ejus tenebrarum dies.

[24]Terrebit eum tribulatio, et angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prælium.

[25]Tetendit enim adversus Deum manum suam, et contra Omnipotentem roboratus est.

[26]Cucurrit adversus eum erecto collo, et pingui cervice armatus est.

[27]Operuit faciem ejus crassitudo, et de lateribus ejus arvina dependet.

[28]Habitavit in civitatibus desolatis, et in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ.

[29]Non ditabitur, nec perseverabit substantia ejus, nec mittet in terra radicem suam.

[30]Non recedet de tenebris: ramos ejus arefaciet flamma, et auferetur spiritu oris sui.

[31]Non credet, frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit.

[32]Antequam dies ejus impleantur peribit, et manus ejus arescent.

[33]Lædetur quasi vinea in primo flore botrus ejus, et quasi oliva projiciens florem suum.

[34]Congregatio enim hypocritæ sterilis, et ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.

[35]Concepit dolorem, et peperit iniquitatem, et uterus ejus præparat dolos.

## Jó 16

[1] Jó respondeu então nestes termos:

[2] “Já ouvi muitas vezes discursos semelhantes, sois todos uns consoladores importunos.

[3] Quando terão fim essas palavras atiradas ao vento? O que é que te move para responder assim?

[4] Eu também poderia falar como vós, se estivésseis no meu lugar. Arranjaria discursos a vosso respeito e sacudiria a cabeça contra vós.

[5] Eu vos encorajaria verbalmente e moveria os meus lábios sem nenhuma avareza.

[6] Se falo, nem por isso se aplaca a minha dor; se calo, estará ela afastada de mim?

[7] Mas Deus me extenuou, estou aniquilado. Toda a sua tropa me pegou.

[8] Minha magreza tornou-se testemunho contra mim, ela depõe contra mim.

[9] Sua cólera me fere e me persegue. Ele range os dentes contra mim. Meus inimigos aguçam os olhos sobre mim.

[10] Abrem a boca para me devorar. Batem-me na face para me ultrajar, rebelando-se todos contra mim.

[11] Deus me entrega aos perversos, joga-me nas mãos dos malvados.

[12] Eu estava em paz. Ele, de repente, me esmagou. Segurou-me pela nuca e me pôs em pedaços. Tomou-me como seu alvo.

[13] Suas setas voam em volta de mim. Ele rasga os meus rins sem piedade, espalhando o meu fel por terra.

[14] Abre em mim brecha sobre brecha, ataca-me como um guerreiro.

[15] Cosi um saco sobre minha pele e rolei minha fronte no pó.

[16] Meu rosto está vermelho de tanto chorar e a sombra da morte estende-se sobre minhas pálpebras.

[17] Entretanto, não há violência em minhas mãos e minha oração é pura!

## Job 16

[1]Respondens autem Job, dixit:

[2]Audivi frequenter talia: consolatores onerosi omnes vos estis.

[3]Numquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est, si loquaris?

[4]Poteram et ego similia vestri loqui, atque utinam esset anima vestra pro anima mea:

[5]consolarer et ego vos sermonibus, et moverem caput meum super vos;

[6]roborarem vos ore meo, et moverem labia mea, quasi parcens vobis.

[7]Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus, et si tacuero, non recedet a me.

[8]Nunc autem oppressit me dolor meus, et in nihilum redacti sunt omnes artus mei.

[9]Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam, contradicens mihi.

[10]Collegit furorem suum in me, et comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.

[11]Aperuerunt super me ora sua, et exprobrantes percusserunt maxillam meam: satiati sunt pœnis meis.

[12]Conclusit me Deus apud iniquum, et manibus impiorum me tradidit.

[13]Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum: tenuit cervicem meam, confregit me, et posuit me sibi quasi in signum.

[14]Circumdedit me lanceis suis; convulneravit lumbos meos: non pepercit, et effudit in terra viscera mea.

[15]Concidit me vulnere super vulnus: irruit in me quasi gigas.

[16]Saccum consui super cutem meam, et operui cinere carnem meam.

[17]Facies mea intumuit a fletu, et palpebræ meæ caligaverunt.

[18] Ó terra, não cubras o meu sangue e que seu grito não seja sufocado pela tumba.

[19] Tenho desde já uma testemunha no céu, um defensor nas alturas.

[20] Minha oração subiu até Deus e meus olhos choram diante dele.

[21] Que ele mesmo julgue entre o homem e Deus, entre o homem e seu semelhante!

[22] Pois meus anos contados se esgotam e eu entro numa vereda por onde não passarei de novo.

[18]Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces.

[19]Terra, ne operias sanguinem meum, neque inveniat in te locum latendi clamor meus:

[20]ecce enim in cælo testis meus, et conscius meus in excelsis.

[21]Verbosi amici mei: ad Deum stillat oculus meus:

[22]atque utinam sic judicaretur vir cum Deo, quomodo judicatur filius hominis cum collega suo.

[23]Ecce enim breves anni transeunt, et semitam per quam non revertar ambulo.

## Jó 17

[1] Meu espírito vai-se consumindo, os meus dias se apagam, só me resta o sepulcro!

[2] Estou de fato cercado de zombadores e meus olhos velam por causa de seus ultrajes.

[3] Sê tu mesmo a minha caução, junto a ti, pois quem ousará bater em minha mão?

[4] Pois fechaste o seu coração à inteligência; por isso, não os deixarás triunfar.

[5] Há quem convide seus amigos à partilha, enquanto desfalecem os olhos de seus filhos.

[6] Ele me reduziu a zombaria do povo, como aquele em cujo rosto se cospe.

[7] Meus olhos se escurecem de tristeza e todo o meu corpo não é mais que uma sombra.

[8] As pessoas retas estão espantadas e o inocente se irrita contra o ímpio.

[9] O justo, entretanto, persiste no seu caminho, e o homem de mãos puras redobra de coragem.

[10] Mas vós todos voltai e vinde; pois não acharei entre vós nenhum sábio.

[11] Meus dias se esgotam, meus projetos estão aniquilados, frustraram-se os projetos do meu coração.

## Job 17

[1]Spiritus meus attenuabitur; dies mei breviabuntur: et solum mihi superest sepulchrum.

[2]Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus.

[3]Libera me, Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me.

[4]Cor eorum longe fecisti a disciplina: propterea non exaltabuntur.

[5]Prædam pollicetur sociis, et oculi filiorum ejus deficient.

[6]Posuit me quasi in proverbium vulgi, et exemplum sum coram eis.

[7]Caligavit ab indignatione oculus meus, et membra mea quasi in nihilum redacta sunt.

[8]Stupebunt justi super hoc, et innocens contra hypocritam suscitabitur.

[9]Et tenebit justus viam suam, et mundis manibus addet fortitudinem.

[10]Igitur omnes vos convertimini, et venite, et non inveniam in vobis ullum sapientem.

[11]Dies mei transierunt; cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum.

[12]Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem.

[13]Si sustinuero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum.

[12] Fazem da noite, dia. A luz da manhã é para mim como trevas.

[13] Deverei esperar? A região dos mortos é a minha morada! Preparo meu leito no local tenebroso.

[14] Disse ao sepulcro: 'Tu és meu pai', e aos vermes: 'Vós sois minha mãe e minha irmã!'.

[15] Onde está, pois, minha esperança? E a minha felicidade, quem a entrevê?

[16] Descerão elas comigo à região dos mortos? Afundaremos juntos no pó?".

[14]Putredini dixi: Pater meus es; Mater mea, et soror mea, vermibus.

[15]Ubi est ergo nunc præstolatio mea? et patientiam meam quis considerat?

[16]In profundissimum infernum descendent omnia mea: putasne saltem ibi erit requies mihi?

## Jó 18

[1] Bildad de Suás disse então nestes termos:

[2] "Quando acabarás de falar a esmo? Terás a sabedoria de nos dizer depois!

[3] Por que nos consideras como animais, e por que passamos por estúpidos a teus olhos?

[4] Tu, que te rasgas em teu furor, por tua causa a terra ficará abandonada e o rochedo mudará de lugar?

[5] Sim, a luz do ímpio se apagará e a chama de seu fogo cessará de alumiar.

[6] A luz obscurece na sua tenda e sua lâmpada sobre ele se apagará.

[7] Seus passos, antes firmes, serão encurtados, e seus próprios desígnios os farão tropeçar.

[8] Seus pés se prendem numa rede, e ele anda sobre malhas.

[9] A armadilha agarra seu calcanhar e o alçapão o aperta.

[10] Uma corda se esconde na terra para pegá-lo, e uma armadilha, ao longo da vereda.

[11] De todas as partes temores o amedrontam e o perseguem passo a passo.

[12] A calamidade vem faminta sobre ele e a infelicidade está alerta ao seu lado.

[13] A pele de seu corpo é devorada, o filho mais velho da morte devora-lhe os membros.

[14] É arrancado da tenda, onde se sentia seguro, levam-no ao rei dos terrores.

## Job 18

[1]Respondens autem Baldad Suhites, dixit:

[2]Usque ad quem finem verba jactabitis? intelligite prius, et sic loquamur.

[3]Quare reputati sumus ut jumenta, et sorduimus coram vobis?

[4]Qui perdis animam tuam in furore tuo, numquid propter te derelinquetur terra, et transferentur rupes de loco suo?

[5]Nonne lux impii extinguetur, nec splendebit flamma ignis ejus?

[6]Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, et lucerna quæ super eum est extinguetur.

[7]Arctabuntur gressus virtutis ejus, et præcipitabit eum consilium suum.

[8]Immisit enim in rete pedes suos, et in maculis ejus ambulat.

[9]Tenebitur planta illius laqueo, et exardescet contra eum sitis.

[10]Abscondita est in terra pedica ejus, et decipula illius super semitam.

[11]Undique terrebunt eum formidines, et involvent pedes ejus.

[12]Attenuetur fame robur ejus, et inedia invadat costas illius.

[13]Devoret pulchritudinem cutis ejus; consumat brachia illius primogenita mors.

[14]Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus, et calcet super eum, quasi rex, interitus.

[15] Podes estabelecer-te em sua tenda, que não mais existe; o enxofre é espalhado em seu domínio.

[16] Por baixo suas raízes secam, e por cima seus ramos definham.

[17] Sua memória apaga-se da terra, nada mais lembra o seu nome na região.

[18] É arrojado da luz para as trevas e é desterrado do mundo.

[19] Não tem descendente nem posteridade em sua tribo, nem sobrevivente algum em sua morada.

[20] O Ocidente está estupefato com sua sorte e o Oriente treme diante dela.

[21] Eis o que acontece com as tendas dos ímpios, os lugares habitados pelo homem que não conhece a Deus".

[15]Habitent in tabernaculo illius socii ejus qui non est; aspergatur in tabernaculo ejus sulphur.

[16]Deorsum radices ejus siccentur: sursum autem atteratur messis ejus.

[17]Memoria illius pereat de terra, et non celebretur nomen ejus in plateis.

[18]Expellet eum de luce in tenebras, et de orbe transferet eum.

[19]Non erit semen ejus, neque progenies in populo suo, nec ullæ reliquiæ in regionibus ejus.

[20]In die ejus stupebunt novissimi, et primos invadet horror.

[21]Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, et iste locus ejus qui ignorat Deum.

## Jó 19

[1] Jó respondeu, então, nestes termos:

[2] "Até quando afligireis a minha alma e me atormentareis com vossos discursos?

[3] Eis que já por dez vezes me ultrajastes. Não vos envergonhais de me insultar?

[4] Mesmo que eu tivesse verdadeiramente pecado, minha culpa só diria respeito a mim mesmo.

[5] Se vos quiserdes levantar contra mim, convencendo-me de ignomínia,

[6] sabei que foi Deus quem me afligiu e me cercou com sua rede.

[7] Se clamo: 'Violência!', ninguém me responde; levanto minha voz, e não há quem me faça justiça.

[8] Ele fechou meu caminho para que eu não possa passar. E espalhou trevas pelas minhas veredas.

[9] Despojou-me da minha glória, tirou-me a coroa da cabeça.

[10] Demoliu-me por inteiro e pereço. Ele desenraizou minha esperança como uma árvore.

[11] Acendeu a sua cólera contra mim, tratando-me como um inimigo.

## Job 19

[1]Respondens autem Job, dixit:

[2]Usquequo affligitis animam meam, et atteritis me sermonibus?

[3]En decies confunditis me, et non erubescitis opprimentes me.

[4]Nempe etsi ignoravi, mecum erit ignorantia mea.

[5]At vos contra me erigimini, et arguitis me opprobriis meis.

[6]Saltem nunc intelligite quia Deus non æquo judicio afflixerit me, et flagellis suis me cinxerit.

[7]Ecce clamabo, vim patiens, et nemo audiet; vociferabor, et non est qui judicet.

[4]et honor regis judicium diligit. Tu parasti directiones; judicium et justitiam in Jacob tu fecisti.

[5]Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est.

[6]Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus: invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos;

[7]in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia ejus, et præceptum quod dedit illis.

[8]Domine Deus noster, tu exaudiebas eos; Deus, tu propitius fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiones eorum.

[9]Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate in monte sancto ejus, quoniam sanctus Dominus Deus noster.

## Salmo 99

[1] Salmo de ação de graças. Aclamai o Senhor, por toda a terra.

[2] Servi o Senhor com alegria. Vinde, entrai exultantes em sua presença.

[3] Sabei que o Senhor é Deus: ele nos fez, e a ele pertencemos. Somos o seu povo e as ovelhas de seu rebanho.

[4] Entrai cantando sob seus pórticos, vinde aos seus átrios com cânticos; glorificai-o e bendizei o seu nome,

[5] porque o Senhor é bom, sua misericórdia é eterna e sua fidelidade se estende de geração em geração.

## Psalmi 99

[1]Psalmus in confessione.

[2]Jubilate Deo, omnis terra; servite Domino in lætitia. Introite in conspectu ejus in exsultatione.

[3]Scitote quoniam Dominus ipse est Deus; ipse fecit nos, et non ipsi nos: populus ejus, et oves pascuæ ejus.

[4]Introite portas ejus in confessione; atria ejus in hymnis: confitemini illi. Laudate nomen ejus,

[5]quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus, et usque in generationem et generationem veritas ejus.

## Salmo 100

[1] Salmo de Davi. Cantarei a bondade e a justiça. A vós, Senhor, salmodiarei.

[2] Pelo caminho reto quero seguir. Oh, quando vireis a mim? Caminharei na inocência de coração, no seio de minha família.

[3] Não proporei ante meus olhos nenhum pensamento culpável. Terei horror àquele que pratica o mal, não será ele meu amigo.

[4] Estará sempre longe de mim o coração perverso, não quero conhecer o mal.

[5] Exterminarei o que em segredo caluniar seu próximo. Não suportarei homem arrogante e de coração vaidoso.

[6] Meus olhos se voltarão para os fiéis da terra, para fazê-los habitar comigo. Será meu servo o homem que segue o caminho reto.

[7] O fraudulento não há de morar jamais em minha casa. Não subsistirá o mentiroso ante meus olhos.

[8] Todos os dias extirparei da terra os ímpios, banindo da cidade do Senhor os que praticam o mal.

## Psalmi 100

[1]Psalmus ipsi David. Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine; psallam,

[2]et intelligam in via immaculata: quando venies ad me? Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

[3]Non proponebam ante oculos meos rem injustam; facientes prævaricationes odivi; non adhæsit mihi

[4]cor pravum; declinantem a me malignum non cognoscebam.

[5]Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar: superbo oculo, et insatiabili corde, cum hoc non edebam.

[6]Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant mecum; ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

[7]Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam; qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.

[8]In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

## Salmo 101

## Psalmi 101

[1] Prece de um aflito que desabafa sua angústia diante do Senhor.

[2] Senhor, ouvi a minha oração, e chegue até vós o meu clamor.

[3] Não oculteis de mim a vossa face no dia de minha angústia. Inclinai para mim o vosso ouvido. Quando vos invocar, acudi-me prontamente,

[4] porque meus dias se dissipam como a fumaça, e como um tição consomem-se os meus ossos.

[5] Queimando como erva, meu coração murcha, até me esqueço de comer meu pão.

[6] A violência de meus gemidos faz com que se me peguem à pele os ossos.

[7] Assemelho-me ao pelicano do deserto, sou como a coruja nas ruínas.

[8] Perdi o sono e gemo, como pássaro solitário no telhado.

[9] Insultam-me continuamente os inimigos, em seu furor me atiram imprecações.

[10] Como cinza do mesmo modo que pão, lágrimas se misturam à minha bebida,

[11] devido à vossa cólera indignada, pois me tomastes para me lançar ao longe.

[12] Os meus dias se esvaecem como a sombra da noite e me vou murchando como a relva.

[13] Vós, porém, Senhor, sois eterno, e vosso nome subsiste em todas as gerações.

[14] Levantai-vos, pois, e sede propício a Sião; é tempo de compadecer-vos dela, chegou a hora...

[15] porque vossos servos têm amor aos seus escombros e se condoem de suas ruínas.

[16] E as nações pagãs reverenciarão o vosso nome, Senhor, e os reis da terra prestarão homenagens à vossa glória.

[17] Quando o Senhor tiver reconstruído Sião, e aparecido em sua glória,

[18] quando ele aceitar a oração dos desvalidos e não mais rejeitar as suas súplicas,

[1]Oratio pauperis, cum anxius fuerit, et in conspectu Domini effuderit precem suam.

[2]Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat.

[3]Non avertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam; in quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.

[4]Quia defecerunt sicut fumus dies mei, et ossa mea sicut cremium aruerunt.

[5]Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.

[6]A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

[7]Similis factus sum pellicano solitudinis; factus sum sicut nycticorax in domicilio.

[8]Vigilavi, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

[9]Tota die exprobrabant mihi inimici mei, et qui laudabant me adversum me jurabant:

[10]quia cinerem tamquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam,

[11]a facie iræ et indignationis tuæ: quia elevans allisisti me.

[12]Dies mei sicut umbra declinaverunt, et ego sicut fœnum arui.

[13]Tu autem, Domine, in æternum permanes, et memoriale tuum in generationem et generationem.

[14]Tu exsurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus:

[15]quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, et terræ ejus miserebuntur.

[16]Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, et omnes reges terræ gloriam tuam:

[17]quia ædificavit Dominus Sion, et videbitur in gloria sua.

[18]Respexit in orationem humilium et non sprevit precem eorum.

[19]Scribantur hæc in generatione altera, et populus qui creabitur laudabit Dominum.

[19] escrevam-se estes fatos para a geração futura, e louve o Senhor o povo que há de vir,

[20] porque o Senhor olhou do alto de seu santuário, do céu ele contemplou a terra;

[21] para escutar os gemidos dos cativos, para livrar da morte os condenados;

[22] para que seja aclamado em Sião o nome do Senhor, e em Jerusalém o seu louvor,

[23] no dia em que se hão de reunir os povos, e os reinos para servir o Senhor.

[24] Deus esgotou-me as forças no meio do caminho, abreviou-me os dias.

[25] "Meu Deus, peço, não me leveis no meio da minha vida, vós cujos anos são eternos.

[26] No começo criastes a terra, e o céu é obra de vossas mãos.

[27] Um e outro passarão, enquanto vós ficareis. Tudo se acaba pelo uso como um traje. Como uma veste, vós os substituís e eles hão de sumir.

[28] Mas vós permaneceis o mesmo e vossos anos não têm fim.

[29] Os filhos de vossos servos habitarão seguros, e sua posteridade se perpetuará diante de vós."

[20]Quia prospexit de excelso sancto suo; Dominus de cælo in terram aspexit:

[21]ut audiret gemitus compeditorum; ut solveret filios interemptorum:

[22]ut annuntient in Sion nomen Domini, et laudem ejus in Jerusalem:

[23]in conveniendo populos in unum, et reges, ut serviant Domino.

[24]Respondit ei in via virtutis suæ: Paucitatem dierum meorum nuntia mihi:

[25]ne revoces me in dimidio dierum meorum, in generationem et generationem anni tui.

[26]Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli.

[27]Ipsi peribunt, tu autem permanes; et omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur;

[28]tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

[29]Filii servorum tuorum habitabunt, et semen eorum in sæculum dirigetur.

## Salmo 102

[1] Salmo de Davi. Bendize, ó minha alma, o Senhor, e tudo o que existe em mim bendiga o seu santo nome.

[2] Bendize, ó minha alma, o Senhor, e jamais te esqueças de todos os seus benefícios.

[3] É ele que perdoa as tuas faltas, e sara as tuas enfermidades.

[4] É ele que salva tua vida da morte, e te coroa de bondade e de misericórdia.

[5] É ele que cumula de benefícios a tua vida, e renova a tua juventude como a da águia.

[6] O Senhor faz justiça, dá o direito aos oprimidos.

[7] Revelou seus caminhos a Moisés, e suas obras aos filhos de Israel.

## Psalmi 102

[1]Ipsi David. Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus.

[2]Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

[3]Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; qui sanat omnes infirmitates tuas:

[4]qui redimit de interitu vitam tuam; qui coronat te in misericordia et miserationibus:

[5]qui replet in bonis desiderium tuum; renovabitur ut aquilæ juventus tua:

[6]faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus.

[7]Notas fecit vias suas Moysi; filiis Israël voluntates suas.

[8] O Senhor é bom e misericordioso, lento para a cólera e cheio de clemência.

[9] Ele não está sempre a repreender, nem eterno é o seu ressentimento.

[10] Não nos trata segundo os nossos pecados, nem nos castiga em proporção de nossas faltas,

[11] porque tanto os céus distam da terra quanto sua misericórdia é grande para os que o temem;

[12] tanto o oriente dista do ocidente quanto ele afasta de nós nossos pecados.

[13] Como um pai tem piedade de seus filhos, assim o Senhor tem compaixão dos que o temem,

[14] porque ele sabe de que é que somos feitos, e não se esquece de que somos pó.

[15] Os dias do homem são semelhantes a erva, ele floresce como a flor dos campos.

[16] Apenas sopra o vento, já não existe, e nem se conhece mais o seu lugar.

[17] É eterna, porém, a misericórdia do Senhor para com os que o temem. E sua justiça se estende aos filhos de seus filhos,

[18] sobre os que guardam a sua aliança, e, lembrando, cumprem seus mandamentos.

[19] Nos céus estabeleceu o Senhor o seu trono, e o seu império se estende sobre o universo.

[20] Bendizei o Senhor todos os seus anjos, valentes heróis que cumpris suas ordens, sempre dóceis à sua palavra.

[21] Bendizei o Senhor todos os seus exércitos, ministros que executais sua vontade.

[22] Bendizei o Senhor todas as suas obras, em todos os lugares onde ele domina. Bendize, ó minha alma, o Senhor.

[8]Miserator et misericors Dominus: longanimis, et multum misericors.

[9]Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.

[10]Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

[11]Quoniam secundum altitudinem cæli a terra, corroboravit misericordiam suam super timentes se;

[12]quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras.

[13]Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.

[14]Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum; recordatus est quoniam pulvis sumus.

[15]Homo, sicut fœnum dies ejus; tamquam flos agri, sic efflorebit:

[16]quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet, et non cognoscet amplius locum suum.

[17]Misericordia autem Domini ab æterno, et usque in æternum super timentes eum. Et justitia illius in filios filiorum,

[18]his qui servant testamentum ejus, et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.

[19]Dominus in cælo paravit sedem suam, et regnum ipsius omnibus dominabitur.

[20]Benedicite Domino, omnes angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

[21]Benedicite Domino, omnes virtutes ejus; ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

[22]Benedicite Domino, omnia opera ejus: in omni loco dominationis ejus, benedic, anima mea, Domino.

## Salmo 103

[1] Bendize, ó minha alma, o Senhor! Senhor, meu Deus, vós sois imensamente grande! De majestade e esplendor vos revestis,

## Psalmi 103

[1]Ipsi David. Benedic, anima mea, Domino: Domine Deus meus, magnificatus es vehementer. Confessionem et decorem induisti,

[2] envolvido de luz como de um manto. Vós estendestes o céu qual pavilhão,

[3] acima das águas fixastes vossa morada. De nuvens fazeis vosso carro, andais nas asas do vento;

[4] fazeis dos ventos os vossos mensageiros, e dos flamejantes relâmpagos vossos ministros.

[5] Fundastes a terra em bases sólidas que são eternamente inabaláveis.

[6] Vós a tínheis coberto com o manto do oceano, as águas ultrapassavam as montanhas.

[7] Mas à vossa ameaça elas se afastaram, ao estrondo de vosso trovão estremeceram.

[8] Elevaram-se as montanhas, sulcaram-se os vales nos lugares que vós lhes destinastes.

[9] Estabelecestes os limites, que elas não hão de ultrapassar, para que não mais tornem a cobrir a terra.

[10] Mandastes as fontes correr em riachos, que serpeiam por entre os montes.

[11] Ali vão beber os animais dos campos, neles matam a sede os asnos selvagens.

[12] Os pássaros do céu vêm aninhar em suas margens, e cantam entre as folhagens.

[13] Do alto de vossas moradas derramais a chuva nas montanhas, do fruto de vossas obras se farta a terra.

[14] Fazeis brotar a relva para o gado, e plantas úteis ao homem, para que da terra possa extrair o pão

[15] e o vinho que alegra o coração do homem, o óleo que lhe faz brilhar o rosto e o pão que lhe sustenta as forças.

[16] As árvores do Senhor são cheias de seiva, assim como os cedros do Líbano que ele plantou.

[17] Lá constroem as aves os seus ninhos, nos ciprestes a cegonha tem sua casa.

[18] Os altos montes dão abrigo às cabras, e os rochedos aos arganazes.

[2]amictus lumine sicut vestimento. Extendens cælum sicut pellem,

[3]qui tegis aquis superiora ejus: qui ponis nubem ascensum tuum; qui ambulas super pennas ventorum:

[4]qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem.

[5]Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in sæculum sæculi.

[6]Abyssus sicut vestimentum amictus ejus; super montes stabunt aquæ.

[7]Ab increpatione tua fugient; a voce tonitrui tui formidabunt.

[8]Ascendunt montes, et descendunt campi, in locum quem fundasti eis.

[9]Terminum posuisti quem non transgredientur, neque convertentur operire terram.

[10]Qui emittis fontes in convallibus; inter medium montium pertransibunt aquæ.

[11]Potabunt omnes bestiæ agri; expectabunt onagri in siti sua.

[12]Super ea volucres cæli habitabunt; de medio petrarum dabunt voces.

[13]Rigans montes de superioribus suis; de fructu operum tuorum satiabitur terra:

[14]producens fœnum jumentis, et herbam servituti hominum, ut educas panem de terra,

[15]et vinum lætificet cor hominis: ut exhilaret faciem in oleo, et panis cor hominis confirmet.

[16]Saturabuntur ligna campi, et cedri Libani quas plantavit:

[17]illic passeres nidificabunt: herodii domus dux est eorum.

[18]Montes excelsi cervis; petra refugium herinaciis.

[19]Fecit lunam in tempora; sol cognovit occasum suum.

[20]Posuisti tenebras, et facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ:

[21]catuli leonum rugientes ut rapiant, et quærant a Deo escam sibi.

[19] Fizestes a lua para indicar os tempos; o sol conhece a hora de se pôr.

[20] Mal estendeis as trevas e já se faz noite, entram a rondar os animais das selvas.

[21] Rugem os leõezinhos por sua presa, e pedem a Deus o seu sustento.

[22] Mas se retiram ao raiar do sol, e vão se deitar em seus covis.

[23] É então que o homem sai para o trabalho, e trabalha sem descanso até o entardecer.

[24] Ó Senhor, quão variadas são as vossas obras! Feitas, todas, com sabedoria, a terra está cheia das coisas que criastes.

[25] Eis o mar, imenso e vasto, onde, sem conta, se agitam animais grandes e pequenos.

[26] Nele navegam as naus e o Leviatã que criastes para brincar nas ondas.

[27] Todos esses seres esperam de vós que lhes deis de comer em seu tempo.

[28] Vós lhes dais e eles o recolhem; abris a mão, e se fartam de bens.

[29] Se desviais o rosto, eles se perturbam; se lhes retirais o sopro, expiram e voltam ao pó donde saíram.

[30] Se enviais, porém, o vosso sopro, eles revivem e renovais a face da terra.

[31] Ao Senhor, glória eterna; alegre-se o Senhor em suas obras!

[32] Ele, cujo olhar basta para fazer tremer a terra, e cujo contato inflama as montanhas.

[33] Enquanto viver, cantarei à glória do Senhor, salmodiarei o meu Deus enquanto existir.

[34] Possam minhas palavras lhe ser agradáveis! Minha única alegria se encontra no Senhor.

[35] Sejam tirados da terra os pecadores e doravante desapareçam os ímpios. Bendize, ó minha alma, o Senhor! Aleluia.

## Salmo 104

[22]Ortus est sol, et congregati sunt, et in cubilibus suis collocabuntur.

[23]Exibit homo ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vesperum.

[24]Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti; impleta est terra possessione tua.

[25]Hoc mare magnum et spatiosum manibus; illic reptilia quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis.

[26]Illic naves pertransibunt; draco iste quem formasti ad illudendum ei.

[27]Omnia a te expectant ut des illis escam in tempore.

[28]Dante te illis, colligent; aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

[29]Avertente autem te faciem, turbabuntur; auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur.

[30]Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ.

[31]Sit gloria Domini in sæculum; lætabitur Dominus in operibus suis.

[32]Qui respicit terram, et facit eam tremere; qui tangit montes, et fumigant.

[33]Cantabo Domino in vita mea; psallam Deo meo quamdiu sum.

[34]Jucundum sit ei eloquium meum; ego vero delectabor in Domino.

[35]Deficiant peccatores a terra, et iniqui, ita ut non sint. Benedic, anima mea, Domino.

## Psalmi 104

[1] Aleluia. Celebrai o Senhor, aclamai o seu nome, apregoai entre as nações as suas obras.

[2] Cantai-lhe hinos e cânticos, anunciai todas as suas maravilhas.

[3] Gloriai-vos do seu santo nome; rejubile o coração dos que procuram o Senhor.

[4] Recorrei ao Senhor e ao seu poder, procurai continuamente sua face.

[5] Recordai as maravilhas que operou, seus prodígios e julgamentos por seus lábios proferidos,

[6] ó descendência de Abraão, seu servidor, ó filhos de Jacó, seus escolhidos!

[7] É ele o Senhor, nosso Deus; suas sentenças comandam a terra inteira.

[8] Ele se lembra eternamente de sua aliança, da palavra que empenhou a mil gerações,

[9] que garantiu a Abraão, e jurou a Isaac,

[10] e confirmou a Jacó irrevogavelmente, e a Israel como aliança eterna,

[11] quando disse: "Eu te darei a terra de Canaã, como parte de vossa herança".

[12] Quando não passavam de um reduzido número, minoria insignificante e estrangeiros na terra,

[13] e andavam errantes de nação em nação, de reino em reino,

[14] não permitiu que os oprimissem, e castigou a reis por causa deles.

[15] "Não ouseis tocar nos que me são consagrados, nem maltratar os meus profetas."

[16] E chamou a fome sobre a terra, e os privou do pão que os sustentava.

[17] Diante deles enviara um homem: José, que fora vendido como escravo.

[18] Apertaram-lhe os pés entre grilhões, com cadeias cingiram-lhe o pescoço,

[19] até que se cumpriu a profecia, e o justificou a palavra de Deus.

[20] Então o rei ordenou que o soltassem, o soberano de povos o livrou,

[1]Alleluja. Confitemini Domino, et invocate nomen ejus; annuntiate inter gentes opera ejus.

[2]Cantate ei, et psallite ei; narrate omnia mirabilia ejus.

[3]Laudamini in nomine sancto ejus; lætetur cor quærentium Dominum.

[4]Quærite Dominum, et confirmamini; quærite faciem ejus semper.

[5]Mementote mirabilium ejus quæ fecit; prodigia ejus, et judicia oris ejus:

[6]semen Abraham servi ejus; filii Jacob electi ejus.

[7]Ipse Dominus Deus noster; in universa terra judicia ejus.

[8]Memor fuit in sæculum testamenti sui; verbi quod mandavit in mille generationes:

[9]quod disposuit ad Abraham, et juramenti sui ad Isaac:

[10]et statuit illud Jacob in præceptum, et Israël in testamentum æternum,

[11]dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ:

[12]cum essent numero brevi, paucissimi, et incolæ ejus.

[13]Et pertransierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum.

[14]Non reliquit hominem nocere eis: et corripuit pro eis reges.

[15]Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.

[16]Et vocavit famem super terram, et omne firmamentum panis contrivit.

[17]Misit ante eos virum: in servum venumdatus est, Joseph.

[18]Humiliaverunt in compedibus pedes ejus; ferrum pertransiit animam ejus:

[19]donec veniret verbum ejus. Eloquium Domini inflammavit eum.

[20]Misit rex, et solvit eum; princeps populorum, et dimisit eum.

[21]Constituit eum dominum domus suæ, et principem omnis possessionis suæ:

[21] e o nomeou senhor de sua casa e governador de seus domínios,

[22] para, a seu bel-prazer, dar ordens a seus príncipes, e a seus anciãos, lições de sabedoria.

[23] Então Israel penetrou no Egito, Jacó foi viver na terra de Cam.

[24] Deus multiplicou grandemente o seu povo, e o tornou mais forte que seus inimigos.

[25] Depois, de tal modo lhes mudou os corações, que com aversão trataram o seu povo, e com perfídia, os seus servidores.

[26] Mas Deus lhes suscitou Moisés, seu servo, e Aarão, seu escolhido.

[27] Ambos operaram entre eles prodígios e milagres na terra de Cam.

[28] Mandou trevas e se fez noite: resistiram, porém, às suas palavras.

[29] Converteu-lhes as águas em sangue, matando-lhes todos os seus peixes.

[30] Infestou-lhes a terra de rãs, até nos aposentos reais.

[31] A uma palavra sua vieram nuvens de moscas, mosquitos em todo o seu território.

[32] Em vez de chuva lhes mandou granizo e chamas devorantes sobre a terra.

[33] Devastou-lhes as vinhas e figueiras, e partiu-lhes as árvores de seus campos.

[34] A seu mando vieram os gafanhotos, e lagartas em quantidade enorme,

[35] que devoraram toda a erva de suas terras e comeram os frutos de seus campos.

[36] Depois matou os primogênitos do seu povo, primícias de sua virilidade.

[37] E Deus tirou os hebreus carregados de ouro e prata; não houve, nas tribos, nenhum enfermo.

[38] Alegraram-se os egípcios com sua partida, pelo temor que os hebreus lhes tinham causado.

[39] Para os abrigar Deus estendeu uma nuvem, e para lhes iluminar a noite uma coluna de fogo.

[22]ut erudiret principes ejus sicut semetipsum, et senes ejus prudentiam doceret.

[23]Et intravit Israël in Ægyptum, et Jacob accola fuit in terra Cham.

[24]Et auxit populum suum vehementer, et firmavit eum super inimicos ejus.

[25]Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus, et dolum facerent in servos ejus.

[26]Misit Moysen servum suum; Aaron quem elegit ipsum.

[27]Posuit in eis verba signorum suorum, et prodigiorum in terra Cham.

[28]Misit tenebras, et obscuravit; et non exacerbavit sermones suos.

[29]Convertit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces eorum.

[30]Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.

[31]Dixit, et venit cœnomyia et ciniphes in omnibus finibus eorum.

[32]Posuit pluvias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum.

[33]Et percussit vineas eorum, et ficulneas eorum, et contrivit lignum finium eorum.

[34]Dixit, et venit locusta, et bruchus cujus non erat numerus:

[35]et comedit omne fœnum in terra eorum, et comedit omnem fructum terræ eorum.

[36]Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.

[37]Et eduxit eos cum argento et auro, et non erat in tribubus eorum infirmus.

[38]Lætata est Ægyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.

[39]Expandit nubem in protectionem eorum, et ignem ut luceret eis per noctem.

[40]Petierunt, et venit coturnix, et pane cæli saturavit eos.

[41]Dirupit petram, et fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina.

[42]Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.

[40] A seu pedido, mandou-lhes codornizes, e os fartou com pão vindo do céu.

[41] Abriu o rochedo e jorrou água como um rio a correr pelo deserto,

[42] pois se lembrava da palavra sagrada, empenhada a seu servo Abraão.

[43] E fez sair, com júbilo, o seu povo, e seus eleitos com grande exultação.

[44] Deu-lhes a terra dos pagãos e desfrutaram das riquezas desses povos,

[45] sob a condição de guardarem seus mandamentos e observarem fielmente suas leis.

[43]Et eduxit populum suum in exsultatione, et electos suos in lætitia.

[44]Et dedit illis regiones gentium, et labores populorum possederunt:

[45]ut custodiant justificationes ejus, et legem ejus requirant.

## Salmo 105

[1] Aleluia. Louvai o Senhor porque ele é bom, porque a sua misericórdia é eterna.

[2] Quem contará os poderosos feitos do Senhor? Quem poderá apregoar os seus louvores?

[3] Felizes aqueles que observam os preceitos, aqueles que, em todo o tempo, fazem o que é reto.

[4] Lembrai-vos de mim, Senhor, pela benevolência que tendes com o vosso povo. Assisti-me com o vosso socorro,

[5] para que eu prove a felicidade de vossos eleitos, compartilhe do júbilo de vosso povo e me glorie com os que constituem vossa herança.

[6] Como nossos pais, nós também pecamos, cometemos a iniquidade, praticamos o mal.

[7] Nossos pais, no Egito, não prezaram os vossos milagres, esqueceram a multidão de vossos benefícios e se revoltaram contra o Altíssimo no mar Vermelho.

[8] Mas ele os poupou para a honra de seu nome, para tornar patente o seu poder.

[9] Ameaçou o mar e ele se tornou seco, e os conduziu por entre as ondas como através de um deserto.

[10] Livrou-os das mãos daquele que os odiava, e os salvou do poder inimigo.

## Psalmi 105

[1]Alleluja. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

[2]Quis loquetur potentias Domini; auditas faciet omnes laudes ejus?

[3]Beati qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam in omni tempore.

[4]Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui; visita nos in salutari tuo:

[5]ad videndum in bonitate electorum tuorum; ad lætandum in lætitia gentis tuæ: ut lauderis cum hæreditate tua.

[6]Peccavimus cum patribus nostris: injuste egimus; iniquitatem fecimus.

[7]Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua; non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritaverunt ascendentes in mare, mare Rubrum;

[8]et salvavit eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam.

[9]Et increpuit mare Rubrum et exsiccatum est, et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.

[10]Et salvavit eos de manu odientium, et redemit eos de manu inimici.

[11]Et operuit aqua tribulantes eos; unus ex eis non remansit.

[11] As águas recobriram seus adversários, nenhum deles escapou.

[12] Então acreditaram em sua palavra, e cantaram os seus louvores.

[13] Depressa, porém, esqueceram suas obras, e não confiaram em seus desígnios.

[14] Entregaram-se à concupiscência no deserto, e tentaram a Deus na solidão.

[15] Ele lhes concedeu o que pediam, mas os feriu de um mal mortal.

[16] Em seus acampamentos invejaram Moisés e Aarão, o eleito do Senhor.

[17] Abriu-se a terra e tragou Datã, e sepultou os sequazes de Abiram.

[18] Um fogo devassou as suas tropas e as chamas consumiram os ímpios.

[19] Fabricaram um bezerro de ouro no sopé do Horeb, e adoraram um ídolo de ouro fundido.

[20] Eles trocaram a sua glória pela estátua de um touro que come feno.

[21] Esqueceram a Deus que os salvara, que obrara prodígios no Egito,

[22] maravilhas na terra de Cam, estupendos feitos no mar Vermelho.

[23] Já cogitava em exterminá-los se Moisés, seu eleito, não intercedesse junto dele para impedir que sua cólera os destruísse.

[24] Depois, eles desprezaram uma terra de delícias, desconfiados de sua palavra.

[25] Em suas tendas se puseram a murmurar, e desobedeceram ao Senhor.

[26] Então, com a mão alçada, ele jurou que havia de prostrá-los no deserto

[27] e dispersar sua descendência entre as nações pagãs, disseminando-os por toda a terra.

[28] Aderiram também ao Baal de Fegor, comeram vítimas oferecidas a deuses sem vida.

[29] E, provocando-o com seus crimes, uma peste irrompeu entre eles.

[30] Mas levantou-se Fineias para fazer justiça: cessou a peste.

[12]Et crediderunt verbis ejus, et laudaverunt laudem ejus.

[13]Cito fecerunt; obliti sunt operum ejus: et non sustinuerunt consilium ejus.

[14]Et concupierunt concupiscentiam in deserto, et tentaverunt Deum in inaquoso.

[15]Et dedit eis petitionem ipsorum, et misit saturitatem in animas eorum.

[16]Et irritaverunt Moysen in castris; Aaron, sanctum Domini.

[17]Aperta est terra, et deglutivit Dathan, et operuit super congregationem Abiron.

[18]Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.

[19]Et fecerunt vitulum in Horeb, et adoraverunt sculptile.

[20]Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.

[21]Obliti sunt Deum qui salvavit eos; qui fecit magnalia in Ægypto,

[22]mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro.

[23]Et dixit ut disperderet eos, si non Moyses, electus ejus, stetisset in confractione in conspectu ejus, ut averteret iram ejus, ne disperderet eos.

[24]Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem; non crediderunt verbo ejus.

[25]Et murmuraverunt in tabernaculis suis; non exaudierunt vocem Domini.

[26]Et elevavit manum suam super eos ut prosterneret eos in deserto:

[27]et ut dejiceret semen eorum in nationibus, et dispergeret eos in regionibus.

[28]Et initiati sunt Beelphegor, et comederunt sacrificia mortuorum.

[29]Et irritaverunt eum in adinventionibus suis, et multiplicata est in eis ruina.

[30]Et stetit Phinees, et placavit, et cessavit quassatio.

[31]Et reputatum est ei in justitiam, in generationem et generationem usque in sempiternum.

[31] Seu zelo lhe foi imputado como mérito, de geração em geração, para sempre.

[32] Em seguida, irritaram a Deus nas águas de Meriba, e adveio o mal a Moisés por causa deles.

[33] Porque o provocaram tanto, palavras temerárias saíram-lhe dos lábios.

[34] Não exterminaram os povos, como o Senhor lhes havia ordenado,

[35] mas se misturaram com as nações pagãs e aprenderam seus costumes.

[36] Prestaram culto aos seus ídolos, que se tornaram um laço para eles.

[37] Imolaram os seus filhos e suas filhas aos demônios.

[38] Derramaram o sangue inocente: o sangue de seus filhos e de suas filhas, que aos ídolos de Canaã sacrificaram; seu país ficou manchado com esse sangue.

[39] Eles se contaminaram com homicídios, e se prostituíram com seus crimes.

[40] Então se inflamou contra seu povo a cólera divina, e Deus teve aversão de sua herança.

[41] Ele os entregou nas mãos das nações pagãs, e foram dominados pelos que os odiavam.

[42] Oprimiram-nos os seus inimigos; foram submetidos ao seu jugo.

[43] Muitas vezes ele os libertou, mas sua conduta o exasperou de tal modo que foram abatidos por causa de suas iniquidades.

[44] Entretanto, vendo a sua aflição, ouviu-lhes as orações.

[45] Em favor deles lembrou-se de sua aliança, e por sua misericórdia deles se apiedou.

[46] E fez com que encontrassem a clemência junto aos que os tinham aprisionado.

[47] Salvai-nos, Senhor, nosso Deus, e recolhei-nos de entre as nações, para que possamos celebrar o vosso santo nome e ter a satisfação de vos louvar.

[32]Et irritaverunt eum ad aquas contradictionis, et vexatus est Moyses propter eos:

[33]quia exacerbaverunt spiritum ejus, et distinxit in labiis suis.

[34]Non disperdiderunt gentes quas dixit Dominus illis:

[35]et commisti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum;

[36]et servierunt sculptilibus eorum, et factum est illis in scandalum.

[37]Et immolaverunt filios suos et filias suas dæmoniis.

[38]Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus,

[39]et contaminata est in operibus eorum: et fornicati sunt in adinventionibus suis.

[40]Et iratus est furore Dominus in populum suum, et abominatus est hæreditatem suam.

[41]Et tradidit eos in manus gentium; et dominati sunt eorum qui oderunt eos.

[42]Et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum;

[43]sæpe liberavit eos. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo, et humiliati sunt in iniquitatibus suis.

[44]Et vidit cum tribularentur, et audivit orationem eorum.

[45]Et memor fuit testamenti sui, et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ:

[46]et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.

[47]Salvos nos fac, Domine Deus noster, et congrega nos de nationibus: ut confiteamur nomini sancto tuo, et gloriemur in laude tua.

[48]Benedictus Dominus Deus Israël, a sæculo et usque in sæculum; et dicet omnis populus: Fiat, fiat.

48 Bendito seja o Senhor, Deus de Israel, pelos séculos dos séculos! E que todo o povo diga: “Amém!”.

## Salmo 106

1 Aleluia. Louvai o Senhor, porque ele é bom. Porque eterna é a sua misericórdia.

2 Assim o dizem aqueles que o Senhor resgatou, aqueles que ele livrou das mãos do opressor,

3 assim como os que congregou de todos os países, do oriente e do ocidente, do norte e do sul.

4 Erravam na solidão do deserto, sem encontrar caminho de cidade habitável.

5 Consumidos de fome e de sede, sentiam desfalecer-lhes a vida.

6 Em sua angústia clamaram então ao Senhor, ele os livrou de suas tribulações

7 e os conduziu pelo bom caminho, para chegarem a uma cidade habitável.

8 Agradeçam ao Senhor por sua bondade, e por suas grandes obras em favor dos homens,

9 porque dessedentou a garganta sequiosa, e cumulou de bens a que tinha fome.

10 Outros estavam nas trevas e na sombra da morte, prisioneiros na miséria e em ferros,

11 por se haverem revoltado contra as ordens de Deus e terem desprezado os desígnios do Altíssimo.

12 Pelo sofrimento lhes humilhara o coração, sucumbiam sem que ninguém os socorresse.

13 Em sua angústia clamaram então para o Senhor, e ele os livrou de suas tribulações.

14 Tirou-os das trevas e da sombra da morte, quebrou-lhes os grilhões.

15 Agradeçam ao Senhor por sua bondade, e por suas grandes obras em favor dos homens.

16 Ele arrombou as portas de bronze, e despedaçou os ferrolhos de ferro.

## Psalmi 106

1Alleluja. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

2Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici, et de regionibus congregavit eos,

3a solis ortu, et occasu, ab aquilone, et mari.

4Erraverunt in solitudine, in inaquoso; viam civitatis habitaculi non invenerunt.

5Esurientes et sitientes, anima eorum in ipsis defecit.

6Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum eripuit eos;

7et deduxit eos in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis.

8Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.

9Quia satiavit animam inanem, et animam esurientem satiavit bonis.

10Sedentes in tenebris et umbra mortis; vinctos in mendicitate et ferro.

11Quia exacerbaverunt eloquia Dei, et consilium Altissimi irritaverunt.

12Et humiliatum est in laboribus cor eorum; infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.

13Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; et de necessitatibus eorum liberavit eos.

14Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et vincula eorum dirupit.

15Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.

16Quia contrivit portas æreas, et vectes ferreos confregit.

17Suscepit eos de via iniquitatis eorum; propter injustitias enim suas humiliati sunt.

[17] Outros, enfermos por causa de seu mau proceder, eram feridos por causa de seus pecados.

[18] Todo alimento lhes causava náuseas, chegaram às portas da morte.

[19] Em sua angústia clamaram então ao Senhor; ele os livrou de suas tribulações.

[20] Enviou a sua palavra para curá-los, para os arrancar da morte.

[21] Agradeçam ao Senhor por sua bondade, e por suas grandes obras em favor dos homens.

[22] Ofereçam sacrifícios de ação de graças, e proclamem alegremente as suas obras.

[23] Os que se fizeram ao mar, para trafegar nas muitas águas,

[24] foram testemunhas das obras do Senhor e de suas maravilhas no alto-mar.

[25] Sua palavra levantou tremendo vento, que impeliu para o alto as suas ondas.

[26] Subiam até os céus, desciam aos abismos, suas almas definhavam em angústias.

[27] Titubeavam e cambaleavam como ébrios, e toda a sua perícia se esvaiu.

[28] Em sua agonia clamaram então ao Senhor, e ele os livrou da tribulação.

[29] Transformou a tempestade em leve brisa, e as ondas do mar silenciaram.

[30] E se alegraram porque elas amainaram, e os conduziu ao desejado porto.

[31] Agradeçam eles ao Senhor por sua bondade, e por suas grandes obras em favor dos homens.

[32] Celebrem-no na assembleia do povo, e o louvem no conselho dos anciãos.

[33] Transformou rios em deserto, e fontes de água em terra árida.

[34] Converteu o solo fértil em salinas, por causa da malícia de seus habitantes.

[35] Mudou o deserto em lençol de água, e a terra árida em abundantes fontes.

[36] Aí fez habitar os esfaimados, que fundaram uma cidade para morar.

[18]Omnem escam abominata est anima eorum, et appropinquaverunt usque ad portas mortis.

[19]Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos.

[20]Misit verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum.

[21]Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.

[22]Et sacrificent sacrificium laudis, et annuntient opera ejus in exsultatione.

[23]Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis:

[24]ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia ejus in profundo.

[25]Dixit, et stetit spiritus procellæ, et exaltati sunt fluctus ejus.

[26]Ascendunt usque ad cælos, et descendunt usque ad abyssos; anima eorum in malis tabescebat.

[27]Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est.

[28]Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; et de necessitatibus eorum eduxit eos.

[29]Et statuit procellam ejus in auram, et siluerunt fluctus ejus.

[30]Et lætati sunt quia siluerunt; et deduxit eos in portum voluntatis eorum.

[31]Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.

[32]Et exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum.

[33]Posuit flumina in desertum, et exitus aquarum in sitim;

[34]terram fructiferam in salsuginem, a malitia inhabitantium in ea.

[35]Posuit desertum in stagna aquarum, et terram sine aqua in exitus aquarum.

[36]Et collocavit illic esurientes, et constituerunt civitatem habitationis:

[37]et seminaverunt agros et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum nativitatis.

[37] E semearam os campos e plantaram vinhas, colhendo deles abundantes frutos.

[38] E os abençoou: eles se multiplicaram grandemente, e lhes concedeu rebanhos numerosos.

[39] Depois seu número se reduziu e caíram na miséria, sob a opressão, a desgraça e o sofrimento.

[40] Mas aquele que lança seu desprezo sobre os grandes, e os faz errar por intransitáveis desertos,

[41] [Deus] soergueu o pobre da miséria, multiplicando famílias como rebanhos.

[42] À vista disso os justos se alegram, e toda a maldade deve fechar a boca.

[43] Quem é sábio para julgar estas coisas e compreender as misericórdias do Senhor?

[38]Et benedixit eis, et multiplicati sunt nimis; et jumenta eorum non minoravit.

[39]Et pauci facti sunt et vexati sunt, a tribulatione malorum et dolore.

[40]Effusa est contemptio super principes: et errare fecit eos in invio, et non in via.

[41]Et adjuvit pauperem de inopia, et posuit sicut oves familias.

[42]Videbunt recti, et lætabuntur; et omnis iniquitas oppilabit os suum.

[43]Quis sapiens, et custodiet hæc, et intelliget misericordias Domini?

## Salmo 107

[1] Cântico. Salmo de Davi.

[2] Meu coração está firme, ó Deus, meu coração está firme; vou cantar e salmodiar. Desperta-te, ó minha alma;

[3] despertai-vos, harpa e cítara; quero acordar a aurora.

[4] Entre os povos, Senhor, vos louvarei; salmodiarei a vós entre as nações,

[5] porque acima do céu se eleva a vossa misericórdia, e até as nuvens a vossa fidelidade.

[6] Resplandecei, ó Deus, nas alturas do céu, e brilhe a vossa glória sobre a terra inteira.

[7] Para ficarem livres vossos amigos, ajudai-nos com vossa mão, ouvi-nos.

[8] Deus falou no seu santuário: “Triunfarei, e me apoderarei de Siquém, medirei com o cordel o vale de Sucot.

[9] Minha é a terra de Galaad, minha a de Manassés; Efraim será o elmo de minha cabeça; Judá, o meu cetro;

[10] Moab, a bacia em que me lavo. Sobre Edom porei minhas sandálias, cantarei vitória sobre a Filisteia”.

## Psalmi 107

[1]Canticum Psalmi, ipsi David.

[2]Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; cantabo, et psallam in gloria mea.

[3]Exsurge, gloria mea; exsurge, psalterium et cithara; exsurgam diluculo.

[4]Confitebor tibi in populis, Domine, et psallam tibi in nationibus:

[5]quia magna est super cælos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua.

[6]Exaltare super cælos, Deus, et super omnem terram gloria tua:

[7]ut liberentur dilecti tui. Salvum fac dextera tua, et exaudi me.

[8]Deus locutus est in sancto suo: Exsultabo, et dividam Sichimam; et convallem tabernaculorum dimetiar.

[9]Meus est Galaad, et meus est Manasses, et Ephraim susceptio capitis mei. Juda rex meus;

[10]Moab lebes spei meæ: in Idumæam extendam calceamentum meum; mihi alienigenæ amici facti sunt.

[11]Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?

[11] Quem me conduzirá à cidade fortificada? Quem me levará até Edom?

[12] Quem, senão vós, Senhor, que nos repelistes, e já não andais à frente dos nossos exércitos?

[13] Dai-nos auxílio contra o inimigo, porque é vão qualquer socorro humano.

[14] Com Deus faremos proezas: ele esmagará os nossos inimigos.

## Salmo 108

[1] Ao mestre de canto. Salmo de Davi. Ó Deus de meu louvor, não fiqueis insensível,

[2] porque contra mim se abriu boca ímpia e pérfida.

[3] Falaram-me com palavras mentirosas, com discursos odiosos me envolveram; e sem motivo me atacaram.

[4] Em resposta ao meu afeto me acusaram. Eu, porém, orava.

[5] Pagaram-me o bem com o mal, e o amor com o ódio.

[6] Suscitai contra ele um ímpio, levante-se à sua direita um acusador.

[7] Quando o julgarem, saia condenado, e sem efeito o seu recurso.

[8] Sejam abreviados os seus dias, tome outro o seu encargo.

[9] Fiquem órfãos os seus filhos, e viúva a sua esposa.

[10] Andem errantes e mendigos os seus filhos, expulsos de suas casas devastadas.

[11] Arrebate o credor todos os seus bens, estrangeiros pilhem o fruto de seu trabalho.

[12] Ninguém lhes tenha misericórdia, nem haja quem se condoa de seus órfãos.

[13] Exterminada seja a sua descendência, extinga-se o seu nome desde a segunda geração.

[14] Conserve o Senhor a lembrança da culpa de seus pais, jamais se apague o pecado de sua mãe.

[12]nonne tu, Deus, qui repulisti nos? et non exibis, Deus, in virtutibus nostris?

[13]Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.

[14]In Deo faciemus virtutem; et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

## Psalmi 108

[1]In finem. Psalmus David.

[2]Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est.

[3]Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me: et expugnaverunt me gratis.

[4]Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi; ego autem orabam.

[5]Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea.

[6]Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet a dextris ejus.

[7]Cum judicatur, exeat condemnatus; et oratio ejus fiat in peccatum.

[8]Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter.

[9]Fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua.

[10]Nutantes transferantur filii ejus et mendicent, et ejiciantur de habitationibus suis.

[11]Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus, et diripiant alieni labores ejus.

[12]Non sit illi adjutor, nec sit qui misereatur pupillis ejus.

[13]Fiant nati ejus in interitum; in generatione una deleatur nomen ejus.

[14]In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini, et peccatum matris ejus non deleatur.

[15]Fiant contra Dominum semper, et dispereat de terra memoria eorum:

[15] Deus os tenha sempre presentes na memória, e risque-se da terra a sua lembrança,

[16] porque jamais pensou em ter misericórdia, mas perseguiu o pobre e desvalido e teve ódio mortal ao homem de coração abatido.

[17] Amou a maldição: que ela caia sobre ele! Recusou a bênção: que ela o abandone!

[18] Seja coberto de maldição como de um manto: que ela penetre em suas entranhas como água e se infiltre em seus ossos como óleo.

[19] Seja-lhe como a veste que o cobre, como um cinto que o cinja para sempre.

[20] Esta, a paga do Senhor àqueles que me acusam e que só dizem mal de mim.

[21] Mas vós, Senhor Deus, tratai-me segundo a honra de vosso nome. Salvai-me em nome de vossa benigna misericórdia,

[22] porque sou pobre e miserável; trago, dentro de mim, um coração ferido.

[23] Vou-me extinguindo como a sombra da tarde que declina, sou levado para longe como o gafanhoto.

[24] Vacilam-me os joelhos à força de jejuar, e meu corpo se definha de magreza.

[25] Fizeram-me objeto de escárnio, abanam a cabeça ao me ver.

[26] Ajudai-me, Senhor, meu Deus. Salvai-me segundo a vossa misericórdia.

[27] Que reconheçam aqui a vossa mão, e saibam que fostes vós que assim fizestes.

[28] Enquanto amaldiçoam, abençoai-me. Sejam confundidos os que se insurgem contra mim, e que vosso servo seja cumulado de alegria.

[29] Cubram-se de ignomínia meus detratores, e envolvam-se de vergonha como de um manto.

[30] Celebrarei altamente o Senhor, e o louvarei em meio à multidão,

[31] porque ele se pôs à direita do pobre, para o salvar dos que o condenam.

[16]pro eo quod non est recordatus facere misericordiam,

[17]et persecutus est hominem inopem et mendicum, et compunctum corde, mortificare.

[18]Et dilexit maledictionem, et veniet ei; et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentum; et intravit sicut aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus ejus.

[19]Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, et sicut zona qua semper præcingitur.

[20]Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum, et qui loquuntur mala adversus animam meam.

[21]Et tu, Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua.

[22]Libera me, quia egenus et pauper ego sum, et cor meum conturbatum est intra me.

[23]Sicut umbra cum declinat ablatus sum, et excussus sum sicut locustæ.

[24]Genua mea infirmata sunt a jejunio, et caro mea immutata est propter oleum.

[25]Et ego factus sum opprobrium illis; viderunt me, et moverunt capita sua.

[26]Adjuva me, Domine Deus meus; salvum me fac secundum misericordiam tuam.

[27]Et sciant quia manus tua hæc, et tu, Domine, fecisti eam.

[28]Maledicent illi, et tu benedices: qui insurgunt in me confundantur; servus autem tuus lætabitur.

[29]Induantur qui detrahunt mihi pudore, et operiantur sicut diploide confusione sua.

[30]Confitebor Domino nimis in ore meo, et in medio multorum laudabo eum:

[31]quia astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam.

## Salmo 109

[1] Salmo de Davi. Eis o oráculo do Senhor que se dirige a meu Senhor: “Assenta-te à minha direita, até que eu faça de teus inimigos o escabelo de teus pés”.

[2] O Senhor estenderá desde Sião teu cetro poderoso: “Dominarás – disse ele –, até no meio de teus inimigos.

[3] No dia de teu nascimento, já possuis a realeza no esplendor da santidade; semelhante ao orvalho, eu te gerei antes da aurora”.

[4] O Senhor jurou e não se arrependerá: “Tu és sacerdote para sempre, segundo a ordem de Melquisedec”.

[5] O Senhor está à tua direita: ele destruirá os reis no dia de sua cólera.

[6] Julgará os povos pagãos, empilhará cadáveres; por toda a terra esmagará cabeças.

[7] Beberá da torrente no caminho; por isso, erguerá a sua fronte.

## Psalmi 109

[1]Psalmus David. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

[2]Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

[3]Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex utero, ante luciferum, genui te.

[4]Juravit Dominus, et non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

[5]Dominus a dextris tuis; confregit in die iræ suæ reges.

[6]Judicabit in nationibus, implebit ruinas; conquassabit capita in terra multorum.

[7]De torrente in via bibet; propterea exaltabit caput.

## Salmo 110

[1] Aleluia. Louvarei o Senhor, de todo o coração, na assembleia dos justos e em seu conselho.

[2] Grandes são as obras do Senhor, dignas de admiração de todos os que as amam.

[3] Sua obra é toda ela majestade e magnificência. E eterna a sua justiça.

[4] Memoráveis são suas obras maravilhosas; o Senhor é clemente e misericordioso.

[5] Aos que o temem deu-lhes o sustento; será lembrada eternamente a sua aliança.

[6] Mostrou ao seu povo o poder de suas obras, dando-lhe a herança das nações pagãs.

[7] As obras de suas mãos são verdade e justiça, imutáveis os seus preceitos,

[8] irrevogáveis pelos séculos eternos, instituídos com justiça e equidade.

## Psalmi 110

[1]Alleluja. Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, in consilio justorum, et congregatione.

[2]Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates ejus.

[3]Confessio et magnificentia opus ejus, et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

[4]Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator Dominus.

[5]Escam dedit timentibus se; memor erit in sæculum testamenti sui.

[6]Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo,

[7]ut det illis hæreditatem gentium. Opera manuum ejus veritas et judicium.

[8]Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate et æquitate.

[1] Aleluia. Louvai o Senhor em seu santuário, louvai-o em seu majestoso firmamento.

[2] Louvai-o por suas obras maravilhosas, louvai-o por sua majestade infinita.

[3] Louvai-o ao som da trombeta, louvai-o com a lira e a cítara.

[4] Louvai-o com tímpanos e danças, louvai-o com a harpa e a flauta.

[5] Louvai-o com címbalos sonoros, louvai-o com címbalos retumbantes. Tudo o que respira louve o Senhor!

## Psalmi 150

[1]Alleluja. Laudate Dominum in sanctis ejus; laudate eum in firmamento virtutis ejus.

[2]Laudate eum in virtutibus ejus; laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

[3]Laudate eum in sono tubæ; laudate eum in psalterio et cithara.

[4]Laudate eum in tympano et choro; laudate eum in chordis et organo.

[5]Laudate eum in cymbalis benesonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis.

[6]Omnis spiritus laudet Dominum! Alleluja.

| 1 Macabeus | Machabæorum I |
|---|---|

## 1 Macabeus 1

[1] Ora, aconteceu que, já senhor da Grécia, Alexandre, filho de Filipe da Macedônia, oriundo da terra de Cetim, derrotou Dario, rei dos persas e dos medos, e reinou em seu lugar.

[2] Empreendeu inúmeras guerras, apoderou-se de muitas cidades e matou vários reis da região.

[3] Avançou até os confins da terra e apoderou-se dos despojos de uma multidão de nações. A terra calou-se diante dele. Tornando-se altivo, seu coração ensoberbeceu-se.

[4] Reuniu um imenso exército,

[5] impôs seu poderio aos países, às nações e reis, e todos se tornaram seus tributários.

[6] Mas, em seguida, adoeceu e viu que a morte se aproximava.

[7] Convocou então os mais considerados dentre os seus cortesãos, companheiros desde sua juventude, e, ainda em vida, repartiu entre eles o império.

[8] Alexandre reinou durante doze anos, e morreu.

[9] Seus oficiais exerceram o poder, cada qual em seu próprio reino.

[10] Puseram todos o diadema depois de sua morte e, após eles, seus filhos durante muitos anos. E males em quantidade multiplicaram-se sobre a terra.

[11] Desses reis originou-se uma raiz de pecado: Antíoco Epífanes, filho do rei Antíoco, que havia estado em Roma como refém e que reinou no ano cento e trinta e sete do reino dos gregos.

[12] Nessa época, saíram também de Israel uns filhos perversos que seduziram a muitos outros, dizendo: “Vamos e façamos uma aliança com os povos que nos cercam, porque, desde que nos separamos deles, caímos em infortúnios sem conta”.

[13] Semelhante linguagem pareceu-lhes boa

## Machabæorum I 1

[1]Et factum est, postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium regem Persarum et Medorum:

[2]constituit prælia multa, et obtinuit omnium munitiones, et interfecit reges terræ,

[3]et pertransiit usque ad fines terræ: et accepit spolia multitudinis gentium, et siluit terra in conspectu ejus.

[4]Et congregavit virtutem, et exercitum fortem nimis: et exaltatum est, et elevatum cor ejus:

[5]et obtinuit regiones gentium, et tyrannos: et facti sunt illi in tributum.

[6]Et post hæc decidit in lectum, et cognovit quia moreretur.

[7]Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti a juventute: et divisit illis regnum suum, cum adhuc viveret.

[8]Et regnavit Alexander annis duodecim, et mortuus est.

[9]Et obtinuerunt pueri ejus regnum, unusquisque in loco suo:

[10]et imposuerunt omnes sibi diademata post mortem ejus, et filii eorum post eos annis multis, et multiplicata sunt mala in terra.

[11]Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses: et regnavit in anno centesimo trigesimo septimo regni Græcorum.

[12]In diebus illis, exierunt ex Israël filii iniqui, et suaserunt multis, dicentes: Eamus, et disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, invenerunt nos multa mala.

[13]Et bonus visus est sermo in oculis eorum.

[14]Et destinaverunt aliqui de populo, et abierunt ad regem: et dedit illis potestatem ut facerent justitiam gentium.

[15]Et ædificaverunt gymnasium in Jerosolymis secundum leges nationum:

[14] e houve entre o povo quem se apressasse a ir ter com o rei, o qual concedeu a licença de adotarem os costumes pagãos.

[15] Edificaram em Jerusalém um ginásio, como os gentios. Dissimularam os sinais da circuncisão e afastaram-se da aliança com Deus para se unirem aos gentios. E se venderam para praticar o mal.

[16] Quando seu reino lhe pareceu bem consolidado, concebeu Antíoco o desejo de conquistar também o Egito, a fim de reinar sobre dois reinos.

[17] Invadiu, pois, o Egito com um poderoso exército, com carros, elefantes, cavaleiros e uma numerosa esquadra.

[18] Investiu contra Ptolomeu, rei do Egito, o qual, tomado de pânico, fugiu. Foram muitos os que sucumbiram sob seus golpes.

[19] Tornou-se ele senhor das fortalezas do Egito e apoderou-se das riquezas do país.

[20] Após ter derrotado o Egito, pelo ano cento e quarenta e três, regressou Antíoco e atacou Israel, subindo a Jerusalém com um enorme exército.

[21] Entrou com arrogância no santuário, tomou o altar de ouro, o candelabro da luz com todos os seus acessórios,

[22] a mesa da proposição, os vasos, as alfaias, os turíbulos de ouro, o véu, as coroas, os ornamentos de ouro da fachada e arrancou todo o revestimento.

[23] Tomou a prata, o ouro, os vasos preciosos e os tesouros ocultos que encontrou.

[24] Arrebatando tudo consigo, regressou à sua terra, após massacrar muitos judeus e pronunciar palavras injuriosas.

[25] Foi isso um motivo de desolação em extremo para todo o Israel.

[26] Príncipes e anciãos gemeram, jovens e moças perderam sua alegria e murchou a beleza das mulheres.

[27] O recém-casado lamentava-se e a esposa chorava no leito nupcial.

[16]et fecerunt sibi præputia, et recesserunt a testamento sancto, et juncti sunt nationibus, et venundati sunt ut facerent malum.

[17]Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, et cœpit regnare in terra Ægypti ut regnaret super duo regna.

[18]Et intravit in Ægyptum in multitudine gravi, in curribus, et elephantis, et equitibus, et copiosa navium multitudine:

[19]et constituit bellum adversus Ptolemæum regem Ægypti, et veritus est Ptolemæus a facie ejus, et fugit, et ceciderunt vulnerati multi.

[20]Et comprehendit civitates munitas in terra Ægypti, et accepit spolia terræ Ægypti.

[21]Et convertit Antiochus, postquam percussit Ægyptum in centesimo et quadragesimo tertio anno: et ascendit ad Israël,

[22]et ascendit Jerosolymam in multitudine gravi.

[23]Et intravit in sanctificationem cum superbia, et accepit altare aureum, et candelabrum luminis, et universa vasa ejus, et mensam propositionis, et libatoria, et phialas, et mortariola aurea, et velum, et coronas, et ornamentum aureum, quod in facie templi erat: et comminuit omnia.

[24]Et accepit argentum, et aurum, et vasa concupiscibilia: et accepit thesauros occultos, quos invenit: et sublatis omnibus, abiit in terram suam.

[25]Et fecit cædem hominum, et locutus est in superbia magna.

[26]Et factus est planctus magnus in Israël, et in omni loco eorum:

[27]et ingemuerunt principes et seniores; virgines et juvenes infirmati sunt: et speciositas mulierum immutata est.

[28]Omnis maritus sumpsit lamentum, et quæ sedebant in thoro maritali, lugebant:

[29]et commota est terra super habitantes in ea, et universa domus Jacob induit confusionem.

28 A própria terra tremia por todos os seus habitantes e a casa de Jacó cobriu-se de vergonha.

29 Dois anos após, Antíoco enviou um oficial a cobrar o tributo nas cidades de Judá. Chegou ele a Jerusalém com uma numerosa tropa.

30 Dirigiu-se aos habitantes com palavras pacíficas, mas astuciosas, nas quais acreditaram. Em seguida, lançou-se de improviso sobre a cidade, pilhou-a seriamente e matou muita gente de Israel.

31 Saqueou-a, incendiou-a, destruiu as casas e os muros em derredor.

32 Seus soldados conduziram ao cativeiro as mulheres e as crianças e apoderaram-se do gado.

33 Cercaram a Cidade de Davi com uma extensa e sólida muralha, com possantes torres, tornando-a sua fortaleza.

34 Instalaram ali uma guarnição brutal de gente sem leis, e se fortificaram.

35 Ajuntaram armas e provisões. Reunindo todos os espólios do saque de Jerusalém, ali os acumularam. Constituíram-se desse modo em grande ameaça.

36 Serviram de cilada para o templo, um inimigo constantemente incitado contra o povo de Israel,

37 derramando sangue inocente ao redor do templo e profanando o santuário.

38 Por causa deles, os habitantes de Jerusalém fugiram, e só ficaram lá os estrangeiros. Jerusalém tornou-se estranha a seus próprios filhos e estes a abandonaram.

39 Seu templo ficou desolado como um deserto, seus dias de festa se transformaram em dias de luto, seus sábados, em dias de vergonha e sua glória em desonra.

40 Quanto fora ela honrada, agora foi desprezada e sua exaltação converteu-se em tormento.

30Et post duos annos dierum, misit rex principem tributorum in civitates Juda, et venit Jerusalem cum turba magna.

31Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: et crediderunt ei.

32Et irruit super civitatem repente, et percussit eam plaga magna, et perdidit populum multum ex Israël.

33Et accepit spolia civitatis: et succendit eam igni, et destruxit domos ejus, et muros ejus in circuitu:

34et captivas duxerunt mulieres, et natos et pecora possederunt.

35Et ædificaverunt civitatem David muro magno et firmo, et turribus firmis, et facta est illis in arcem:

36et posuerunt illic gentem peccatricem viros iniquos, et convaluerunt in ea: et posuerunt arma, et escas, et congregaverunt spolia Jerusalem:

37et reposuerunt illic: et facti sunt in laqueum magnum.

38Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, et in diabolum malum in Israël:

39et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, et contaminaverunt sanctificationem.

40Et fugerunt habitatores Jerusalem propter eos, et facta est habitatio exterorum, et facta est extera semini suo, et nati ejus reliquerunt eam.

41Sanctificatio ejus desolata est sicut solitudo; dies festi ejus conversi sunt in luctum, sabbata ejus in opprobrium, honores ejus in nihilum.

42Secundum gloriam ejus multiplicata est ignominia ejus, et sublimitas ejus conversa est in luctum.

43Et scripsit rex Antiochus omni regno suo ut esset omnis populus unus: et relinqueret unusquisque legem suam.

44Et consenserunt omnes gentes secundum verbum regis Antiochi:

41 Então, o rei Antíoco publicou para todo o reino um edito, prescrevendo que todos os povos formassem um único povo.

42 Cada um devia renunciar a seus costumes particulares. Todos os gentios se conformaram a essa ordem do rei, e

43 muitos de Israel adotaram a sua religião, sacrificando aos ídolos e violando o sábado.

44 Por intermédio de mensageiros, o rei enviou, a Jerusalém e às cidades de Judá, cartas prescrevendo que aceitassem os costumes dos outros povos da terra.

45 Deviam suprimir holocaustos, sacrifícios e libações no templo; violar os sábados e as festas;

46 profanar o santuário e os santos;

47 erigir altares, templos e ídolos; sacrificar porcos e outros animais impuros.

48 Deviam também deixar seus filhos incircuncidados e macular suas almas com toda sorte de impurezas e abominações, de maneira

49 a obrigarem-nos a esquecer a Lei e a transgredir as prescrições.

50 Todo aquele que não obedecesse à ordem do rei seria morto.

51 Foi nesse teor que o rei escreveu a todo o seu reino e nomeou comissários para vigiar o cumprimento de sua vontade pelo povo. Ordenou às cidades de Judá que oferecessem sacrifícios, cada uma por sua vez.

52 Houve muitos dentre o povo que colaboraram com eles e abandonaram a Lei. Fizeram muito mal no país e

53 constrangeram os israelitas a se refugiarem em asilos e refúgios ocultos.

54 No dia quinze do mês de Casleu, no ano cento e quarenta e cinco, Antíoco fez erigir a Abominação da desolação sobre o altar. Também construíram altares em todas as cidades vizinhas de Judá.

55 Ofereciam sacrifícios diante das portas das casas e nas praças públicas.

45et multi ex Israël consenserunt servituti ejus, et sacrificaverunt idolis, et coinquinaverunt sabbatum.

46Et misit rex libros per manus nuntiorum in Jerusalem, et in omnes civitates Juda, ut sequerentur leges gentium terræ,

47et prohiberent holocausta et sacrificia, et placationes fieri in templo Dei,

48et prohiberent celebrari sabbatum, et dies solemnes:

49et jussit coinquinari sancta, et sanctum populum Israël.

50Et jussit ædificari aras, et templa, et idola, et immolari carnes suillas, et pecora communia,

51et relinquere filios suos incircumcisos, et coinquinari animas eorum in omnibus immundis, et abominationibus, ita ut obliviscerentur legem, et immutarent omnes justificationes Dei:

52et quicumque non fecissent secundum verbum regis Antiochi, morerentur.

53Secundum omnia verba hæc scripsit omni regno suo: et præposuit principes populo, qui hæc fieri cogerent.

54Et jusserunt civitatibus Juda sacrificare.

55Et congregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem Domini, et fecerunt mala super terram:

56et effugaverunt populum Israël in abditis, et in absconditis fugitivorum locis.

57Die quintadecima mensis Casleu, quinto et quadragesimo et centesimo anno, ædificavit rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei, et per universas civitates Juda in circuitu ædificaverunt aras:

58et ante januas domorum et in plateis incendebant thura, et sacrificabant:

59et libros legis Dei combusserunt igni, scindentes eos:

60et apud quemcumque inveniebantur libri testamenti Domini, et quicumque observabat legem Domini, secundum edictum regis trucidabant eum.

[56] Rasgavam e queimavam todos os livros da Lei que achavam.

[57] Em toda parte, todo aquele em poder do qual fosse encontrado um livro do testamento, ou todo aquele que mostrasse gosto pela Lei, morreria por ordem do rei.

[58] Com esse poder que tinham, tratavam assim, cada mês, os judeus que eles encontravam nas cidades.

[59] No dia vinte e cinco de cada mês, sacrificavam no altar, que sobressaía ao altar do templo.

[60] As mulheres, que levavam seus filhos a circuncidar eram mortas conforme a ordem do rei,

[61] com os filhos suspensos ao pescoço. Massacravam-se também seus próximos e os que tinham feito a circuncisão.

[62] Numerosos foram os israelitas que tomaram a firme resolução de não comer nada que fosse impuro. Preferiram a morte antes que se manchar com alimentos impuros;

[63] não quiseram violar a santa lei e foram trucidados.

[64] Caiu assim sobre Israel uma imensa cólera.

[61]In virtute sua faciebant hæc populo Israël, qui inveniebatur in omni mense et mense in civitatibus.

[62]Et quinta et vigesima die mensis sacrificabant super aram, quæ erat contra altare.

[63]Et mulieres, quæ circumcidebant filios suos, trucidabantur secundum jussum regis Antiochi,

[64]et suspendebant pueros a cervicibus per universas domos eorum: et eos, qui circumciderant illos, trucidabant.

[65]Et multi de populo Israël definierunt apud se, ut non manducarent immunda: et elegerunt magis mori, quam cibis coinquinari immundis:

[66]et noluerunt infringere legem Dei sanctam, et trucidati sunt:

[67]et facta est ira magna super populum valde.

## 1 Macabeus 2

[1] Foi nessa época que se levantou Matatias, filho de João, filho de Simeão, sacerdote da família de Joarib, que veio de Jerusalém se estabelecer em Modin.

[2] Tinha ele cinco filhos: João, apelidado Gadi;

[3] Simão, alcunhado Tasi;

[4] Judas, chamado Macabeu;

[5] Eleazar, cognominado Auarã; e Jônatas, chamado Afus.

[6] Vendo as abominações praticadas em Judá e em Jerusalém, exclamou: “Ai de mim! Por que nasci eu, para ver a ruína do meu povo e da cidade santa,

[7] e ficar sem fazer nada, enquanto ela é entregue ao poder de seus inimigos

## Machabæorum I 2

[1]In diebus illis surrexit Mathathias filius Joannis filii Simeonis, sacerdos ex filiis Joarib, ab Jerusalem, et consedit in monte Modin:

[2]et habebat filios quinque, Joannem, qui cognominabatur Gaddis:

[3]et Simonem, qui cognominabatur Thasi:

[4]et Judam, qui vocabatur Machabæus:

[5]et Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: et Jonathan, qui cognominabatur Apphus:

[6]hi viderunt mala, quæ fiebant in populo Juda, et in Jerusalem.

[7]Et dixit Mathathias: Væ mihi! ut quid natus sum videre contritionem populi mei, et contritionem civitatis sanctæ, et sedere illic, cum datur in manibus inimicorum?

[8] e seu santuário abandonado aos estrangeiros? Seu templo tornou-se como um homem desonrado

[9] e os vasos sagrados, que eram o motivo de seu orgulho, levados como para um cativeiro; seus filhos foram trucidados nas ruas e seus jovens sucumbiram ao gládio do inimigo.

[10] Que povo há que não tenha herdado de seus atributos reais, que não se tenha apoderado dos seus despojos?

[11] Toda a sua glória desapareceu e, de livre que era, tornou-se escrava.

[12] Eis que tudo o que tínhamos de sagrado, de belo, de glorioso, foi assolado e profanado pelas nações.

[13] Por que viver ainda?".

[14] Matatias e seus filhos rasgaram suas vestes, cobriram-se de sacos e choraram amargamente.

[15] Sobrevieram enviados do rei a Modin, para impor a apostasia e obrigar a sacrificar.

[16] Muitos dos israelitas uniram-se a eles, mas Matatias e seus filhos permaneceram firmes.

[17] Em resposta disseram-lhe os que vinham da parte do rei: "Possuis nesta cidade notável influência e consideração, teus irmãos e teus filhos te dão autoridade.

[18] Vem, pois, como primeiro executar a ordem do rei, como o fizeram todas as nações, os habitantes de Judá e os que ficaram em Jerusalém. Serás contado, tu e teus filhos, entre os amigos do rei; a ti e aos teus filhos o rei vos honrará, cumulando-vos de prata, de ouro e de presentes!".

[19] Matatias respondeu-lhes: "Ainda mesmo que todas as nações que se acham no reino do rei o escutassem, de modo que todos renegassem a fé de seus pais e aquiescessem às suas ordens,

[20] eu, meus filhos e meus irmãos perseveraremos na Aliança concluída por nossos antepassados.

[8]Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum ejus sicut homo ignobilis.

[9]Vasa gloriæ ejus captiva abducta sunt: trucidati sunt senes ejus in plateis, et juvenes ejus ceciderunt in gladio inimicorum.

[10]Quæ gens non hæreditavit regnum ejus et non obtinuit spolia ejus?

[11]Omnis compositio ejus ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla.

[12]Et ecce sancta nostra, et pulchritudo nostra, et claritas nostra desolata est, et coinquinaverunt ea gentes.

[13]Quo ergo nobis adhuc vivere?

[14]Et scidit vestimenta sua Mathathias, et filii ejus: et operuerunt se ciliciis, et planxerunt valde.

[15]Et venerunt illuc qui missi erant a rege Antiocho, ut cogerent eos, qui confugerant in civitatem Modin, immolare, et accendere thura, et a lege Dei discedere.

[16]Et multi de populo Israël consentientes accesserunt ad eos: sed Mathathias et filii ejus constanter steterunt.

[17]Et respondentes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathiæ: Princeps, et clarissimus et magnus es in hac civitate, et ornatus filiis et fratribus:

[18]ergo accede prior, et fac jussum regis, sicut fecerunt omnes gentes, et viri Juda, et qui remanserunt in Jerusalem: et eris tu, et filii tui, inter amicos regis, et amplificatus auro, et argento, et muneribus multis.

[19]Et respondit Mathathias, et dixit magna voce: Etsi omnes gentes regi Antiocho obediunt, ut discedat unusquisque a servitute legis patrum suorum, et consentiat mandatis ejus:

[20]ego et filii mei, et fratres mei, obediemus legi patrum nostrorum:

[21]propitius sit nobis Deus: non est nobis utile relinquere legem, et justitias Dei:

[22]non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mandata, ut eamus altera via.

[21] Que Deus nos preserve de abandonarmos a Lei e os mandamentos.

[22] Não obedeceremos a essas ordens do rei e não nos desviaremos de nossa religião nem para a direita nem para a esquerda!".

[23] Mal havia acabado de falar, eis que um judeu se adiantou para sacrificar no altar de Modin, à vista de todos, conforme as ordens do rei.

[24] Viu-o Matatias e, no ardor de seu zelo, sentiu estremecerem-se suas entranhas. Num ímpeto de justa cólera arrojou-se e matou o homem sobre o altar.

[25] Matou ao mesmo tempo o oficial incumbido da ordem de sacrificar e demoliu o altar.

[26] Com semelhante gesto mostrou ele seu amor pela Lei, como agiu Fineias a respeito de Zambri, filho de Salom.

[27] Em altos brados Matatias elevou a voz então na cidade: "Quem for fiel à Lei e permanecer firme na Aliança, saia e siga-me".

[28] Assim, com seus filhos, fugiu em direção às montanhas, abandonando todos os seus bens na cidade.

[29] Então, uma grande parte dos que procuravam a Lei e a justiça encaminharam-se para o deserto.

[30] Ali refugiaram-se, com seus filhos, suas mulheres e seus rebanhos, porque as desgraças os oprimiam cruelmente.

[31] Contaram aos oficiais do rei e às forças acantonadas em Jerusalém, na Cidade de Davi, que certo número de judeus, culpáveis de terem transgredido a ordem real, havia descido ao deserto, para ali se ocultar e que muitos se haviam precipitado em seu seguimento.

[32] Os sírios arremessaram-se ao encalço deles e os alcançaram, depois se prepararam para agredi-los em dia de sábado.

[33] "Isso basta, agora – gritaram-lhes eles –, saí, obedecei à ordem do rei e vivereis."

[23]Et ut cessavit loqui verba hæc, accessit quidam Judæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in civitate Modin, secundum jussum regis:

[24]et vidit Mathathias, et doluit, et contremuerunt renes ejus, et accensus est furor ejus secundum judicium legis, et insiliens trucidavit eum super aram:

[25]sed et virum, quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, et aram destruxit:

[26]et zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi.

[27]Et exclamavit Mathathias voce magna in civitate, dicens: Omnis qui zelum habet legis, statuens testamentum, exeat post me.

[28]Et fugit ipse, et filii ejus in montes, et reliquerunt quæcumque habebant in civitate.

[29]Tunc descenderunt multi quærentes judicium, et justitiam, in desertum:

[30]et sederunt ibi ipsi, et filii eorum, et mulieres eorum, et pecora eorum: quoniam inundaverunt super eos mala.

[31]Et renuntiatum est viris regis, et exercitui qui erat in Jerusalem civitate David, quoniam discessissent viri quidam, qui dissipaverunt mandatum regis, in loca occulta in deserto, et abiissent post illos multi.

[32]Et statim perrexerunt ad eos, et constituerunt adversus eos prælium in die sabbatorum,

[33]et dixerunt ad eos: Resistitis et nunc adhuc? exite, et facite secundum verbum regis Antiochi, et vivetis.

[34]Et dixerunt: Non exibimus, neque faciemus verbum regis, ut polluamus diem sabbatorum.

[35]Et concitaverunt adversus eos prælium.

[36]Et non responderunt eis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilaverunt loca occulta,

[34] “Não sairemos –, replicaram os judeus – e não obedeceremos às ordens do rei, com a profanação do dia de sábado.”

[35] Instantaneamente os sírios travaram combate contra eles;

[36] mas eles não responderam, não atiraram uma só pedra e não obstruíram as entradas dos esconderijos.

[37] “Que morramos todos inocentes. O céu e a terra nos servirão de testemunhas de que nos matais injustamente.”

[38] E foi assim que os inimigos se lançaram sobre eles em dia de sábado. Eles morreram com suas esposas, seus filhos e seu rebanho. Eram cerca de mil pessoas.

[39] Matatias e seus amigos o souberam e comoveram-se muito.

[40] E disseram uns aos outros: “Se todos agirmos como nossos irmãos, se não pelejarmos contra os estrangeiros para pormos a salvo nossas vidas e nossas leis, nos exterminarão bem depressa da terra”.

[41] Tomaram, pois, naquele dia a seguinte resolução: “Mesmo que nos ataquem em dia de sábado, lutaremos contra eles e não nos deixaremos matar a todos nós, como o fizeram nossos irmãos no seu esconderijo”.

[42] Então, se ajuntou a eles o grupo dos judeus assideus, particularmente valentes em Israel, apegados à Lei;

[43] e todos os que fugiam das perseguições se ajuntaram do mesmo modo a eles e os reforçaram.

[44] Formaram, pois, um exército e na sua ira e indignação massacraram certo número de prevaricadores e de traidores da Lei; os outros procuraram refúgio junto aos estrangeiros.

[45] Assim, Matatias e seus amigos percorreram o país, destruíram os altares e

[46] circuncidaram à força as crianças, ainda incircuncisas nas fronteiras de Israel

[47] e perseguiram os sírios orgulhosos. Sua empresa alcançou bom êxito.

[37]dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra: et testes erunt super nos cælum et terra, quod injuste perditis nos.

[38]Et intulerunt illis bellum sabbatis: et mortui sunt ipsi, et uxores eorum, et filii eorum, et pecora eorum usque ad mille animas hominum.

[39]Et cognovit Mathathias et amici ejus, et luctum habuerunt super eos valde.

[40]Et dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, et non pugnaverimus adversus gentes pro animabus nostris et justificationibus nostris, nunc citius disperdent nos a terra.

[41]Et cogitaverunt in die illa, dicentes: Omnis homo, quicumque venerit ad nos in bello die sabbatorum, pugnemus adversus eum: et non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis.

[42]Tunc congregata est ad eos synagoga Assidæorum fortis viribus ex Israël, omnis voluntarius in lege:

[43]et omnes, qui fugiebant a malis, additi sunt ad eos, et facti sunt illis ad firmamentum.

[44]Et collegerunt exercitum, et percusserunt peccatores in ira sua, et viros iniquos in indignatione sua: et ceteri fugerunt ad nationes, ut evaderent.

[45]Et circuivit Mathathias et amici ejus, et destruxerunt aras:

[46]et circumciderunt pueros incircumcisos quotquot invenerunt in finibus Israël: et in fortitudine.

[47]Et persecuti sunt filios superbiæ, et prosperatum est opus in manibus eorum:

[48]et obtinuerunt legem de manibus gentium, et de manibus regum, et non dederunt cornu peccatori.

[49]Et appropinquaverunt dies Mathathiæ moriendi, et dixit filiis suis: Nunc confortata est superbia, et castigatio, et tempus eversionis, et ira indignationis.

[50]Nunc ergo, o filii, æmulatores estote legis, et date animas vestras pro testamento patrum vestrorum,

48 Arrancaram a Lei do poder dos gentios e dos reis e não permitiram que prevalecesse o mal.

49 Ora, chegou para Matatias o dia de sua morte e ele disse a seus filhos: "O que domina até este momento é o orgulho, o ódio, a desordem e a cólera.

50 Sede, pois, agora, meus filhos, os defensores da Lei e dai a vossa vida pela Aliança de nossos pais.

51 Recordai-vos dos feitos que vossos antepassados realizaram na época em que viveram, e merecereis grande glória e nome eterno.

52 Porventura, não foi na prova que Abraão permaneceu fiel? E não lhe foi isso imputado em justiça?

53 José observou os mandamentos na sua desgraça e veio a ser o senhor do Egito.

54 Fineias, nosso antepassado, por ter sido inflamado de zelo, recebeu a promessa de um sacerdócio perpétuo.

55 Josué, cumprindo a palavra de Deus, veio a ser juiz em Israel.

56 Caleb deu testemunho na assembleia e herdou a terra.

57 Por todos os séculos, em vista de sua piedade, mereceu Davi o trono real.

58 Porque ardia em zelo pela Lei, Elias foi arrebatado ao céu.

59 Ananias, Azarias e Misael foram salvos das chamas por terem tido fé.

60 Daniel, na sua retidão, foi salvo da boca dos leões.

61 Recordai-vos assim, de geração em geração, de que todos os que esperam em Deus não desfalecem.

62 Não temais as ameaças do pecador, pois sua glória acabará em lama e vermes.

63 Hoje ele se eleva e amanhã desaparecerá, porque tornará ao pó, e seus planos serão frustrados.

64 Quanto a vós, meus filhos, sede corajosos e destemidos em observar a Lei, porque por ela chegareis à glória.

51et mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis: et accipietis gloriam magnam, et nomen æternum.

52Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis, et reputatum est ei ad justitiam?

53Joseph in tempore angustiæ suæ custodivit mandatum, et factus est dominus Ægypti.

54Phinees pater noster, zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotii æterni.

55Jesus dum implevit verbum, factus est dux in Israël.

56Caleb dum testificatur in ecclesia, accepit hæreditatem.

57David in sua misericordia consecutus est sedem regni in sæcula.

58Elias, dum zelat zelum legis, receptus est in cælum.

59Ananias et Azarias et Misaël credentes, liberati sunt de flamma.

60Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum.

61Et ita cogitate per generationem et generationem: quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur.

62Et a verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus stercus et vermis est:

63hodie extollitur, et cras non invenietur: quia conversus est in terram suam, et cogitatio ejus periit.

64Vos ergo filii, confortamini, et viriliter agite in lege: quia in ipsa gloriosi eritis.

65Et ecce Simon frater vester, scio quod vir consilii est: ipsum audite semper, et ipse erit vobis pater.

66Et Judas Machabæus, fortis viribus a juventute sua, sit vobis princeps militiæ, et ipse aget bellum populi.

67Et adducetis ad vos omnes factores legis: et vindicate vindictam populi vestri.

68Retribuite retributionem gentibus, et intendite in præceptum legis.

69Et benedixit eos, et appositus est ad patres suos.

[65] Aqui tendes Simeão, vosso irmão. Sei que ele é homem de conselho, ouvi-o sempre e será para vós um pai.

[66] Judas Macabeu, bravo desde a juventude, será o general do exército e dirigirá a guerra contra os gentios.

[67] Atraireis a vós todos os que observam a Lei e vingareis vosso povo.

[68] Pagai aos gentios o que nos fizeram e atendei aos preceitos da Lei".

[69] Depois disso, abençoou-os e foi unir-se a seus pais.

[70] Morreu no ano cento e quarenta e seis. Seus filhos sepultaram-no em Modin, no túmulo de seus antepassados. Todo Israel o chorou dolorosamente.

[70]Et defunctus est anno centesimo et quadragesimo sexto: et sepultus est a filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin, et planxerunt eum omnis Israël planctu magno.

## 1 Macabeus 3

[1] Seu filho Judas, cognominado Macabeu, ficou em seu lugar.

[2] Todos os seus irmãos o auxiliaram, bem como todos os que se tinham unido a seu pai, aceitando generosamente a promessa de combater por Israel.

[3] Aumentou a glória do povo; revestiu-se da couraça, como um gigante, cingiu-se com as armas da guerra e empenhou-se nos combates, protegendo seu exército com a espada.

[4] Assemelhava-se nas suas ações a um leão, e parecia um leãozinho, que ruge na caçada.

[5] Perseguiu e rebuscou com cuidado os traidores e lançou ao fogo os que perseguiam seu povo.

[6] Os maus recuaram diante dele transidos de medo, tremeram os que praticaram o mal e a salvação do povo firmou-se em suas mãos.

[7] Seus feitos exasperaram os reis, mas alegraram Jacó, e sua memória permaneceu eternamente abençoada.

[8] Percorreu as cidades de Judá, expulsando os ímpios, desviando assim de Israel a cólera divina.

## Machabæorum I 3

[1]Et surrexit Judas, qui vocabatur Machabæus, filius ejus, pro eo:

[2]et adjuvabant eum omnes fratres ejus, et universi qui se conjunxerant patri ejus, et præliabantur prælium Israël cum lætitia.

[3]Et dilatavit gloriam populo suo, et induit se loricam sicut gigas, et succinxit se arma bellica sua in præliis, et protegebat castra gladio suo.

[4]Similis factus est leoni in operibus suis, et sicut catulus leonis rugiens in venatione.

[5]Et persecutus est iniquos perscrutans eos: et qui conturbabant populum suum, eos succendit flammis:

[6]et repulsi sunt inimici ejus præ timore ejus, et omnes operarii iniquitatis conturbati sunt: et directa est salus in manu ejus.

[7]Et exacerbabat reges multos, et lætificabat Jacob in operibus suis, et in sæculum memoria ejus in benedictione.

[8]Et perambulavit civitates Juda, et perdidit impios ex eis, et avertit iram ab Israël.

[9]Et nominatus est usque ad novissimum terræ, et congregavit pereuntes.

[10]Et congregavit Apollonius gentes, et a Samaria virtutem multam et magnam ad bellandum contra Israël.

[9] Seu nome foi pronunciado até as extremidades da terra, e ele conseguiu a adesão daqueles que estavam a ponto de perecer.

[10] Aconteceu que Apolônio convocou os gentios e, de Samaria, partiu com um grande exército para combater Israel.

[11] Soube-o Judas, saiu-lhe ao encontro, venceu-o e o matou. Muitos caíram aos seus golpes e os restantes puseram-se em fuga.

[12] Apoderou-se dos espólios, tomou a espada de Apolônio e desde então usava-a sempre nos combates.

[13] Seron, general do exército sírio, veio a saber que Judas cercara-se de soldados fiéis convocados e que ele os levara ao combate.

[14] "Vou tornar-me célebre – disse ele –, e cobrir-me de glória no reino. Vencerei Judas e suas tropas que se opõem às ordens do rei."

[15] Armou-se ele para a guerra. Um poderoso exército de ímpios marchou com ele, para reforçar e tomar vingança dos filhos de Israel.

[16] Avançaram até a muralha de Bet-Horon e Judas, seguido de poucos homens, foi-lhe ao encontro.

[17] Mas, à vista do exército que vinha contra eles, os companheiros de Judas disseram-lhe: "Como poderemos enfrentar tamanho exército, se somos tão poucos, tanto mais que nos sentimos fracos, porque hoje nada temos comido?".

[18] "É fácil – respondeu Judas – a um punhado de gente fazer-se respeitar por muitos. Para o Deus do céu não há diferença entre a salvação de uma multidão e a de um punhado de homens,

[19] porque a vitória no combate não depende do número, mas da força que desce do céu.

[20] Essa gente vem contra nós, com insolência e orgulho, para nos aniquilar, juntamente com nossas mulheres e nossos filhos, e para nos despojar.

[21] Nós, porém, lutamos por nossas vidas e nossas leis.

[11]Et cognovit Judas, et exiit obviam illi: et percussit, et occidit illum: et ceciderunt vulnerati multi, et reliqui fugerunt.

[12]Et accepit spolia eorum: et gladium Apollonii abstulit Judas, et erat pugnans in eo omnibus diebus.

[13]Et audivit Seron princeps exercitus Syriæ, quod congregavit Judas congregationem fidelium, et ecclesiam secum,

[14]et ait: Faciam mihi nomen, et glorificabor in regno, et debellabo Judam, et eos qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum regis.

[15]Et præparavit se: et ascenderunt cum eo castra impiorum fortes auxiliarii ut facerent vindictam in filios Israël.

[16]Et appropinquaverunt usque ad Bethoron: et exivit Judas obviam illi cum paucis.

[17]Ut autem viderunt exercitum venientem sibi obviam, dixerunt Judæ: Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, et tam fortem, et nos fatigati sumus jejunio hodie?

[18]Et ait Judas: Facile est concludi multos in manus paucorum: et non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis, et in paucis:

[19]quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est.

[20]Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci, et superbia, ut disperdant nos, et uxores nostras, et filios nostros, et ut spolient nos:

[21]nos vero pugnabimus pro animabus nostris, et legibus nostris:

[22]et ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram: vos autem ne timueritis eos.

[23]Ut cessavit autem loqui, insiluit in eos subito: et contritus est Seron et exercitus ejus in conspectu ipsius:

[24]et persecutus est eum in descensu Bethoron usque in campum, et ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram Philisthiim.

[22] O próprio Deus os esmagará aos nossos olhos. Não os temais."

[23] E logo que cessara de falar, arrojou-se Judas com rapidez sobre os inimigos. Seron diante dele foi derrotado com seu exército.

[24] Judas o perseguiu na descida de Bet-Horon até a planície. Morreram cerca de oitocentos sírios e os restantes fugiram para a terra dos filisteus.

[25] E foi assim que se espalhou o terror de Judas e seus irmãos, e todos os povos das vizinhanças encheram-se de consternação.

[26] Sua fama chegou aos ouvidos do rei. E todas as nações comentaram os feitos heroicos de Judas.

[27] Quando o rei Antíoco soube dessas novas, encolerizou-se terrivelmente e reuniu todas as forças do reino, formando um exército poderosíssimo.

[28] Abriu o tesouro e deu ao exército o soldo de um ano com a ordem de estarem prontos para qualquer eventualidade.

[29] No entanto, viu que lhe faltava dinheiro no tesouro e que os tributos do território eram deficientes em vista das perturbações e da maldade que havia provocado, suprimindo em toda a parte as instituições em vigor desde outrora.

[30] Temeu, portanto, não poder pagar as despesas, como fizera já uma ou duas vezes, e outorgar as liberalidades, que distribuía em certo tempo com mão generosa, porque excedia em liberalidade a todos os reis, seus predecessores.

[31] Profundamente consternado, resolveu ir à Pérsia cobrar os tributos dessas regiões e recolher muito dinheiro.

[32] Deixou Lísias, pessoa de relevo, de linhagem real, para dirigir os negócios do reino, desde o rio Eufrates até as fronteiras do Egito,

[33] e ocupar-se, até sua volta, de seu filho Antíoco.

[34] Deixou-lhe a metade do exército do reino, com os elefantes e deu-lhe as instruções referentes à execução de seus planos,

[25]Et cecidit timor Judæ ac fratrum ejus, et formido super omnes gentes in circuitu eorum:

[26]et pervenit ad regem nomen ejus, et de præliis Judæ narrabant omnes gentes.

[27]Ut audivit autem rex Antiochus sermones istos, iratus est animo: et misit, et congregavit exercitum universi regni sui, castra fortia valde:

[28]et aperuit ærarium suum, et dedit stipendia exercitui in annum: et mandavit illis ut essent parati ad omnia.

[29]Et vidit quod defecit pecunia de thesauris suis, et tributa regionis modica propter dissensionem et plagam quam fecit in terra, ut tolleret legitima, quæ erant a primis diebus:

[30]et timuit ne non haberet ut semel et bis, in sumptus et donaria, quæ dederat ante larga manu: et abundaverat super reges qui ante eum fuerant.

[31]Et consternatus erat animo valde, et cogitavit ire in Persidem, et accipere tributa regionum, et congregare argentum multum.

[32]Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali, super negotia regia, a flumine Euphrate usque ad flumen Ægypti,

[33]et ut nutriret Antiochum filium suum, donec rediret.

[34]Et tradidit ei medium exercitum, et elephantos: et mandavit ei de omnibus quæ volebat, et de inhabitantibus Judæam, et Jerusalem:

[35]et ut mitteret ad eos exercitum ad conterendam et extirpandam virtutem Israël, et reliquias Jerusalem, et auferendam memoriam eorum de loco:

[36]et ut constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, et sorte distribueret terram eorum.

[37]Et rex assumpsit partem exercitus residui, et exivit ab Antiochia civitate regni sui anno centesimo et quadragesimo septimo: et transfretavit Euphraten flumen, et perambulabat superiores regiones.

especialmente no que dizia respeito aos habitantes da Judeia e de Jerusalém.

35 Devia enviar um exército contra eles para destruir e aniquilar o poderio de Israel e o que restara de Jerusalém, e apagar desses lugares até a sua lembrança.

36 Depois, devia estabelecer em todos os seus confins estrangeiros, aos quais distribuiria as terras por meio de sorte.

37 O rei tomou a outra metade do exército, partiu de Antioquia, a capital de seu reino, no ano cento e quarenta e sete. Passou o Eufrates e atravessou as terras do planalto.

38 Lísias escolheu Ptolomeu, filho de Dorímenes, Nicanor e Górgias, valorosos generais e familiares do rei.

39 Enviou com estes quarenta mil soldados de infantaria e sete mil cavaleiros, para invadirem e devastarem o país de Judá, conforme a ordem do rei.

40 Postos a caminho com todas essas tropas, chegaram à planície perto de Emaús e penetraram nela.

41 Quando os mercadores ouviram falar deles, tomaram grande quantidade de prata e ouro e se dirigiram com peias ao campo para comprar os filhos de Israel como escravos. Exércitos da Síria, bem como do estrangeiro, vieram juntar-se a eles.

42 Judas e seus irmãos viram que a situação era grave e que as forças inimigas acampavam dentro de suas fronteiras. Sabendo também como o rei havia ordenado de tratar o povo para destruí-lo e exterminá-lo,

43 disseram uns aos outros: “Levantemos nossa pátria de seu abatimento e lutemos por nosso povo e por nosso lugar santo!”.

44 Convocaram então toda a gente, a fim de se prepararem para a luta, de rezarem, de implorarem piedade e misericórdia de Deus.

45 Porquanto, Jerusalém estava desabitada e deserta: não havia um só de seus filhos que nela entrasse ou dela saísse. Seu santuário estava profanado, soldados estrangeiros ocupavam a fortaleza, gentios

38Et elegit Lysias Ptolemæum filium Dorymini, et Nicanorem, et Gorgiam, viros potentes ex amicis regis:

39et misit cum eis quadraginta millia virorum, et septem millia equitum, ut venirent in terram Juda, et disperderent eam secundum verbum regis.

40Et processerunt cum universa virtute sua, et venerunt, et applicuerunt Emmaum in terra campestri.

41Et audierunt mercatores regionum nomen eorum: et acceperunt argentum, et aurum multum valde, et pueros, et venerunt in castra ut acciperent filios Israël in servos, et additi sunt ad eos exercitus Syriæ, et terræ alienigenarum.

42Et vidit Judas et fratres ejus, quia multiplicata sunt mala, et exercitus applicabant ad fines eorum: et cognoverunt verba regis, quæ mandavit populo facere in interitum et consummationem:

43et dixerunt unusquisque ad proximum suum: Erigamus dejectionem populi nostri, et pugnemus pro populo nostro, et sanctis nostris.

44Et congregatus est conventus ut essent parati in prælium, et ut orarent et peterent misericordiam et miserationes.

45Et Jerusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum: non erat qui ingrederetur et egrederetur de natis ejus. Et sanctum conculcabatur: et filii alienigenarum erant in arce; ibi erat habitatio gentium: et ablata est voluptas a Jacob, et defecit ibi tibia et cithara.

46Et congregati sunt, et venerunt in Maspha contra Jerusalem, quia locus orationis erat in Maspha ante in Israël.

47Et jejunaverunt illa die, et induerunt se ciliciis, et cinerem imposuerunt capiti suo, et disciderunt vestimenta sua:

48et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum:

faziam ali sua habitação. Toda a alegria havia desaparecido de Jacó, e a flauta e a harpa estavam abandonadas.

46 Os israelitas se concentraram, pois, e se dirigiram a Masfa, defronte de Jerusalém, porque tinham tido outrora em Masfa, um local de oração.

47 Jejuaram naquele dia, vestiram-se com sacos, cobriram a cabeça com cinza e rasgaram suas vestes.

48 Abriram o Livro da Lei, para ler nele o que os gentios perguntavam às representações de seus falsos deuses.

49 Trouxeram os ornamentos sacerdotais, as primícias e os dízimos, e mandaram vir os nazarenos que tinham cumprido o tempo de seu voto.

50 Em seguida, sua voz se elevou com força ao céu: "O que faremos desta gente e para onde a levaremos?

51 Vosso santuário está profanado e manchado, vossos sacerdotes estão em luto e na humilhação.

52 As nações se coligaram para nos aniquilar e vós sabeis o que elas tramam contra nós.

53 Como resistir diante deles, se vós não vierdes em nosso auxílio?".

54 Então, eles soaram as trombetas e levantaram um grande clamor.

55 Depois disso, Judas nomeou chefes para grupos de mil, cem, cinquenta e dez homens.

56 E disse aos que acabavam de construir uma casa, de tomar mulher, plantar uma vinha, ou que tinham medo, que voltassem cada qual para sua casa, conforme a Lei.

57 Os israelitas se puseram então a caminho e vieram acampar ao sul de Emaús.

58 "Preparai-vos – disse-lhes Judas –, sede corajosos e estai prontos desde a manhã para o combate a essas nações que estão unidas para nos arruinar, a nós e tudo o que possuímos de sagrado.

49et attulerunt ornamenta sacerdotalia, et primitias, et decimas: et suscitaverunt Nazaræos, qui impleverant dies,

50et clamaverunt voce magna in cælum, dicentes: Quid faciemus istis, et quo eos ducemus?

51et sancta tua conculcata sunt, et contaminata sunt, et sacerdotes tui facti sunt in luctum, et in humilitatem:

52et ecce nationes convenerunt adversum nos ut nos disperdant: tu scis quæ cogitant in nos.

53Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu, Deus, adjuves nos?

54Et tubis exclamaverunt voce magna.

55Et post hæc constituit Judas duces populi, tribunos, et centuriones, et pentacontarchos, et decuriones.

56Et dixit his, qui ædificabant domos, et sponsabant uxores, et plantabant vineas, et formidolosis, ut redirent unusquisque in domum suam secundum legem.

57Et moverunt castra, et collocaverunt ad austrum Emmaum.

58Et ait Judas: Accingimini, et estote filii potentes, et estote parati in mane, ut pugnetis adversus nationes has quæ convenerunt adversus nos disperdere nos, et sancta nostra:

59quoniam melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostræ, et sanctorum.

60Sicut autem fuerit voluntas in cælo, sic fiat.

[59] Porquanto é preferível morrer no combate do que ver nosso povo perseguido e profanado nosso santuário.

[60] Que se faça somente a vontade de Deus!”

## 1 Macabeus 4

[1] Tomando consigo cinco mil soldados de infantaria e mil cavaleiros de elite, Górgias se pôs a caminho, à noite,

[2] para surpreender o acampamento dos judeus e atacá-lo de improviso. A gente da fortaleza servia-lhe de guia.

[3] Mas Judas o soube e com seus destemidos companheiros saiu para esmagar aquelas forças do rei que tinham ficado perto de Emaús,

[4] enquanto as tropas estavam espalhadas na planície.

[5] Chegou Górgias à noite ao acampamento de Judas, mas não encontrou ninguém. Pôs-se então à sua procura nas montanhas, dizendo: “Fugiram diante de nós”.

[6] Todavia, Judas apareceu na planície ao despertar do dia com três mil homens que, excetuando espadas e escudos, não estavam armados como o teriam querido.

[7] Entrementes viram eles o campo dos gentios, poderoso, fortificado de cavalaria e os próprios inimigos prontos para o combate.

[8] “Não temais seu grande número – disse Judas a seus companheiros – e não temais seu choque.

[9] Lembrai-vos como nossos pais foram salvos no mar Vermelho, quando o faraó os perseguia com seu exército.

[10] Gritemos agora para o céu para que ele se apiede de nós, que se lembre da Aliança com nossos antepassados e queira hoje esmagar esse exército aos nossos olhos.

[11] Todas as nações saberão que Israel possui um libertador e um salvador.”

[12] Erguendo os olhos, os gentios viram-nos avançar contra eles,

## Machabæorum I 4

[1]Et assumpsit Gorgias quinque millia virorum, et mille equites electos: et moverunt castra nocte,

[2]ut applicarent ad castra Judæorum, et percuterent eos subito: et filii, qui erant ex arce, erant illis duces.

[3]Et audivit Judas, et surrexit ipse et potentes percutere virtutem exercituum regis, qui erant in Emmaum:

[4]adhuc enim dispersus erat exercitus a castris.

[5]Et venit Gorgias in castra Judæ noctu, et neminem invenit: et quærebat eos in montibus, quoniam dixit: Fugiunt hi a nobis.

[6]Et cum dies factus esset, apparuit Judas in campo cum tribus millibus virorum tantum, qui tegumenta et gladios non habebant:

[7]et viderunt castra gentium valida, et loricatos et equitatus in circuitu eorum, et hi docti ad prælium.

[8]Et ait Judas viris, qui secum erant: Ne timueritis multitudinem eorum, et impetum eorum ne formidetis.

[9]Mementote qualiter salvi facti sunt patres nostri in mari Rubro, cum sequeretur eos Pharao cum exercitu multo.

[10]Et nunc clamemus in cælum: et miserebitur nostri Dominus, et memor erit testamenti patrum nostrorum, et conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie:

[11]et scient omnes gentes quia est qui redimat et liberet Israël.

[12]Et elevaverunt alienigenæ oculos suos, et viderunt eos venientes ex adverso.

[13]Et exierunt de castris in prælium, et tuba cecinerunt hi qui erant cum Juda.

[14]Et congressi sunt: et contritæ sunt gentes, et fugerunt in campum.

[13] e saíram do acampamento para a luta, enquanto os homens de Judas soavam as trombetas.

[14] Travou-se a batalha, mas os inimigos, derrotados, puseram-se em fuga através da planície.

[15] Os últimos tombaram todos sob a espada, enquanto eram perseguidos até Gazara e as planícies de Idumeia, de Azoto e de Jâmnia. E sucumbiram cerca de três mil homens.

[16] Então, Judas parou de persegui-los, voltou atrás com suas tropas pelo mesmo caminho,

[17] e disse: “Não penseis nos despojos, porque outro combate nos aguarda.

[18] Górgias está perto de nós nas montanhas, com suas forças. No momento, enfrentai os inimigos e combatei. Depois, podereis apoderar-vos de seus despojos, com toda tranquilidade”.

[19] Ainda Judas falava, quando alguns homens apareceram e olharam do alto da montanha.

[20] Viram que o exército tinha sido posto em fuga e que o acampamento se queimava porque a fumaça que se percebia indicava o que tinha acontecido.

[21] À vista disso, todos foram tomados de grande espanto e, certificando-se de que o exército de Judas se achava na planície, pronto para o combate,

[22] fugiram todos para a terra estrangeira.

[23] Judas voltou para saquear o acampamento, e seus homens apoderaram-se de muito ouro, prata, jacinto, púrpura marinha e grandes riquezas.

[24] Ao voltarem, cantavam hinos e elevavam ao céu os louvores ao Senhor, exclamando: “Ele é bom e sua misericórdia é eterna”.

[25] Naquele dia foi grande a vitória que se alcançou em Israel.

[26] Os gentios que escaparam vieram contar a Lísias o acontecido.

[27] Ele ficou consternado e abatido ouvindo-os, porque Israel não tinha sido tratado

[15]Novissimi autem omnes ceciderunt in gladio, et persecuti sunt eos usque Gezeron, et usque in campos Idumææ, et Azoti, et Jamniæ: et ceciderunt ex illis usque ad tria millia virorum.

[16]Et reversus est Judas, et exercitus ejus sequens eum.

[17]Dixitque ad populum: Non concupiscatis spolia: quia bellum contra nos est,

[25] uma vez que negligenciastes todos os meus conselhos e não destes ouvidos às minhas admoestações,

[26] também eu rirei do vosso infortúnio e zombarei, quando vos sobrevier um terror,

[27] quando vier sobre vós um pânico, como furacão; quando se abater sobre vós a calamidade, como a tempestade; e quando caírem sobre vós tribulação e angústia.

[28] Então me chamarão, mas não responderei; eles me procurarão, mas não atenderei.

[29] Porque detestam a ciência sem lhe antepor o temor do Senhor,

[30] porque repelem meus conselhos com desprezo às minhas exortações;

[31] comerão do fruto dos seus erros e se saciarão com seus planos,

[32] porque a apostasia dos tolos os mata e o desleixo dos insensatos os perde.

[33] Aquele que me escuta, porém, habitará com segurança, viverá tranquilo, sem recear dano algum."

[18]Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, et moliuntur fraudes contra animas suas.

[19]Sic semitæ omnis avari: animas possidentium rapiunt.

[20]Sapientia foris prædicat; in plateis dat vocem suam:

[21]in capite turbarum clamitat; in foribus portarum urbis profert verba sua, dicens:

[22]Usquequo, parvuli, diligitis infantiam, et stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, et imprudentes odibunt scientiam?

[23]convertimini ad correptionem meam. En proferam vobis spiritum meum, et ostendam vobis verba mea.

[24]Quia vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret:

[25]despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis.

[26]Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo cum vobis id quod timebatis advenerit.

[27]Cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit; quando venerit super vos tribulatio et angustia:

[28]tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me:

[29]eo quod exosam habuerint disciplinam, et timorem Domini non susceperint,

[30]nec acquieverint consilio meo, et detraxerint universæ correptioni meæ.

[31]Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.

[32]Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos.

[33]Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, et abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

## Provérbios 2

## Proverbia 2

[1] Meu filho, se acolheres minhas palavras e guardares com carinho meus preceitos,

[2] ouvindo com atenção a sabedoria e inclinando teu coração para o entendimento;

[3] se tu apelares à penetração, se invocares a inteligência,

[4] buscando-a como se procura a prata; se a pesquisares como um tesouro,

[5] então compreenderás o temor do Senhor, e descobrirás o conhecimento de Deus,

[6] porque o Senhor é quem dá a sabedoria, e de sua boca é que procedem a ciência e a prudência.

[7] Ele reserva para os retos a salvação e é um escudo para os que caminham com integridade;

[8] protege as sendas da retidão e guarda o caminho de seus fiéis.

[9] Então, compreenderás a justiça e a equidade, a retidão e todos os caminhos que conduzem ao bem.

[10] Quando a sabedoria penetrar em teu coração e o saber deleitar a tua alma,

[11] a reflexão velará sobre ti, ela te amparará a razão,

[12] para preservar-te do mau caminho, do homem de conversas tortuosas,

[13] que abandona o caminho reto para percorrer caminhos tenebrosos;

[14] que se compraz em praticar o mal e se alegra com a maldade;

[15] do homem cujos caminhos são tortuosos e os trilhos sinuosos.

[16] Ela te preservará da mulher alheia, da estranha que emprega palavras lisonjeiras,

[17] que abandona o esposo de sua juventude e se esquece da aliança de seu Deus.

[18] Sua casa declina para a morte, seu caminho leva aos lugares sombrios;

[19] não retornam os que a buscam, nem encontram as veredas da vida.

[20] Assim tu caminharás pela estrada dos bons e seguirás as pegadas dos justos,

[1]Fili mi, si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderis penes te:

[2]ut audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.

[3]Si enim sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiæ;

[4]si quæsieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam:

[5]tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies,

[6]quia Dominus dat sapientiam, et ex ore ejus prudentia et scientia.

[7]Custodiet rectorum salutem, et proteget gradientes simpliciter,

[8]servans semitas justitiæ, et vias sanctorum custodiens.

[9]Tunc intelliges justitiam, et judicium, et æquitatem, et omnem semitam bonam.

[10]Si intraverit sapientia cor tuum, et scientia animæ tuæ placuerit,

[11]consilium custodiet te, et prudentia servabit te:

[12]ut eruaris a via mala, et ab homine qui perversa loquitur;

[13]qui relinquunt iter rectum, et ambulant per vias tenebrosas;

[14]qui lætantur cum malefecerint, et exsultant in rebus pessimis;

[15]quorum viæ perversæ sunt, et infames gressus eorum.

[16]Ut eruaris a muliere aliena, et ab extranea quæ mollit sermones suos,

[17]et relinquit ducem pubertatis suæ,

[18]et pacti Dei sui oblita est. Inclinata est enim ad mortem domus ejus, et ad inferos semitæ ipsius.

[19]Omnes qui ingrediuntur ad eam non revertentur, nec apprehendent semitas vitæ.

[20]Ut ambules in via bona, et calles justorum custodias:

[21]qui enim recti sunt habitabunt in terra, et simplices permanebunt in ea;

21 porque os homens retos habitarão a terra, e os homens íntegros nela permanecerão,

22 enquanto os maus serão arrancados da terra e os pérfidos dela serão exterminados.

## Provérbios 3

1 Meu filho, não te esqueças de meu ensinamento e guarda meus preceitos em teu coração

2 porque, com longos dias e anos de vida, eles te assegurarão a felicidade.

3 Oxalá a bondade e a fidelidade não se afastem de ti! Ata-as ao teu pescoço, grava-as em teu coração!

4 Assim obterás graça e reputação aos olhos de Deus e dos homens.

5 Que teu coração deposite toda a sua confiança no Senhor! Não te firmes em tua própria sabedoria!

6 Sejam quais forem os teus caminhos, pensa nele, e ele aplainará tuas sendas.

7 Não sejas sábio aos teus próprios olhos, teme ao Senhor e afasta-te do mal.

8 Isto será saúde para teu corpo e refrigério para teus ossos.

9 Honra ao Senhor com teus haveres, e com as primícias de todas as tuas colheitas.

10 Então, teus celeiros se abarrotarão de trigo e teus lagares transbordarão de vinho.

11 Meu filho, não desprezes a correção do Senhor, nem te espantes de que ele te repreenda,

12 porque o Senhor castiga aquele a quem ama, e pune o filho a quem muito estima.

13 Feliz do homem que encontrou a sabedoria, daquele que adquiriu a inteligência,

14 porque mais vale este lucro que o da prata, e o fruto que se obtém é melhor que o fino ouro.

15 Ela é mais preciosa que as pérolas, joia alguma a pode igualar.

22impii vero de terra perdentur, et qui inique agunt auferentur ex ea.

## Proverbia 3

1Fili mi, ne obliviscaris legis meæ, et præcepta mea cor tuum custodiat:

2longitudinem enim dierum, et annos vitæ, et pacem, apponent tibi.

3Misericordia et veritas te non deserant; circumda eas gutturi tuo, et describe in tabulis cordis tui:

4et invenies gratiam, et disciplinam bonam, coram Deo et hominibus.

5Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuæ.

6In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.

7Ne sis sapiens apud temetipsum; time Deum, et recede a malo:

8sanitas quippe erit umbilico tuo, et irrigatio ossium tuorum.

9Honora Dominum de tua substantia, et de primitiis omnium frugum tuarum da ei:

10et implebuntur horrea tua saturitate, et vino torcularia tua redundabunt.

11Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias, nec deficias cum ab eo corriperis:

12quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater in filio complacet sibi.

13Beatus homo qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia.

14Melior est acquisitio ejus negotiatione argenti, et auri primi et purissimi fructus ejus.

15Pretiosior est cunctis opibus, et omnia quæ desiderantur huic non valent comparari.

16Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius divitiæ et gloria.

17Viæ ejus viæ pulchræ, et omnes semitæ illius pacificæ.

[16] Na mão direita ela sustenta uma longa vida; na esquerda, riqueza e glória.

[17] Seus caminhos estão semeados de delícias. Suas veredas são pacíficas.

[18] É uma árvore de vida para aqueles que lançarem mãos dela. Quem a ela se apega é um homem feliz.

[19] Foi pela sabedoria que o Senhor criou a terra, foi com inteligência que ele formou os céus.

[20] Foi pela ciência que se fenderam os abismos, por ela as nuvens destilam o orvalho.

[21] Meu filho, guarda a sabedoria e a reflexão, não as percas de vista.

[22] Elas serão a vida de tua alma e um adorno para teu pescoço.

[23] Então caminharás com segurança, sem que o teu pé tropece.

[24] Se te deitares, não terás medo. Uma vez deitado, teu sono será doce.

[25] Não terás a recear nem terrores repentinos, nem a tempestade que cai sobre os ímpios,

[26] porque o Senhor é tua segurança e preservará teu pé de toda cilada.

[27] Não negues um benefício a quem o solicita, quando está em teu poder conceder-lho.

[28] Não digas ao teu próximo: "Vai, volta depois! Eu te darei amanhã", quando dispões de meios.

[29] Não maquines o mal contra teu vizinho, quando ele habita com toda a confiança perto de ti.

[30] Não litigues com alguém sem ter motivo, se esse alguém não te fez mal algum.

[31] Não invejes o homem violento, nem adotes o seu procedimento,

[32] porque o Senhor detesta o que procede mal, mas reserva sua intimidade para os homens retos.

[18]Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, et qui tenuerit eam beatus.

[19]Dominus sapientia fundavit terram; stabilivit cælos prudentia.

[20]Sapientia illius eruperunt abyssi, et nubes rore concrescunt.

[21]Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem atque consilium,

[22]et erit vita animæ tuæ, et gratia faucibus tuis.

[23]Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget.

[24]Si dormieris, non timebis; quiesces, et suavis erit somnus tuus.

[25]Ne paveas repentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum.

[26]Dominus enim erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum, ne capiaris.

[27]Noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales, et ipse benefac.

[28]Ne dicas amico tuo: Vade, et revertere: cras dabo tibi: cum statim possis dare.

[29]Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.

[30]Ne contendas adversus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit.

[31]Ne æmuleris hominem injustum, nec imiteris vias ejus:

[32]quia abominatio Domini est omnis illusor, et cum simplicibus sermocinatio ejus.

[33]Egestas a Domino in domo impii; habitacula autem justorum benedicentur.

[34]Ipse deludet illusores, et mansuetis dabit gratiam.

[35]Gloriam sapientes possidebunt; stultorum exaltatio ignominia.

[33] Sobre a casa do ímpio pesa a maldição divina, a bênção do Senhor repousa sobre a habitação do justo.

[34] Se ele escarnece dos zombadores, concede a graça aos humildes.

[35] A glória será o prêmio do sábio, a ignomínia será a herança dos insensatos.

## Provérbios 4

[1] Ouvi, filhos meus, a instrução de um pai; sede atentos, para adquirir a inteligência,

[2] porque é sã a doutrina que eu vos dou; não abandoneis o meu ensino.

[3] Fui um verdadeiro filho para meu pai, terno e amado junto de minha mãe.

[4] Deu-me ele este conselho: "Que teu coração retenha minhas palavras; guarda meus preceitos e viverás.

[5] Adquire sabedoria, adquire perspicácia, não te esqueças de nada, não te desvies de meus conselhos.

[6] Não abandones a sabedoria, ela te guardará; ama-a, ela te protegerá.

[7] Eis o princípio da sabedoria: adquire a sabedoria. Adquire a inteligência em troca de tudo o que possuis.

[8] Tem-na em grande estima, ela te exaltará, ela te glorificará quando a abraçares,

[9] colocará sobre tua fronte uma graciosa coroa, ela te outorgará um magnífico diadema".

[10] Ouve, meu filho, recebe minhas palavras e se multiplicarão os anos de tua vida.

[11] É o caminho da sabedoria que te mostro, é pela senda da retidão que eu te guiarei.

[12] Se nela caminhares, teus passos não serão dificultosos; se correres, não tropeçarás.

[13] Aferra-te à instrução, não a soltes, guarda-a, porque ela é tua vida.

[14] Na estrada dos ímpios não te embrenhes, não sigas pelo caminho dos maus.

[15] Evita-o, não passes por ele, desvia-te e toma outro,

## Proverbia 4

[1]Audite, filii, disciplinam patris, et attendite ut sciatis prudentiam.

[2]Donum bonum tribuam vobis: legem meam ne derelinquatis.

[3]Nam et ego filius fui patris mei, tenellus et unigenitus coram matre mea.

[4]Et docebat me, atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum; custodi præcepta mea, et vives.

[5]Posside sapientiam, posside prudentiam: ne obliviscaris, neque declines a verbis oris mei.

[6]Ne dimittas eam, et custodiet te: dilige eam, et conservabit te.

[7]Principium sapientiæ: posside sapientiam, et in omni possessione tua acquire prudentiam.

[8]Arripe illam, et exaltabit te; glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus.

[9]Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te.

[10]Audi, fili mi, et suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitæ.

[11]Viam sapientiæ monstrabo tibi; ducam te per semitas æquitatis:

[12]quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum.

[13]Tene disciplinam, ne dimittas eam; custodi illam, quia ipsa est vita tua.

[14]Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via.

[15]Fuge ab ea, nec transeas per illam; declina, et desere eam.

[16] porque eles não dormiriam sem antes haverem praticado o mal, não conciliariam o sono se não tivessem feito cair alguém,

[17] tanto mais que a maldade é o pão que comem, e a violência, o vinho que bebem.

[18] Mas a vereda dos justos é como a aurora, cujo brilho cresce até o dia pleno.

[19] A estrada dos iníquos é tenebrosa, não percebem aquilo em que hão de tropeçar.

[20] Meu filho, ouve as minhas palavras, inclina teu ouvido aos meus discursos.

[21] Que eles não se afastem dos teus olhos, conserva-os no íntimo do teu coração,

[22] pois são vida para aqueles que os encontram, saúde para todo corpo.

[23] Guarda teu coração acima de todas as outras coisas, porque dele brotam todas as fontes da vida.

[24] Preserva tua boca da malignidade, longe de teus lábios a falsidade!

[25] Que teus olhos vejam de frente e que tua vista perceba o que há diante de ti!

[26] Examina os caminhos onde colocas os pés e que sejam sempre retos!

[27] Não te desvies nem para a direita nem para a esquerda, e retira teu pé do mal.

[16]Non enim dormiunt nisi malefecerint, et rapitur somnus ab eis nisi supplantaverint.

[17]Comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis bibunt.

[18]Justorum autem semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem.

[19]Via impiorum tenebrosa; nesciunt ubi corruant.

[20]Fili mi, ausculta sermones meos, et ad eloquia mea inclina aurem tuam.

[21]Ne recedant ab oculis tuis: custodi ea in medio cordis tui:

[22]vita enim sunt invenientibus ea, et universæ carni sanitas.

[23]Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit.

[24]Remove a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te.

[25]Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.

[26]Dirige semitam pedibus tuis, et omnes viæ tuæ stabilientur.

[27]Ne declines ad dexteram neque ad sinistram; averte pedem tuum a malo: vias enim quæ a dextris sunt novit Dominus: perversæ vero sunt quæ a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet.

## Provérbios 5

[1] Meu filho, atende à minha sabedoria, presta atenção à minha razão,

[2] a fim de conservares o sentido das coisas e guardares a ciência em teus lábios.

[3] Porque os lábios da mulher alheia destilam o mel; seu paladar é mais oleoso que o azeite.

[4] No fim, porém, é amarga como o absinto, aguda como a espada de dois gumes.

[5] Seus pés se encaminham para a morte, seus passos atingem a região dos mortos.

## Proverbia 5

[1]Fili mi, attende ad sapientiam meam, et prudentiæ meæ inclina aurem tuam:

[2]ut custodias cogitationes, et disciplinam labia tua conservent. Ne attendas fallaciæ mulieris;

[3]favus enim distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur ejus:

[4]novissima autem illius amara quasi absinthium, et acuta quasi gladius biceps.

[5]Pedes ejus descendunt in mortem, et ad inferos gressus illius penetrant.

[6]Per semitam vitæ non ambulant; vagi sunt gressus ejus et investigabiles.

[6] Longe de andarem pela vereda da vida, seus passos se extraviam, sem saber para onde.

[7] Escutai-me, pois, meus filhos, não vos aparteis das palavras de minha boca.

[8] Afasta dela teu caminho, não te aproximes da porta de sua casa,

[9] para que não seja entregue a outros tua fortuna e tua vida a um homem cruel;

[10] para que estranhos não se fartem de teus haveres e o fruto de teu trabalho não passe para a casa alheia;

[11] para que não gemas no fim, quando forem consumidas tuas carnes e teu corpo

[12] e tiveres que dizer: “Por que odiei a disciplina, e meu coração desdenhou a correção?

[13] Por que não ouvi a voz de meus mestres, nem dei ouvido aos meus educadores?

[14] Por pouco eu chegaria ao cúmulo da desgraça no meio da assembleia do povo”.

[15] Bebe a água do teu poço e das correntes de tua cisterna.

[16] Tuas fontes se derramarão por fora e teus arroios nas ruas?

[17] Sejam eles só para ti, sem que os estranhos neles tomem parte.

[18] Seja bendita a tua fonte! Regozija-te com a mulher de tua juventude,

[19] corça de amor, serva encantadora. Que sejas sempre embriagado com seus encantos e que seus amores te embriaguem sem cessar!

[20] Por que hás de te enamorar de uma alheia e abraçar o seio de uma estranha?

[21] Pois o Senhor olha os caminhos dos homens e observa todas as suas veredas.

[22] O homem será preso por suas próprias faltas e ligado com as cadeias de seu pecado.

[23] Perecerá por falta de correção e se desviará pelo excesso de sua loucura.

## Provérbios 6

[7]Nunc ergo fili mi, audi me, et ne recedas a verbis oris mei.

[8]Longe fac ab ea viam tuam, et ne appropinques foribus domus ejus.

[9]Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli:

[10]ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena,

[11]et gemas in novissimis, quando consumpseris carnes tuas et corpus tuum, et dicas:

[12]Cur detestatus sum disciplinam, et increpationibus non acquievit cor meum,

[13]nec audivi vocem docentium me, et magistris non inclinavi aurem meam?

[14]pene fui in omni malo, in medio ecclesiæ et synagogæ.

[15]Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui;

[16]deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide.

[17]Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.

[18]Sit vena tua benedicta, et lætare cum muliere adolescentiæ tuæ.

[19]Cerva carissima, et gratissimus hinnulus: ubera ejus inebrient te in omni tempore; in amore ejus delectare jugiter.

[20]Quare seduceris, fili mi, ab aliena, et foveris in sinu alterius?

[21]Respicit Dominus vias hominis, et omnes gressus ejus considerat.

[22]Iniquitates suas capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur.

[23]Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, et in multitudine stultitiæ suæ decipietur.

## Proverbia 6

[1] Meu filho, se ficaste por fiador do teu próximo, se estendeste a mão a um estranho,

[2] se te ligaste com as palavras de teus lábios, se ficaste cativo com a tua própria linguagem,

[3] faze, pois, meu filho, o que te digo: livra-te, pois caíste nas mãos do teu próximo; vai, apressa-te, solicita-o com instância,

[4] não concedas sono aos teus olhos, nem repouso às tuas pálpebras.

[5] Salva-te como a gazela do caçador, e como o pássaro das mãos do que arma laços.

[6] Vai, ó preguiçoso, ter com a formiga, observa seu proceder e torna-te sábio:

[7] ela não tem chefe, nem inspetor, nem mestre;

[8] prepara no verão sua provisão, apanha no tempo da ceifa sua comida.

[9] Até quando, ó preguiçoso, dormirás? Quando te levantarás de teu sono?

[10] Um pouco para dormir, outro pouco para dormitar, outro pouco para cruzar as mãos no seu leito,

[11] e a indigência virá sobre ti como um ladrão; a pobreza, como um homem armado.

[12] É um homem perverso, um iníquo aquele que caminha com falsidade na boca;

[13] pisca os olhos, bate com o pé, faz sinais com os dedos;

[14] só há perversidade em seu coração: não cessa de maquinar o mal, e de semear questões.

[15] Por isso, repentinamente, virá sua ruína, de improviso ficará irremediavelmente quebrantado.

[16] Seis coisas há que o Senhor odeia e uma sétima que lhe é uma abominação:

[17] olhos altivos, língua mentirosa, mãos que derramam sangue inocente,

[18] um coração que maquina projetos perversos, pés pressurosos em correr ao mal,

[1]Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam:

[2]illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus.

[3]Fac ergo quod dico, fili mi, et temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum.

[4]Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.

[5]Eruere quasi damula de manu, et quasi avis de manu aucupis.

[6]Vade ad formicam, o piger, et considera vias ejus, et disce sapientiam.

[7]Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem,

[8]parat in æstate cibum sibi, et congregat in messe quod comedat.

[9]Usquequo, piger, dormies? quando consurges e somno tuo?

[10]Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus ut dormias;

[11]et veniet tibi quasi viator egestas, et pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet ut fons messis tua, et egestas longe fugiet a te.

[12]Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso;

[13]annuit oculis, terit pede, digito loquitur,

[14]pravo corde machinatur malum, et omni tempore jurgia seminat.

[15]Huic extemplo veniet perditio sua, et subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.

[16]Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus:

[17]oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem,

[18]cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum,

[19]proferentem mendacia testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.

[20]Conserva, fili mi, præcepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ.

19 um falso testemunho que profere mentiras e aquele que semeia discórdias entre irmãos.

20 Guarda, filho meu, os preceitos de teu pai, não desprezes o ensinamento de tua mãe.

21 Traze-os constantemente ligados ao teu coração e presos ao teu pescoço.

22 Eles te servirão de guia ao caminhares, de guarda ao dormires e falarão contigo ao despertares,

23 porque o preceito é uma tocha, o ensinamento é uma luz, a correção e a disciplina são o caminho da vida,

24 para te preservar da mulher corrupta e da língua lisonjeira da estranha.

25 Não cobices sua formosura em teu coração, não te deixes prender por seus olhares;

26 por uma meretriz o homem se reduz a um pedaço de pão, e a mulher adúltera arrebata a vida preciosa do homem.

27 Porventura pode alguém esconder fogo em seu seio sem que suas vestes se inflamem?

28 Pode caminhar sobre brasas sem que seus pés se queimem?

29 Assim o que vai para junto da mulher do seu próximo não ficará impune depois de a tocar.

30 Não se despreza o ladrão que furta para satisfazer seu apetite, quando tem fome;

31 se for preso, restituirá sete vezes mais e entregará todos os bens de sua casa.

32 Quem comete adultério carece de senso, é por sua própria culpa que um homem assim procede.

33 Só encontrará infâmia e ignomínia e seu opróbrio não se apagará,

34 porque o marido, furioso e ciumento, não perdoará no dia da vingança,

35 não se aplacará por resgate algum, nem aceitará nada, se multiplicares os presentes.

## Provérbios 7

21Liga ea in corde tuo jugiter, et circumda gutturi tuo.

22Cum ambulaveris, gradiantur tecum; cum dormieris, custodiant te: et evigilans loquere cum eis.

23Quia mandatum lucerna est, et lex lux, et via vitæ increpatio disciplinæ:

24ut custodiant te a muliere mala, et a blanda lingua extraneæ.

25Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius:

26pretium enim scorti vix est unius panis, mulier autem viri pretiosam animam capit.

27Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant?

28aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus?

29sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam.

30Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit: furatur enim ut esurientem impleat animam;

31deprehensus quoque reddet septuplum, et omnem substantiam domus suæ tradet.

32Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam;

33turpitudinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium illius non delebitur:

34quia zelus et furor viri non parcet in die vindictæ,

35nec acquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

## Proverbia 7

[1] Meu filho, guarda minhas palavras, conserva contigo meus preceitos. Observa meus mandamentos e viverás.

[2] Guarda meus ensinamentos como a pupila de teus olhos.

[3] Traze-os ligados aos teus dedos, grava-os em teu coração.

[4] Dize à sabedoria: "Tu és minha irmã", e chama à inteligência "minha amiga",

[5] para que elas te guardem da mulher alheia, da estranha que tem palavras lúbricas.

[6] Estava eu atrás da janela de minha casa, olhava por entre as grades.

[7] Vi entre os imprudentes, entre os jovens, um adolescente incauto:

[8] passava ele na rua perto da morada de uma dessas mulheres e entrava na casa dela.

[9] Era ao anoitecer, na hora em que surge a obscuridade da noite.

[10] Eis que uma mulher sai-lhe ao encontro, ornada como uma prostituta e o coração dissimulado.

[11] Inquieta e impaciente, seus pés não podem parar em casa;

[12] umas vezes na rua, outras na praça, em todos os cantos ela está de emboscada.

[13] Abraça o jovem e o beija, e com um semblante descarado diz-lhe:

[14] "Tinha que oferecer sacrifícios pacíficos; hoje cumpri meu voto.

[15] Por isso, saí ao teu encontro para te procurar! E achei-te!

[16] Ornei minha cama com tapetes, com estofos recamados de rendas do Egito.

[17] Perfumei meu leito com mirra, com aloés e cinamomo.

[18] Vem! Embriaguemo-nos de amor até o amanhecer, desfrutemos as delícias da voluptuosidade,

[19] pois o marido não está em casa: partiu para uma longa viagem,

[20] levou consigo uma bolsa cheia de dinheiro e só voltará lá pela lua cheia".

[1]Fili mi, custodi sermones meos, et præcepta mea reconde tibi. Fili,

[2]serva mandata mea, et vives; et legem meam quasi pupillam oculi tui:

[3]liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui.

[4]Dic sapientiæ: Soror mea es, et prudentiam voca amicam tuam:

[5]ut custodiant te a muliere extranea, et ab aliena quæ verba sua dulcia facit.

[6]De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi,

[7]et video parvulos; considero vecordem juvenem,

[8]qui transit per plateam juxta angulum et prope viam domus illius graditur:

[9]in obscuro, advesperascente die, in noctis tenebris et caligine.

[10]Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas: garrula et vaga,

[11]quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis;

[12]nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos insidians.

[13]Apprehensumque deosculatur juvenem, et procaci vultu blanditur, dicens:

[14]Victimas pro salute vovi; hodie reddidi vota mea:

[15]idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, et reperi.

[16]Intexui funibus lectulum meum; stravi tapetibus pictis ex Ægypto:

[17]aspersi cubile meum myrrha, et aloë, et cinnamomo.

[18]Veni, inebriemur uberibus, et fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies.

[19]Non est enim vir in domo sua: abiit via longissima:

[20]sacculum pecuniæ secum tulit; in die plenæ lunæ reversurus est in domum suam.

[21]Irretivit eum multis sermonibus, et blanditiis labiorum protraxit illum.

[21] Seduziu-o à força de palavras e arrastou-o com as lisonjas de seus lábios.

[22] Põe-se ele logo a segui-la, como um boi que é levado ao matadouro, como um cervo que se lança nas redes,

[23] até que uma flecha lhe traspassa o fígado, como o pássaro que se precipita para o laço sem saber que se trata de um perigo para sua vida.

[24] E agora, meus filhos, ouvi-me, prestai atenção às minhas palavras.

[25] Que vosso coração não se deixe arrastar para seguir essa mulher, nem vos extravieis em suas veredas,

[26] porque numerosos são os feridos por ela e considerável é a multidão de suas vítimas.

[27] Sua casa é o caminho da região dos mortos, que conduz às entranhas da morte.

[22]Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, et quasi agnus lasciviens, et ignorans quod ad vincula stultus trahatur:

[23]donec transfigat sagitta jecur ejus, velut si avis festinet ad laqueum, et nescit quod de periculo animæ illius agitur.

[24]Nunc ergo, fili mi, audi me, et attende verbis oris mei.

[25]Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris semitis ejus;

[26]multos enim vulneratos dejecit, et fortissimi quique interfecti sunt ab ea.

[27]Viæ inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis.

## Provérbios 8

[1] Porventura não clama a Sabedoria e a inteligência não eleva a sua voz?

[2] No cume das montanhas posta-se ela, e nas encruzilhadas dos caminhos.

[3] Alça sua voz na entrada das torres, junto às portas, nas proximidades da cidade.

[4] "É a vós, ó homens, que eu apelo; minha voz se dirige aos filhos dos homens.

[5] Ó simples, aprendei a prudência, adquiri a inteligência, ó insensatos.

[6] Prestai atenção, pois! Coisas magníficas vos anuncio, de meus lábios só sairá retidão,

[7] porque minha boca proclama a verdade e meus lábios detestam a iniquidade.

[8] Todas as palavras de minha boca são justas, nelas nada há de falso nem de tortuoso.

[9] São claras para os que as entendem e retas para o que chegou à ciência.

[10] Recebei a instrução e não o dinheiro. Preferi a ciência ao fino ouro,

[11] pois a Sabedoria vale mais que as pérolas e joia alguma a pode igualar.

## Proverbia 8

[1]Numquid non sapientia clamitat, et prudentia dat vocem suam?

[2]In summis excelsisque verticibus supra viam, in mediis semitis stans,

[3]juxta portas civitatis, in ipsis foribus loquitur, dicens:

[4]O viri, ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum.

[5]Intelligite, parvuli, astutiam, et insipientes, animadvertite.

[6]Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum, et aperientur labia mea ut recta prædicent.

[7]Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium.

[8]Justi sunt omnes sermones mei: non est in eis pravum quid, neque perversum;

[9]recti sunt intelligentibus, et æqui invenientibus scientiam.

[10]Accipite disciplinam meam, et non pecuniam; doctrinam magis quam aurum eligite:

[12] Eu, a Sabedoria, sou amiga da prudência, possuo uma ciência profunda.

[13] O temor do Senhor é o ódio ao mal. Orgulho, arrogância, caminho perverso, boca mentirosa: eis o que eu detesto.

[14] Meu é o conselho e o bom êxito, minha a inteligência, minha a força.

[15] Por mim reinam os reis e os legisladores decretam a justiça;

[16] por mim governam os magistrados e os magnatas regem a terra.

[17] Amo os que me amam. Quem me procura, encontra-me.

[18] Comigo estão a riqueza e a glória, os bens duráveis e a justiça.

[19] Mais precioso que o mais fino ouro é o meu fruto, meu produto tem mais valor que a mais fina prata.

[20] Sigo o caminho da justiça, no meio da senda da equidade.

[21] Deixo os meus haveres para os que me amam e acumulo seus tesouros.

[22] O Senhor me criou, como primícia de suas obras, desde o princípio, antes do começo da terra.

[23] Desde a eternidade fui formada, antes de suas obras dos tempos antigos.

[24] Ainda não havia abismo quando fui concebida, e ainda as fontes das águas não tinham brotado.

[25] Antes que assentados fossem os montes, antes dos outeiros, fui dada à luz;

[26] antes que fossem feitos a terra e os campos e os primeiros elementos da poeira do mundo.

[27] Quando ele preparava os céus, ali estava eu; quando traçou o horizonte na superfície do abismo,

[28] quando firmou as nuvens no alto, quando dominou as fontes do abismo,

[29] quando impôs regras ao mar, para que suas águas não transpusessem os limites, quando assentou os fundamentos da terra,

[11]melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis, et omne desiderabile ei non potest comparari.

[12]Ego sapientia, habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus.

[13]Timor Domini odit malum: arrogantiam, et superbiam, et viam pravam, et os bilingue, detestor.

[14]Meum est consilium et æquitas; mea est prudentia, mea est fortitudo.

[15]Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt;

[16]per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam.

[17]Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilant ad me, invenient me.

[18]Mecum sunt divitiæ et gloria, opes superbæ et justitia.

[19]Melior est enim fructus meus auro et lapide pretioso, et genimina mea argento electo.

[20]In viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii:

[21]ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam.

[22]Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret a principio.

[23]Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret.

[24]Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant,

[25]necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar.

[26]Adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terræ.

[27]Quando præparabat cælos, aderam; quando certa lege et gyro vallabat abyssos;

[28]quando æthera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum;

[29]quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos; quando appendebat fundamenta terræ:

[30] junto a ele estava eu como artífice, brincando todo o tempo diante dele,

[31] brincando sobre o globo de sua terra, achando as minhas delícias junto aos filhos dos homens.

[32] E agora, meus filhos, escutai-me: felizes aqueles que guardam os meus caminhos.

[33] Ouvi minha instrução para serdes sábios, não a rejeiteis.

[34] Feliz o homem que me ouve e que vela todos os dias à minha porta e guarda os umbrais de minha casa!

[35] Pois quem me acha encontra a vida e alcança o favor do Senhor.

[36] Mas quem me ofende, prejudica-se a si mesmo; quem me odeia, ama a morte.”

[30]cum eo eram, cuncta componens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore,

[31]ludens in orbe terrarum; et deliciæ meæ esse cum filiis hominum.

[32]Nunc ergo, filii, audite me: beati qui custodiunt vias meas.

[33]Audite disciplinam, et estote sapientes, et nolite abjicere eam.

[34]Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei.

[35]Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.

[36]Qui autem in me peccaverit, lædet animam suam; omnes qui me oderunt diligunt mortem.

## Provérbios 9

[1] A Sabedoria edificou sua casa, talhou sete colunas.

[2] Matou seus animais, preparou seu vinho e dispôs a mesa.

[3] Enviou servas, para que anunciassem nos pontos mais elevados da cidade:

[4] “Quem for simples apresente-se!”. Aos insensatos ela disse:

[5] “Vinde comer o meu pão e beber o vinho que preparei.

[6] Deixai a insensatez e vivereis; andai direito no caminho da inteligência!”.

[7] Quem censura um mofador, atrai sobre si a zombaria; o que repreende o ímpio, arrisca-se a uma afronta.

[8] Não repreendas o mofador, pois ele te odiará. Repreende o sábio e ele te amará.

[9] Dá ao sábio: ele se tornará mais sábio ainda, ensina ao justo e seu saber aumentará.

[10] O temor do Senhor é o princípio da Sabedoria, e o conhecimento do Santo é a inteligência,

[11] porque por mim se multiplicarão teus dias e anos de vida te serão acrescentados.

## Proverbia 9

[1]Sapientia ædificavit sibi domum: excidit columnas septem.

[2]Immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam.

[3]Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem et ad mœnia civitatis.

[4]Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est:

[5]Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis.

[6]Relinquite infantiam, et vivite, et ambulate per vias prudentiæ.

[7]Qui erudit derisorem, ipse injuriam sibi facit, et qui arguit impium, sibi maculam generat.

[8]Noli arguere derisorem, ne oderit te: argue sapientem, et diliget te.

[9]Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia; doce justum, et festinabit accipere.

[10]Principium sapientiæ timor Domini, et scientia sanctorum prudentia.

[11]Per me enim multiplicabuntur dies tui, et addentur tibi anni vitæ.

12 Se tu és sábio, é para teu bem que o és, mas se tu és um “soberbo”, só tu sofrerás as consequências.

13 A senhora Loucura é irrequieta, uma tola que não sabe nada.

14 Ela se assenta à porta de sua casa, numa cadeira, nos pontos mais altos da cidade,

15 para convidar os viandantes que seguem direito seu caminho.

16 “Quem for simples venha para cá!” Aos insensatos, ela diz:

17 “As águas furtivas são mais doces e o pão tomado às escondidas é mais delicioso”.

18 Ignora ele que ali há sombras e que os convidados da senhora Loucura jazem nas profundezas da região dos mortos.

12Si sapiens fueris, tibimetipsi eris; si autem illusor, solus portabis malum.

13Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris, et nihil omnino sciens,

14sedit in foribus domus suæ, super sellam in excelso urbis loco,

15ut vocaret transeuntes per viam, et pergentes itinere suo:

16Qui est parvulus declinet ad me. Et vecordi locuta est:

17Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior.

18Et ignoravit quod ibi sint gigantes, et in profundis inferni convivæ ejus.

## Provérbios 10

1 O filho sábio é a alegria de seu pai; o insensato, porém, a aflição de sua mãe.

2 Tesouros mal adquiridos de nada servem, mas a justiça livra da morte.

3 O Senhor não deixa o justo passar fome, mas repele a cobiça do ímpio.

4 A mão preguiçosa causa a indigência; a mão diligente se enriquece.

5 Quem recolhe no verão é um filho prudente; quem dorme na ceifa merece a vergonha.

6 As bênçãos descansam sobre a cabeça do justo, mas a boca dos maus oculta a injustiça.

7 A memória do justo alcança as bênçãos; o nome dos ímpios apodrecerá.

8 O sábio de coração recebe os preceitos, mas o insensato caminha para a ruína.

9 Quem anda na integridade caminha com segurança, mas quem emprega astúcias será descoberto.

10 Quem pisca os olhos traz desgosto, mas o que repreende com franqueza procura a paz.

11 A boca do justo é uma fonte de vida; a do ímpio, porém, esconde injustiça.

## Proverbia 10

1Filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus mœstitia est matris suæ.

2Nil proderunt thesauri impietatis, justitia vero liberabit a morte.

3Non affliget Dominus fame animam justi, et insidias impiorum subvertet.

4Egestatem operata est manus remissa; manus autem fortium divitias parat. Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos; idem autem ipse sequitur aves volantes.

5Qui congregat in messe, filius sapiens est; qui autem stertit æstate, filius confusionis.

6Benedictio Domini super caput justi; os autem impiorum operit iniquitas.

7Memoria justi cum laudibus, et nomen impiorum putrescet.

8Sapiens corde præcepta suscipit; stultus cæditur labiis.

9Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter; qui autem depravat vias suas manifestus erit.

10Qui annuit oculo dabit dolorem; et stultus labiis verberabitur.

11Vena vitæ os justi, et os impiorum operit iniquitatem.

[12] O ódio desperta rixas; a caridade, porém, supre todas as faltas.

[13] Nos lábios do sábio encontra-se a sabedoria; no dorso do insensato a correção.

[14] Os sábios entesouram a sabedoria, mas a boca do tolo é uma desgraça sempre ameaçadora.

[15] A fortuna do rico é a sua cidade forte; a pobreza dos indigentes ocasiona-lhes ruína.

[16] O salário do justo é para a vida; o fruto do ímpio produz o pecado.

[17] O que observa a disciplina está no caminho da vida; anda errado o que esquece a repressão.

[18] Quem dissimula o ódio é um mistificador; um insensato o que profere calúnias.

[19] Não pode faltar o pecado num caudal de palavras; quem modera os lábios é um homem prudente.

[20] A língua do justo é prata finíssima; o coração dos maus, porém, para nada serve.

[21] Os lábios dos justos nutrem a muitos; mas os néscios perecem por falta de inteligência.

[22] É a bênção do Senhor que enriquece; o labor nada acrescenta a ela.

[23] É um divertimento para o ímpio praticar o mal; e para o sensato, ser sábio.

[24] O que receia o mal, este cai sobre ele. O desejo do justo lhe é concedido.

[25] Quando passa a tormenta, desaparece o perverso, mas o justo descansa sobre fundamentos duráveis.

[26] Como o vinagre nos dentes e a fumaça nos olhos, assim é o preguiçoso para os que o mandam.

[27] O temor do Senhor prolonga os dias, mas os anos dos ímpios serão abreviados.

[28] A expectativa dos justos causa alegria; a esperança dos ímpios, porém, perecerá.

[29] Para o homem íntegro o Senhor é uma fortaleza, mas é a ruína dos que fazem o mal.

[12]Odium suscitat rixas, et universa delicta operit caritas.

[13]In labiis sapientis invenitur sapientia, et virga in dorso ejus qui indiget corde.

[14]Sapientes abscondunt scientiam; os autem stulti confusioni proximum est.

[15]Substantia divitis, urbs fortitudinis ejus; pavor pauperum egestas eorum.

[16]Opus justi ad vitam, fructus autem impii ad peccatum.

[17]Via vitæ custodienti disciplinam; qui autem increpationes relinquit, errat.

[18]Abscondunt odium labia mendacia; qui profert contumeliam, insipiens est.

[19]In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua prudentissimus est.

[20]Argentum electum lingua justi; cor autem impiorum pro nihilo.

[21]Labia justi erudiunt plurimos; qui autem indocti sunt in cordis egestate morientur.

[22]Benedictio Domini divites facit, nec sociabitur eis afflictio.

[23]Quasi per risum stultus operatur scelus, sapientia autem est viro prudentia.

[24]Quod timet impius veniet super eum; desiderium suum justus dabitur.

[25]Quasi tempestas transiens non erit impius; justus autem quasi fundamentum sempiternum.

[26]Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum.

[27]Timor Domini apponet dies, et anni impiorum breviabuntur.

[28]Exspectatio justorum lætitia, spes autem impiorum peribit.

[29]Fortitudo simplicis via Domini, et pavor his qui operantur malum.

[30]Justus in æternum non commovebitur, impii autem non habitabunt super terram.

[31]Os justi parturiet sapientiam; lingua pravorum peribit.

[32]Labia justi considerant placita, et os impiorum perversa.

[30] Jamais o justo será abalado, mas os ímpios não habitarão a terra.

[31] A boca do justo produz sabedoria, mas a língua perversa será arrancada.

[32] Os lábios do justo sabem dizer o que é agradável; a boca dos maus, o que é mau.

## Provérbios 11

[1] A balança fraudulenta é abominada pelo Senhor, mas o peso justo lhe é agradável.

[2] Vindo o orgulho, virá também a ignomínia, mas a sabedoria mora com os humildes.

[3] A integridade dos justos serve-lhes de guia; mas a perversidade dos pérfidos arrasta-os à ruína.

[4] No dia da cólera a riqueza não terá proveito, mas a justiça salva da morte.

[5] A justiça do homem íntegro aplana-lhe o caminho, mas o ímpio se abisma em sua própria impiedade.

[6] A justiça dos retos os salva, mas em sua própria cobiça os pérfidos se prendem.

[7] Morto o ímpio, desaparece sua esperança, a esperança dos iníquos perecerá.

[8] O justo livra-se da angústia; em seu lugar cai o malvado.

[9] Com os lábios, o hipócrita arruína o seu próximo, mas os justos serão salvos pela ciência.

[10] Com a felicidade dos justos, exulta a cidade; com a perdição dos ímpios solta brados de alegria.

[11] Uma cidade prospera pela bênção dos justos, mas é destruída pelas palavras dos maus.

[12] Quem despreza seu próximo demonstra falta de senso; o homem sábio guarda silêncio.

[13] O perverso trai os segredos, enquanto um coração leal os mantém ocultos.

[14] Por falta de direção cai um povo; onde há muitos conselheiros, ali haverá salvação.

## Proverbia 11

[1]Statera dolosa abominatio est apud Dominum, et pondus æquum voluntas ejus.

[2]Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia; ubi autem est humilitas, ibi et sapientia.

[3]Simplicitas justorum diriget eos, et supplantatio perversorum vastabit illos.

[4]Non proderunt divitiæ in die ultionis; justitia autem liberabit a morte.

[5]Justitia simplicis diriget viam ejus, et in impietate sua corruet impius.

[6]Justitia rectorum liberabit eos, et in insidiis suis capientur iniqui.

[7]Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes, et exspectatio sollicitorum peribit.

[8]Justus de angustia liberatus est, et tradetur impius pro eo.

[9]Simulator ore decipit amicum suum; justi autem liberabuntur scientia.

[10]In bonis justorum exsultabit civitas, et in perditione impiorum erit laudatio.

[11]Benedictione justorum exaltabitur civitas, et ore impiorum subvertetur.

[12]Qui despicit amicum suum indigens corde est; vir autem prudens tacebit.

[13]Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis est animi, celat amici commissum.

[14]Ubi non est gubernator, populus corruet; salus autem, ubi multa consilia.

[15]Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo; qui autem cavet laqueos securus erit.

[16]Mulier gratiosa inveniet gloriam, et robusti habebunt divitias.

[15] Quem fica por fiador de um estranho cairá na desventura; o que evita os laços viverá tranquilo.

[16] Uma mulher graciosa obtém honras, mas os laboriosos alcançam fortuna.

[17] O homem liberal faz bem a si próprio, mas o cruel prejudica a sua própria carne.

[18] O ímpio obtém um lucro falaz, mas o que semeia justiça receberá uma recompensa certa.

[19] Quem pratica a justiça o faz para a vida, mas quem segue o mal corre para a morte.

[20] Os homens de coração perverso são odiosos ao Senhor; os de conduta íntegra são objeto de seus favores.

[21] Na verdade, o iníquo não ficará impune, mas a posteridade dos justos será salva.

[22] Um anel de ouro no focinho de um porco: tal é a mulher formosa e insensata.

[23] O desejo dos justos é unicamente o bem; o que espera os ímpios é a cólera.

[24] Há quem dá com liberalidade e obtém mais. Outros poupam demais e vivem na indigência.

[25] A alma generosa será cumulada de bens; e o que largamente dá, largamente receberá.

[26] O povo amaldiçoa o que esconde o trigo, mas a bênção virá sobre a cabeça dos que o vendem.

[27] Quem investiga o bem busca o favor; o que busca o mal será por ele oprimido.

[28] Quem confia em sua riqueza cairá, enquanto os justos reverdecerão como a folhagem.

[29] O que perturba sua casa herda o vento, e o néscio será escravo do sábio.

[30] O fruto do justo é uma árvore de vida; o que conquista as almas é sábio.

[31] Se o justo recebe na terra sua recompensa, quanto mais o perverso e o pecador!

## Provérbios 12

[17]Benefacit animæ suæ vir misericors; qui autem crudelis est, etiam propinquos abjicit.

[18]Impius facit opus instabile, seminanti autem justitiam merces fidelis.

[19]Clementia præparat vitam, et sectatio malorum mortem.

[20]Abominabile Domino cor pravum, et voluntas ejus in iis qui simpliciter ambulant.

[21]Manus in manu non erit innocens malus; semen autem justorum salvabitur.

[22]Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua.

[23]Desiderium justorum omne bonum est; præstolatio impiorum furor.

[24]Alii dividunt propria, et ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt.

[25]Anima quæ benedicit impinguabitur, et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.

[26]Qui abscondit frumenta maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium.

[27]Bene consurgit diluculo qui quærit bona; qui autem investigator malorum est, opprimetur ab eis.

[28]Qui confidit in divitiis suis corruet: justi autem quasi virens folium germinabunt.

[29]Qui conturbat domum suam possidebit ventos, et qui stultus est serviet sapienti.

[30]Fructus justi lignum vitæ, et qui suscipit animas sapiens est.

[31]Si justus in terra recipit, quanto magis impius et peccator!

## Proverbia 12

[1] Aquele que ama a correção ama a ciência, mas o que detesta a reprimenda é um insensato.

[2] O homem de bem alcança a benevolência do Senhor; o Senhor condena o homem que premedita o mal.

[3] Não se firma o homem pela impiedade, mas a raiz dos justos não será abalada.

[4] Uma mulher virtuosa é a coroa de seu marido, mas a insolente é como a cárie nos seus ossos.

[5] Os pensamentos dos justos são cheios de retidão; as tramas dos perversos são cheias de dolo.

[6] As palavras dos ímpios são ciladas mortíferas, enquanto a boca dos justos os salva.

[7] Transtornados, os ímpios não subsistirão, mas a casa dos justos permanecerá firme.

[8] Avalia-se um homem segundo a sua inteligência, mas o perverso de coração incorrerá em desprezo.

[9] Mais vale um homem humilde, que tem um servo, que o jactancioso, que não tem o que comer.

[10] O justo cuida das necessidades de seu gado, mas cruéis são as entranhas do ímpio.

[11] Quem cultiva sua terra será saciado de pão; quem procura as futilidades é um insensato.

[12] O ímpio cobiça o laço do perverso, mas a raiz do justo produz fruto.

[13] No pecado dos lábios há uma cilada funesta, mas o justo livra-se da angústia.

[14] O homem se farta com o fruto de sua boca; cada qual recebe a recompensa da obra de suas mãos.

[15] Ao insensato parece reto seu caminho, enquanto o sábio ouve os conselhos.

[16] O louco mostra logo a sua irritação; o circunspecto dissimula o ultraje.

[17] O homem sincero anuncia a justiça; a testemunha falsa profere mentira.

[1]Qui diligit disciplinam diligit scientiam; qui autem odit increpationes insipiens est.

9Qui pronus est ad misericordiam benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Victoriam et honorem acquiret qui dat munera; animam autem aufert accipientium.

10Ejice derisorem, et exibit cum eo jurgium, cessabuntque causæ et contumeliæ.

11Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.

[12] Os olhos do Senhor protegem a sabedoria, mas arruínam as palavras do pérfido.

[13] "Há um leão do lado de fora! – diz o preguiçoso –, eu poderei ser morto na rua!"

[14] A boca das meretrizes é uma cova profunda; nela cairá aquele contra o qual o Senhor se irar.

[15] A loucura apega-se ao coração da criança; a vara da disciplina a afastará dela.

[16] Quem oprime o pobre, enriquece-o. Quem dá ao rico, empobrece-o.

[17] Presta atenção às minhas palavras, aplica teu coração à minha doutrina,

[18] porque é agradável que as guardes dentro de teu coração e que elas permaneçam, todas, presentes em teus lábios.

[19] É para que o Senhor seja tua confiança, que quero instruir-te hoje.

[20] Desde muito tempo eu te escrevi conselhos e instruções,

[21] para te ensinar a verdade das coisas certas, para que respondas certo àquele que te indaga.

[22] Não despojes o pobre, porque é pobre, não oprimas o fraco à porta da cidade,

[23] porque o Senhor pleiteará sua causa e tirará a vida aos que os despojaram.

[24] Não faças amizade com um homem colérico, não andes com o violento,

[25] há o perigo de que aprendas os seus costumes e prepares um laço fatal.

[26] Não sejas daqueles que se obrigam, apertando a mão, e se fazem fiadores de dívidas;

[27] se não tens com que pagar, eles te arrebatarão teu leito debaixo de ti.

[28] Não passes além dos marcos antigos que puseram teus pais.

[29] Viste um homem hábil em sua obra? Ele entrará ao serviço dos reis, e não ficará entre gente obscura.

[12]Oculi Domini custodiunt scientiam, et supplantantur verba iniqui.

[13]Dicit piger: Leo est foris; in medio platearum occidendus sum.

[14]Fovea profunda os alienæ: cui iratus est Dominus, incidet in eam.

[15]Stultitia colligata est in corde pueri, et virga disciplinæ fugabit eam.

[16]Qui calumniatur pauperem ut augeat divitias suas, dabit ipse ditiori, et egebit.

[17]Inclina aurem tuam, et audi verba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam,

[18]quæ pulchra erit tibi cum servaveris eam in ventre tuo, et redundabit in labiis tuis:

[19]ut sit in Domino fiducia tua, unde et ostendi eam tibi hodie.

[20]Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus et scientia:

[21]ut ostenderem tibi firmitatem et eloquia veritatis, respondere ex his illis qui miserunt te.

[22]Non facias violentiam pauperi quia pauper est, neque conteras egenum in porta:

[23]quia judicabit Dominus causam ejus, et configet eos qui confixerunt animam ejus.

[24]Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso:

[25]ne forte discas semitas ejus, et sumas scandalum animæ tuæ.

[26]Noli esse cum his qui defigunt manus suas, et qui vades se offerunt pro debitis:

[27]si enim non habes unde restituas, quid causæ est ut tollat operimentum de cubili tuo?

[28]Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.

[29]Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

## Provérbios 23

[1] Quando te assentares à mesa com um grande, considera com atenção quem está diante de ti:

[2] põe uma faca na tua garganta, se tu sentes muito apetite;

[3] não cobices seus manjares que são alimentos enganosos.

[4] Não te afadigues para te enriqueceres, evita aplicar a isso teu espírito.

[5] Mal fixas os olhos nos bens, e nada mais há, porque a riqueza tem asas como a águia que voa para o céu.

[6] Não comas com homem invejoso, não cobices seus manjares,

[7] porque ele se mostra tal qual se calculou em si mesmo. Ele te diz: "Come e bebe", mas seu coração não está contigo.

[8] Comido o bocado, tu o vomitarás e desperdiçarás tuas amabilidades.

[9] Não fales aos ouvidos do insensato porque ele desprezaria a sabedoria de tuas palavras.

[10] Não toques no marco antigo, não penetres na terra dos órfãos,

[11] porque seu vingador é poderoso e defenderá sua causa contra ti.

[12] Aplica teu coração à instrução e teus ouvidos às palavras da ciência.

[13] Não poupes ao menino a correção: se tu o castigares com a vara, ele não morrerá,

[14] castigando-o com a vara, salvarás sua vida da morada dos mortos.

[15] Meu filho, se o teu espírito for sábio, meu coração se alegrará contigo!

[16] Meus rins estremecerão de alegria, quando teus lábios proferirem palavras retas.

[17] Que teu coração não inveje os pecadores, mas permaneça sempre no temor do Senhor

[18] porque então haverá certamente um futuro e tua esperança não será frustrada.

## Proverbia 23

[1]Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam.

[2]Et statue cultrum in gutture tuo: si tamen habes in potestate animam tuam.

[3]Ne desideres de cibis ejus, in quo est panis mendacii.

[4]Noli laborare ut diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum.

[5]Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere, quia facient sibi pennas quasi aquilæ, et volabunt in cælum.

[6]Ne comedas cum homine invido, et ne desideres cibos ejus:

[7]quoniam in similitudinem arioli et conjectoris æstimat quod ignorat. Comede et bibe, dicet tibi; et mens ejus non est tecum.

[8]Cibos quos comederas evomes, et perdes pulchros sermones tuos.

[9]In auribus insipientium ne loquaris, qui despicient doctrinam eloquii tui.

[10]Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introëas:

[11]propinquus enim illorum fortis est, et ipse judicabit contra te causam illorum.

[12]Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, et aures tuæ ad verba scientiæ.

[13]Noli subtrahere a puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur.

[14]Tu virga percuties eum, et animam ejus de inferno liberabis.

[15]Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum:

[16]et exsultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.

[17]Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die:

[18]quia habebis spem in novissimo, et præstolatio tua non auferetur.

[19]Audi, fili mi, et esto sapiens, et dirige in via animum tuum.

[19] Ouve, meu filho: sê sabio, dirige teu coração pelo caminho reto,

[20] não te ajuntes com os bebedores de vinho, com aqueles que devoram carnes,

[21] pois o ébrio e o glutão se empobrecem e a sonolência veste-se com andrajos.

[22] Dá ouvidos a teu pai, àquele que te gerou e não desprezes tua mãe quando envelhecer.

[23] Adquire a verdade e não a vendas, adquire sabedoria, instruções e inteligência.

[24] O pai do justo exultará de alegria; aquele que gerou um sábio se alegrará nele.

[25] Que teu pai se alegre por tua causa, que viva na alegria aquela que te deu à luz!

[26] Meu filho, dá-me teu coração. Que teus olhos observem meus caminhos,

[27] pois a meretriz é uma fossa profunda e a entranha, um poço estreito:

[28] como um salteador ele fica de emboscada e, entre os homens, multiplica os infiéis.

[29] Para quem os "ah"? Para quem os "ais"? Para quem as contendas? Para quem as queixas? Para quem as feridas sem motivo? Para quem o vermelho dos olhos?

[30] Para aqueles que permanecem junto ao vinho, para aqueles que vão saborear o vinho misturado.

[31] Não consideres o vinho: "como ele é vermelho, como brilha na taça, como corre suavemente!".

[32] Mas, no fim, morde como uma serpente e pica como um basilisco!

[33] Os teus olhos verão coisas estranhas, teu coração pronunciará coisas incoerentes.

[34] Serás como um homem adormecido no fundo do mar, ou deitado no cimo dum mastro:

[35] "Feriram-me – dirás tu –; e não sinto dor!". "Bateram-me... e não sinto nada. Quando despertei eu? Quero mais ainda!"

## Provérbios 24

[20]Noli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt:

[21]quia vacantes potibus et dantes symbola consumentur, et vestietur pannis dormitatio.

[22]Audi patrem tuum, qui genuit te, et ne contemnas cum senuerit mater tua.

[23]Veritatem eme, et noli vendere sapientiam, et doctrinam, et intelligentiam.

[24]Exsultat gaudio pater justi; qui sapientem genuit, lætabitur in eo.

[25]Gaudeat pater tuus et mater tua, et exsultet quæ genuit te.

[26]Præbe, fili mi, cor tuum mihi, et oculi tui vias meas custodiant.

[27]Fovea enim profunda est meretrix, et puteus angustus aliena.

[28]Insidiatur in via quasi latro, et quos incautos viderit, interficiet.

[29]Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum?

[30]nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis?

[31]Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus: ingreditur blande,

[32]sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.

[33]Oculi tui videbunt extraneas, et cor tuum loquetur perversa.

[34]Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator, amisso clavo.

[35]Et dices: Verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me, et ego non sensi. Quando evigilabo, et rursus vina reperiam?

## Proverbia 24

[1] Não invejes os maus, nem desejes estar com eles,

[2] porque seus corações maquinam a violência e seus lábios só proclamam a iniquidade.

[3] É com sabedoria que se constrói a casa, pela prudência ela se consolida.

[4] Pela ciência enchem-se os celeiros de todo bem precioso e agradável.

[5] O sábio é um homem forte, o douto é cheio de vigor.

[6] É com a prudência que empreenderás a guerra e a vitória depende de grande número de conselheiros.

[7] A sabedoria é por demais sublime para o tolo; à porta da cidade, ele não abre a boca.

[8] Quem medita fazer o mal, é chamado mestre intrigante.

[9] O desígnio da loucura é o pecado; e detrator é terror para os outros.

[10] Se te deixas abater no dia da adversidade, minguada é a tua força.

[11] Livra os que foram entregues à morte, salva os que cambaleiam indo para o massacre.

[12] Se disseres: "Mas, não o sabia!". Aquele que pesa os corações não o verá? Aquele que vigia tua alma não o saberá? E não retribuirá a cada qual segundo seu procedimento?

[13] Meu filho, come mel, pois é bom; um favo de mel é doce para teu paladar.

[14] Sabe, pois, que assim será a sabedoria para tua alma. Se tu a encontrares, haverá para ti um bom futuro e tua esperança não será frustrada.

[15] Não conspires, ó ímpio, contra a casa do justo, não destruas sua habitação!

[16] Porque o justo cai sete vezes, mas ergue-se, enquanto os ímpios desfalecem na desgraça.

[17] Não te alegres, se teu inimigo cair, se tropeçar, que não se rejubile teu coração,

[1]Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis:

[2]quia rapinas meditatur mens eorum, et fraudes labia eorum loquuntur.

[3]Sapientia ædificabitur domus, et prudentia roborabitur.

[4]In doctrina replebuntur cellaria, universa substantia pretiosa et pulcherrima.

[5]Vir sapiens fortis est, et vir doctus robustus et validus:

[6]quia cum dispositione initur bellum, et erit salus ubi multa consilia sunt.

[7]Excelsa stulto sapientia; in porta non aperiet os suum.

[8]Qui cogitat mala facere stultus vocabitur:

[9]cogitatio stulti peccatum est, et abominatio hominum detractor.

[10]Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.

[11]Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.

[12]Si dixeris: Vires non suppetunt; qui inspector est cordis ipse intelligit: et servatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera sua.

[13]Comede, fili mi, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo.

[14]Sic et doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit.

[15]Ne insidieris, et quæras impietatem in domo justi, neque vastes requiem ejus.

[16]Septies enim cadet justus, et resurget: impii autem corruent in malum.

[17]Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, et in ruina ejus ne exsultet cor tuum:

[18]ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam.

[19]Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios:

[20]quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.

[21]Time Dominum, fili mi, et regem, et cum detractoribus non commiscearis:

[18] para não suceder que o Senhor o veja, e isto lhe desagrade, e tire de cima dele sua ira.

[19] Não te indignes à vista dos maus, não invejes os ímpios,

[20] porque para o mal não há futuro e o luzeiro dos ímpios se extinguirá.

[21] Meu filho, teme o Senhor e o rei, não te mistures com os sediciosos,

[22] porque, de repente, surgirá sua desgraça. Quem conhece a destruição de uns e de outros?

[23] O que segue é ainda dos sábios: Não é bom mostrar-se parcial no julgamento.

[24] Ao que diz ao culpado: "Tu és inocente", os povos o amaldiçoarão, as nações o abominarão.

[25] Aqueles que sabem repreender são louvados, sobre eles cai uma chuva de bênçãos.

[26] Dá um beijo nos lábios aquele que responde com sinceridade.

[27] Cuida da tua tarefa de fora, aplica-te ao teu campo e depois edificarás tua habitação.

[28] Não sejas testemunha inconsiderada contra teu próximo. Queres, acaso, que teus lábios te enganem?

[29] Não digas: "Eu lhe farei o que me fez, pagarei a este homem segundo seus atos".

[30] Perto da terra do preguiçoso eu passei, junto à vinha de um homem insensato:

[31] eis que, por toda a parte, cresciam abrolhos, urtigas cobriam o solo, o muro de pedra estava por terra.

[32] Vendo isso, refleti; daquilo que havia visto, tirei esta lição:

[33] um pouco de sono, um pouco de torpor, um pouco cruzando as mãos para descansar

[34] e virá a indigência como um vagabundo, a miséria como um homem armado!

## Provérbios 25

[22]quoniam repente consurget perditio eorum, et ruinam utriusque quis novit?

[23]Hæc quoque sapientibus. Cognoscere personam in judicio non est bonum.

[24]Qui dicunt impio: Justus es: maledicent eis populi, et detestabuntur eos tribus.

[25]Qui arguunt eum laudabuntur, et super ipsos veniet benedictio.

[26]Labia deosculabitur qui recta verba respondet.

[27]Præpara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum, ut postea ædifices domum tuam.

[28]Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quemquam labiis tuis.

[29]Ne dicas: Quomodo fecit mihi, sic faciam ei; reddam unicuique secundum opus suum.

[30]Per agrum hominis pigri transivi, et per vineam viri stulti:

[31]et ecce totum repleverant urticæ, et operuerant superficiem ejus spinæ, et maceria lapidum destructa erat.

[32]Quod cum vidissem, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinam.

[33]Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis; pauxillum manus conseres ut quiescas:

[34]et veniet tibi quasi cursor egestas, et mendicitas quasi vir armatus.

## Proverbia 25

[1]Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Juda.

[1] Ainda alguns provérbios de Salomão, recolhidos pelos homens de Ezequias, rei de Judá.

[2] A glória de Deus é ocultar uma coisa; a glória dos reis é esquadrinhá-la.

[3] A altura do céu, a profundeza da terra são impenetráveis, bem como o coração dos reis.

[4] Tira as escórias da prata e terás um vaso para o ourives;

[5] afasta o mau da presença do rei e seu trono se firmará na justiça.

[6] Não te faças de pretensioso diante do rei, não te ponhas no lugar dos grandes.

[7] É melhor que te digam: "Sobe aqui!", do que seres humilhado diante de um personagem. O que teus olhos viram,

[8] não o descubras com precipitação numa contenda, pois, no final das contas, que farás tu quando o outro te houver confundido?

[9] Trata teu negócio com teu próximo de maneira a não revelar o segredo de outro,

[10] para que não sejas repreendido por aquele que o ouviu nem incorras em descrédito irreparável.

[11] Maçãs de ouro sobre prata gravada: tais são as palavras oportunas.

[12] Anel de ouro, joia de ouro fino: tal é o sábio que admoesta um ouvido atento.

[13] Frescor de neve no tempo da colheita, tal é um mensageiro fiel para quem o envia: ele restaura a alma de seu senhor.

[14] Nuvens e vento sem chuva: tal é o homem que se gaba falsamente de dar.

[15] Pela paciência o juiz se deixa aplacar: a língua que fala com brandura pode quebrantar ossos.

[16] Achaste mel? Come o que for suficiente: se comeres demais, tu o vomitarás.

[17] Põe raramente o pé na casa do vizinho: enfastiado de ti, ele te viria a aborrecer.

[2]Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.

[3]Cælum sursum, et terra deorsum, et cor regum inscrutabile.

[4]Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum.

[5]Aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur justitia thronus ejus.

[6]Ne gloriosus appareas coram rege, et in loco magnorum ne steteris.

[7]Melius est enim ut dicatur tibi: Ascende huc, quam ut humilieris coram principe.

[8]Quæ viderunt oculi tui ne proferas in jurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonestaveris amicum tuum.

[9]Causam tuam tracta cum amico tuo, et secretum extraneo ne reveles:

[10]ne forte insultet tibi cum audierit, et exprobrare non cesset. Gratia et amicitia liberant: quas tibi serva, ne exprobrabilis fias.

[11]Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.

[12]Inauris aurea, et margaritum fulgens, qui arguit sapientem et aurem obedientem.

[13]Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum: animam ipsius requiescere facit.

[14]Nubes, et ventus, et pluviæ non sequentes, vir gloriosus et promissa non complens.

[15]Patientia lenietur princeps, et lingua mollis confringet duritiam.

[16]Mel invenisti: comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.

[17]Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.

[18]Jaculum, et gladius, et sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.

[19]Dens putridus, et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ,

[20]et amittit pallium in die frigoris. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.

[18] Clava, espada, flecha penetrante: tal é o que usa de falso testemunho contra seu próximo.

[19] Dente arruinado, pé que resvala: tal é a confiança de um pérfido no dia da desventura.

[20] Tirar a capa num dia de frio, derramar vinagre numa ferida: isso faz aquele que canta canções a um coração atribulado.

[21] Tem o teu inimigo fome? Dá-lhe de comer. Tem sede? Dá-lhe de beber:

[22] assim amontoarás brasas ardentes sobre sua cabeça e o Senhor te recompensará.

[23] O vento norte traz chuva e a língua detratora anuvia os semblantes.

[24] É melhor habitar um canto do terraço do que viver com uma mulher impertinente.

[25] Água fresca para uma garganta sedenta: tal é uma boa-nova vinda de terra longínqua.

[26] Fonte turva e manancial contaminado: tal é o justo que cede diante do ímpio.

[27] Comer mel em demasia não é bom: usa de moderação nas palavras elogiosas.

[28] Como uma cidade desmantelada, sem muralhas: tal é o homem que não é senhor de si.

Sicut tinea vestimento, et vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.

[21]Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, da ei aquam bibere:

[22]prunas enim congregabis super caput ejus, et Dominus reddet tibi.

[23]Ventus aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem.

[24]Melius est sedere in angulo domatis quam cum muliere litigiosa et in domo communi.

[25]Aqua frigida animæ sitienti, et nuntius bonus de terra longinqua.

[26]Fons turbatus pede et vena corrupta, justus cadens coram impio.

[27]Sicut qui mel multum comedit non est ei bonum, sic qui scrutator est majestatis opprimetur a gloria.

[28]Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

## Provérbios 26

[1] Assim como a neve é imprópria no estio e a chuva na ceifa, do mesmo modo não convém ao insensato a consideração.

[2] Como um pássaro que foge, uma andorinha que voa: uma maldição injustificada permanece sem efeito.

[3] O açoite para o cavalo, o freio para o asno: a vara para as costas do tolo.

[4] Não respondas ao néscio segundo sua insensatez, para não seres semelhante a ele.

[5] Responde ao tolo segundo sua loucura, para que ele não se julgue sábio aos seus olhos.

[6] Corta os pés, bebe aflições quem confia uma mensagem a um tolo.

## Proverbia 26

[1]Quomodo nix in æstate, et pluviæ in messe, sic indecens est stulto gloria.

[2]Sicut avis ad alia transvolans, et passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet.

[3]Flagellum equo, et camus asino, et virga in dorso imprudentium.

[4]Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.

[5]Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.

[6]Claudus pedibus, et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.

[7] As pernas de um coxo não têm força: do mesmo modo uma sentença na boca de um tolo.

[8] É colocar pedra na funda cumprimentar um tolo.

[9] Um espinho que cai na mão de um embriagado: tal é uma sentença na boca dos insensatos.

[10] Um arqueiro que fere a todos: tal é aquele que emprega um tolo ou um embriagado.

[11] Um cão que volta ao seu vômito: tal é o louco que reitera suas loucuras.

[12] Tu tens visto um homem que se julga sábio? Há mais a esperar de um tolo do que dele.

[13] "Há um leão no caminho – diz o preguiçoso –, um leão na estrada!"

[14] A porta gira sobre seus gonzos: assim o preguiçoso no seu leito.

[15] O preguiçoso põe sua mão no prato e custa-lhe muito levá-la à boca.

[16] O preguiçoso julga-se mais sábio do que sete homens que respondem com prudência.

[17] É pegar pelas orelhas um cão que passa envolver-se num debate que não interessa.

[18] Um louco furioso que lança chamas, flechas e morte:

[19] tal é o homem que engana seu próximo e diz em seguida: "mas era para brincar".

[20] Sem lenha o fogo se apaga: desaparecido o relator, acaba-se a questão.

[21] Carvão sobre a brasa, lenha sobre o fogo: tal é um intrigante para atiçar uma disputa.

[22] As palavras do mexeriqueiro são como guloseimas: penetram até o fundo das entranhas.

[23] Uma liga de prata sobre o pote de argila: tais são as palavras ardentes com um coração malévolo.

[24] O que odeia, fala com dissimulação; no seu interior maquina a fraude;

[7]Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola.

[8]Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.

[9]Quomodo si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum.

[10]Judicium determinat causas, et qui imponit stulto silentium iras mitigat.

[11]Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam.

[12]Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.

[13]Dicit piger: Leo est in via, et leæna in itineribus.

[14]Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.

[15]Abscondit piger manum sub ascella sua, et laborat si ad os suum eam converterit.

[16]Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias.

[17]Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit impatiens et commiscetur rixæ alterius.

[18]Sicut noxius est qui mittit sagittas et lanceas in mortem,

[19]ita vir fraudulenter nocet amico suo, et cum fuerit deprehensus dicit: Ludens feci.

[20]Cum defecerint ligna extinguetur ignis, et susurrone subtracto, jurgia conquiescent.

[21]Sicut carbones ad prunas, et ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas.

[22]Verba susurronis quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad intima ventris.

[23]Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.

[24]Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos.

[25]Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.

[25] quando ele falar com amabilidade, não te fies nele porque há sete abominações em seu coração;

[26] pode dissimular seu ódio sob aparências, e sua malícia acabará por ser revelada ao público.

[27] Quem cava uma fossa, ali cai; quem rola uma pedra, cairá debaixo dela.

[28] A língua mendaz odeia aqueles que ela atinge, a boca enganosa conduz à ruína.

[26]Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in consilio.

[27]Qui fodit foveam incidet in eam, et qui volvit lapidem revertetur ad eum.

[28]Lingua fallax non amat veritatem, et os lubricum operatur ruinas.

## Provérbios 27

[1] Não te gabes do dia de amanhã porque não sabes o que ele poderá engendrar.

[2] Que seja outro que te louve, não a tua própria boca; um estranho, não teus próprios lábios.

[3] Pesada é a pedra, pesada a areia, mais pesada ainda é a cólera de um tolo.

[4] Crueldade do furor, ímpetos da cólera: mas quem pode suportar o ciúme?

[5] Melhor é a correção manifesta do que uma amizade fingida.

[6] As feridas do amigo são provas de lealdade, mas os beijos do que odeia são abundantes.

[7] Saciado o apetite, calca aos pés o favo de mel; para o faminto tudo o que é amargo parece doce.

[8] Um pássaro que anda longe do seu ninho: tal é o homem que vive longe de sua terra.

[9] Azeite e incenso alegram o coração: a bondade de um amigo consola a alma.

[10] Não abandones teu amigo, o amigo de teu pai; não vás à casa do teu irmão em dia de aflição. Vale mais um vizinho que está perto, que um irmão distante.

[11] Sê sábio, meu filho, alegrarás meu coração e eu poderei responder ao que me ultrajar.

[12] O homem prudente percebe o mal e se põe a salvo; os imprudentes passam adiante e aguentam o peso.

## Proverbia 27

[1]Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies.

[2]Laudet te alienus, et non os tuum; extraneus, et non labia tua.

[3]Grave est saxum, et onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior.

[4]Ira non habet misericordiam nec erumpens furor, et impetum concitati ferre quis poterit?

[5]Melior est manifesta correptio quam amor absconditus.

[6]Meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta oscula odientis.

[7]Anima saturata calcabit favum, et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.

[8]Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.

[9]Unguento et variis odoribus delectatur cor, et bonis amici consiliis anima dulcoratur.

[10]Amicum tuum et amicum patris tui ne dimiseris, et domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Melior est vicinus juxta quam frater procul.

[11]Stude sapientiæ, fili mi, et lætifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem.

[12]Astutus videns malum, absconditus est: parvuli transeuntes sustinuerunt dispendia.

[13]Tolle vestimentum ejus qui spopondit pro extraneo, et pro alienis aufer ei pignus.

[13] Toma a sua veste, porque ficou fiador de outrem, exige o penhor que deve aos estrangeiros.

[14] Quem, desde o amanhecer, louva seu vizinho em alta voz é censurado de o ter amaldiçoado.

[15] Goteira que cai de contínuo em dia de chuva e mulher litigiosa, tudo é a mesma coisa.

[16] Querer retê-la é reter o vento, ou pegar azeite com a mão.

[17] O ferro com o ferro se aguça; o homem aguça o homem.

[18] Quem trata de sua figueira, comerá seu fruto; quem cuida do seu senhor, será honrado.

[19] Como o reflexo do rosto na água, assim é o coração do homem para o homem.

[20] A morada dos mortos e o abismo nunca se enchem; assim os olhos do homem são insaciáveis.

[21] Há um crisol para a prata, um forno para o ouro; assim o homem é provado pela sua reputação.

[22] Ainda que pisasses o insensato num triturador, entre os grãos, com um pilão, sua loucura não se separaria dele.

[23] Certifica-te bem do estado do teu gado miúdo; atende aos teus rebanhos,

[24] porque a riqueza não é eterna e a coroa não permanece de geração em geração.

[25] Quando se abre o prado, quando brotam as ervas, uma vez recolhido o feno das montanhas,

[26] tens ainda cordeiros para te vestir e bodes para pagares um campo,

[27] leite de cabra suficiente para teu sustento, para o sustento de tua casa e a manutenção das tuas servas.

[14]Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit.

[15]Tecta perstillantia in die frigoris et litigiosa mulier comparantur.

[16]Qui retinet eam quasi qui ventum teneat, et oleum dexteræ suæ vocabit.

[17]Ferrum ferro exacuitur, et homo exacuit faciem amici sui.

[18]Qui servat ficum comedet fructus ejus, et qui custos est domini sui glorificabitur.

[19]Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.

[20]Infernus et perditio numquam implentur: similiter et oculi hominum insatiabiles.

[21]Quomodo probatur in conflatorio argentum et in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis. Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam.

[22]Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.

[23]Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera:

[24]non enim habebis jugiter potestatem, sed corona tribuetur in generationem et generationem.

[25]Aperta sunt prata, et apparuerunt herbæ virentes, et collecta sunt fœna de montibus.

[26]Agni ad vestimentum tuum, et hædi ad agri pretium.

[27]Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, et in necessaria domus tuæ, et ad victum ancillis tuis.

## Provérbios 28

[1] O ímpio foge sem que ninguém o persiga, mas o justo sente-se seguro como um leão.

## Proverbia 28

[1]Fugit impius nemine persequente; justus autem, quasi leo confidens, absque terrore erit.

[2] Por causa do pecado de um país, multiplicam-se os chefes, mas sob um homem sábio e sensato a ordem perdura.

[3] Um pobre que oprime miseráveis é qual chuva torrencial, causa de fome.

[4] Quem abandona a instrução, louva o ímpio; quem a observa, faz-lhe guerra.

[5] Os homens maus não compreendem o que é justo; os que buscam o Senhor tudo entendem.

[6] Mais vale um pobre que caminha na integridade do que um rico em caminhos tortuosos.

[7] Um filho inteligente segue a instrução; quem convive com os devassos, torna-se a vergonha de seu pai.

[8] Quem aumenta sua fortuna por usuras e logro, ajunta para o que tem piedade dos pequenos.

[9] Aquele que afasta o ouvido para não ouvir a instrução, até em sua oração é um objeto de horror.

[10] Quem seduz os homens corretos para um mau caminho, cairá no fosso que ele mesmo cavou e para os íntegros caberá a herança da felicidade.

[11] O rico julga-se sábio, mas o pobre inteligente penetra-o a fundo.

[12] Quando os justos triunfam, há muita alegria; quando os ímpios se erguem, cada qual se esconde.

[13] Quem dissimula suas faltas não há de prosperar; quem as confessa e as detesta obtém misericórdia.

[14] Feliz daquele que vive em temor contínuo; mas o que endurece seu coração cairá na desgraça.

[15] Leão rugidor, urso esfaimado: tal é o ímpio que domina sobre um povo pobre.

[16] Um príncipe, destituído de senso, é rico em extorsões, mas o que odeia o lucro viverá longos dias.

[17] O homem sobre o qual pesa o sangue de outro fugirá até o fosso: não o retenhas.

[2]Propter peccata terræ multi principes ejus; et propter hominis sapientiam, et horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.

[3]Vir pauper calumnians pauperes similis est imbri vehementi in quo paratur fames.

[4]Qui derelinquunt legem laudant impium; qui custodiunt, succenduntur contra eum.

[5]Viri mali non cogitant judicium; qui autem inquirunt Dominum animadvertunt omnia.

[6]Melior est pauper ambulans in simplicitate sua quam dives in pravis itineribus.

[7]Qui custodit legem filius sapiens est; qui autem comessatores pascit confundit patrem suum.

[8]Qui coacervat divitias usuris et fœnore, liberali in pauperes congregat eas.

[9]Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.

[10]Qui decipit justos in via mala, in interitu suo corruet, et simplices possidebunt bona ejus.

[11]Sapiens sibi videtur vir dives; pauper autem prudens scrutabitur eum.

[12]In exsultatione justorum multa gloria est; regnantibus impiis, ruinæ hominum.

[13]Qui abscondit scelera sua non dirigetur; qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur.

[14]Beatus homo qui semper est pavidus; qui vero mentis est duræ corruet in malum.

[15]Leo rugiens et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.

[16]Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam; qui autem odit avaritiam, longi fient dies ejus.

[17]Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet.

[18]Qui ambulat simpliciter salvus erit; qui perversis graditur viis concidet semel.

[19]Qui operatur terram suam satiabitur panibus; qui autem sectatur otium replebitur egestate.

[18] O que caminha na integridade será salvo; quem seguir por caminhos tortuosos cairá no fosso.

[19] O que cultiva seu solo terá pão à vontade; o que corre atrás das vaidades se fartará de miséria.

[20] O homem leal será cumulado de bênçãos; o que, porém, tem pressa de se enriquecer não ficará impune.

[21] Não é bom mostrar-se parcial: há quem cometa este pecado por um pedaço de pão.

[22] O homem invejoso precipita-se atrás da fortuna: não sabe que vai cair sobre ele a indigência.

[23] Quem corrige alguém encontra no fim mais gratidão do que lisonjas.

[24] Quem furta de seu pai ou de sua mãe, dizendo: "Isto não é pecado!", é colega do bandoleiro.

[25] O homem cobiçoso provoca contendas, mas o que se fia no Senhor será saciado.

[26] O que se fia em seu próprio coração é um tolo; quem caminha com sabedoria escapará do perigo.

[27] O que dá ao pobre não padecerá penúria, mas quem fecha os olhos ficará cheio de maldições.

[28] Quando se erguem os ímpios, cada qual se oculta; quando eles perecem, multiplicam-se os justos.

[20]Vir fidelis multum laudabitur; qui autem festinat ditari non erit innocens.

[21]Qui cognoscit in judicio faciem non bene facit; iste et pro buccella panis deserit veritatem.

[22]Vir qui festinat ditari, et aliis invidet, ignorat quod egestas superveniet ei.

[23]Qui corripit hominem gratiam postea inveniet apud eum, magis quam ille qui per linguæ blandimenta decipit.

[24]Qui subtrahit aliquid a patre suo et a matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.

[25]Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat; qui vero sperat in Domino sanabitur.

[26]Qui confidit in corde suo stultus est; qui autem graditur sapienter, ipse salvabitur.

[27]Qui dat pauperi non indigebit; qui despicit deprecantem sustinebit penuriam.

[28]Cum surrexerint impii, abscondentur homines; cum illi perierint, multiplicabuntur justi.

## Provérbios 29

[1] O homem que, apesar das admoestações, se obstina será logo irremediavelmente arruinado.

[2] Quando dominam os justos, alegra-se o povo; quando governa o ímpio, o povo geme.

[3] Quem ama a sabedoria alegra seu pai; o que frequenta as prostitutas dissipa sua fortuna.

[4] É pela justiça que um rei firma seu país, mas aquele que o sobrecarrega com muitos impostos o arruína.

## Proverbia 29

[1]Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus, et eum sanitas non sequetur.

[2]In multiplicatione justorum lætabitur vulgus; cum impii sumpserint principatum, gemet populus.

[3]Vir qui amat sapientiam lætificat patrem suum; qui autem nutrit scorta perdet substantiam.

[4]Rex justus erigit terram; vir avarus destruet eam.

[5] O homem que adula seu próximo estende redes aos seus pés.

[6] No delito do ímpio há um ardil, mas o justo corre alegremente.

[7] O justo conhece a causa dos pobres; o ímpio a ignora.

[8] Os escarnecedores ateiam fogo na cidade, mas os sábios acalmam o furor.

[9] Discute um sábio com um tolo? Que ele se zangue ou que ele se ria não terá paz.

[10] Os homens sanguinários odeiam o íntegro, mas os homens retos tomam cuidado com sua vida.

[11] O insensato desafoga toda sua ira, mas o sábio a domina e a recalca.

[12] Quando um soberano presta atenção às mentiras, todos os seus servidores tornam-se maus.

[13] O pobre e o opressor se encontram: é o Senhor que ilumina os olhos de cada um.

[14] Um rei que julga com equidade os humildes terá seu trono firmado para sempre.

[15] Vara e correção dão a sabedoria; menino abandonado à sua vontade se torna a vergonha da mãe.

[16] Quando se multiplicam os ímpios, multiplica-se o crime, mas os justos contemplarão sua queda.

[17] Corrige teu filho e ele te dará repouso e será as delícias de tua vida.

[18] Por falta de visão, o povo vive sem freios; ditoso o que observa a instrução!

[19] Não é com palavras que se corrige um escravo, porque ele compreende, mas não se atém a elas.

[20] Viste um homem precipitado no falar: há mais esperança num tolo do que nele.

[21] Um escravo mimado desde sua juventude, acaba por se tornar desobediente.

[22] Um homem irascível excita contendas; o colérico acumula as faltas.

[5]Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo rete expandit gressibus ejus.

[6]Peccantem virum iniquum involvet laqueus, et justus laudabit atque gaudebit.

[7]Novit justus causam pauperum; impius ignorat scientiam.

[8]Homines pestilentes dissipant civitatem; sapientes vero avertunt furorem.

[9]Vir sapiens si cum stulto contenderit, sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem.

[10]Viri sanguinum oderunt simplicem; justi autem quærunt animam ejus.

[11]Totum spiritum suum profert stultus; sapiens differt, et reservat in posterum.

[12]Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.

[13]Pauper et creditor obviaverunt sibi: utriusque illuminator est Dominus.

[14]Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.

[15]Virga atque correptio tribuit sapientiam; puer autem qui dimittitur voluntati suæ confundit matrem suam.

[16]In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, et justi ruinas eorum videbunt.

[17]Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabit delicias animæ tuæ.

[18]Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus; qui vero custodit legem beatus est.

[19]Servus verbis non potest erudiri, quia quod dicis intelligit, et respondere contemnit.

[20]Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est quam illius correptio.

[21]Qui delicate a pueritia nutrit servum suum postea sentiet eum contumacem.

[22]Vir iracundus provocat rixas, et qui ad indignandum facilis est erit ad peccandum proclivior.

[23]Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet gloria.

[23] O orgulho de um homem leva-o à humilhação, mas o humilde de espírito obtém a glória.

[24] Quem partilha com o ladrão, odeia-se a si mesmo; ouve a maldição e nada denuncia.

[25] O temor dos homens prepara um laço, mas quem confia no Senhor permanece seguro.

[26] Muitos buscam o favor de um príncipe, mas é do Senhor que cada homem alcança justiça.

[27] O homem iníquo é abominado pelos justos; o ímpio abomina aquele que anda pelo caminho certo.

[24]Qui cum fure participat odit animam suam; adjurantem audit, et non indicat.

[25]Qui timet hominem cito corruet; qui sperat in Domino sublevabitur.

[26]Multi requirunt faciem principis, et judicium a Domino egreditur singulorum.

[27]Abominantur justi virum impium, et abominantur impii eos qui in recta sunt via. Verbum custodiens filius extra perditionem erit.

## Provérbios 30

[1] Palavras de Agur, filho de Jaces, de Massa. Palavras desse homem: Eu me fatiguei por Deus, estou esgotado por Deus, eis-me entregue.

[2] Porque eu sou o mais insensato dos homens, não tenho a inteligência de um homem.

[3] Não aprendi a sabedoria e não conheci a ciência do Santo.

[4] Quem subiu ao céu e desceu? Quem reteve o vento em suas mãos? Quem envolveu as águas em seu manto? Quem determinou as extremidades da terra? Qual é o seu nome, qual é o nome de seu filho, se é que o sabes?

[5] Toda a palavra de Deus é provada, é um escudo para quem se fia nele.

[6] Não acrescentes nada às suas palavras, para que ele não te corrija e sejas achado mentiroso.

[7] Eu te peço duas coisas, não me negues antes de minha morte:

[8] afasta de mim falsidade e mentira, não me dês nem pobreza nem riqueza, concede-me o pão que me é necessário,

[9] para que, saciado, eu não te renegue, e não diga: “Quem é o Senhor?”. Ou que, pobre, eu não roube, e não profane o nome do meu Deus.

## Proverbia 30

[1]Verba Congregantis, filii Vomentis. Visio quam locutus est vir cum quo est Deus, et qui Deo secum morante confortatus, ait:

[2]Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum.

[3]Non didici sapientiam, et non novi scientiam sanctorum.

[4]Quis ascendit in cælum, atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligavit aquas quasi in vestimento? quis suscitavit omnes terminos terræ? quod nomen est ejus, et quod nomen filii ejus, si nosti?

[5]Omnis sermo Dei ignitus: clypeus est sperantibus in se.

[6]Ne addas quidquam verbis illius, et arguaris, inveniarisque mendax.

[7]Duo rogavi te: ne deneges mihi antequam moriar:

[8]vanitatem et verba mendacia longe fac a me; mendicitatem et divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria,

[9]ne forte satiatus illiciar ad negandum, et dicam: Quis est Dominus? aut egestate compulsus, furer, et perjurem nomen Dei mei.

[10]Ne accuses servum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi, et corruas.

[10] Não calunies um escravo junto de seu senhor, para que ele não te amaldiçoe e sofras o castigo.

[11] Há uma raça que amaldiçoa seu pai e que não abençoa sua mãe.

[12] Há uma raça que se julga pura e que não está limpa de sua mancha.

[13] Há uma raça, oh, cujos olhos são altivos, com pálpebras levantadas!

[14] Há uma raça cujos dentes são espadas e os maxilares, facas, para devorar os desvalidos da terra e os indigentes dentre os homens.

[15] A sanguessuga tem duas filhas: Dá! Dá! Há três coisas insaciáveis, quatro mesmo, que nunca dizem: “Basta!”.

[16] A habitação dos mortos, o seio estéril, o solo que a água jamais sacia e o fogo que nunca diz: “Basta!”.

[17] Os olhos de quem zomba do pai, de quem se recusa a obedecer a sua mãe: os corvos da torrente o arrebatarão, os filhos da águia o devorarão.

[18] Há três coisas que me são mistério, quatro mesmo, que não compreendo:

[19] O voo da águia nos céus, o rastejar da cobra no rochedo, a navegação de um navio em pleno mar, o caminho de um homem junto a uma jovem.

[20] Tal é o procedimento da mulher adúltera: come, depois limpa a boca, dizendo: “Não fiz mal algum”.

[21] Três coisas fazem tremer a terra, há mesmo quatro que ela não pode suportar:

[22] Um escravo que se torna rei, um tolo que está farto de pão,

[23] uma filha desprezada que se casa, uma serva que suplanta sua senhora.

[24] Há quatro animais pequenos na terra que, entretanto, são sábios, muito sábios:

[25] as formigas, povo sem força, que, durante o verão, preparam suas provisões,

[26] os arganazes, povo sem poder, que fazem sua habitação nos rochedos,

[11]Generatio quæ patri suo maledicit, et quæ matri suæ non benedicit;

[12]generatio quæ sibi munda videtur, et tamen non est lota a sordibus suis;

[13]generatio cujus excelsi sunt oculi, et palpebræ ejus in alta surrectæ;

[14]generatio quæ pro dentibus gladios habet, et commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, et pauperes ex hominibus.

[15]Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: Affer, affer. Tria sunt insaturabilia, et quartum quod numquam dicit: Sufficit.

[16]Infernus, et os vulvæ, et terra quæ non satiatur aqua: ignis vero numquam dicit: Sufficit.

[17]Oculum qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquilæ!

[18]Tria sunt difficilia mihi, et quartum penitus ignoro:

[19]viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, et viam viri in adolescentia.

[20]Talis est et via mulieris adulteræ, quæ comedit, et tergens os suum dicit: Non sum operata malum.

[21]Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere:

[22]per servum, cum regnaverit; per stultum, cum saturatus fuerit cibo;

[23]per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta; et per ancillam, cum fuerit hæres dominæ suæ.

[24]Quatuor sunt minima terræ, et ipsa sunt sapientiora sapientibus:

[25]formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi;

[26]lepusculus, plebs invalida, qui collocat in petra cubile suum;

[27]regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas;

[28]stellio manibus nititur, et moratur in ædibus regis.

[27] os gafanhotos, que não têm rei e avançam todos em bandos,

[28] a lagartixa, que se pode pegar na mão e penetra nos palácios reais.

[29] Há três coisas que têm bela aparência, quatro mesmo, que andam garbosamente:

[30] o leão, o mais bravo dos animais, que não recua diante de nada,

[31] o animal cingido pelos rins, o bode e o rei acompanhado de seu exército.

[32] Se tiveres a asneira de elevar-te a ti mesmo, refletindo nisso, depois, põe tua mão à boca,

[33] porque quem comprime o leite, tira dele a manteiga, quem aperta o nariz, faz jorrar o sangue, quem provoca a cólera, promove a disputa.

[29]Tria sunt quæ bene gradiuntur, et quartum quod incedit feliciter:

[30]leo, fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum;

[31]gallus succinctus lumbos; et aries; nec est rex, qui resistat ei.

[32]Est qui stultus apparuit postquam elevatus est in sublime; si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum.

[33]Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac exprimit butyrum; et qui vehementer emungit elicit sanguinem; et qui provocat iras producit discordias.

## Provérbios 31

[1] Palavras de Lamuel, rei de Massa, que lhe foram ensinadas por sua mãe:

[2] Meu filho, filho de minhas entranhas, que te direi eu? Não, ó filho de meus votos!

[3] Não dês teu vigor às mulheres e teu caminho àquelas que perdem os reis.

[4] Não é próprio dos reis, Lamuel, não convém aos reis beber vinho, nem aos príncipes dar-se aos licores,

[5] para que, bebendo, eles não esqueçam a lei e não desconheçam o direito de todos os infelizes.

[6] Dai a bebida forte àquele que desfalece e o vinho àquele que tem amargura no coração:

[7] que ele beba e esquecerá sua miséria e já não se lembrará de suas mágoas.

[8] Abre tua boca a favor do mundo, pela causa de todos os abandonados;

[9] abre tua boca para pronunciar sentenças justas, faze justiça ao aflito e ao indigente.

[10] Uma mulher virtuosa, quem pode encontrá-la? Superior ao das pérolas é o seu valor.

[11] Confia nela o coração de seu marido, e jamais lhe faltará coisa alguma.

## Proverbia 31

[1]Verba Lamuelis regis. Visio qua erudivit eum mater sua.

[2]Quid, dilecte mi? quid, dilecte uteri mei? quid, dilecte votorum meorum?

[3]Ne dederis mulieribus substantiam tuam, et divitias tuas ad delendos reges.

[4]Noli regibus, o Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas;

[5]et ne forte bibant, et obliviscantur judiciorum, et mutent causam filiorum pauperis.

[6]Date siceram mœrentibus, et vinum his qui amaro sunt animo.

[7]Bibant, et obliviscantur egestatis suæ, et doloris sui non recordentur amplius.

[8]Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt.

[9]Aperi os tuum, decerne quod justum est, et judica inopem et pauperem.

[10]Mulierem fortem quis inveniet? procul et de ultimis finibus pretium ejus.

[11]Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit.

[12] Ela lhe proporciona o bem, nunca o mal, em todos os dias de sua vida.

[13] Ela procura lã e linho e trabalha com mão alegre.

[14] Semelhante ao navio do mercador, manda vir seus víveres de longe.

[15] Levanta-se, ainda de noite, distribui a comida à sua casa e a tarefa às suas servas.

[16] Ela encontra uma terra, adquire-a. Planta uma vinha com o ganho de suas mãos.

[17] Cinge os rins de fortaleza, revigora seus braços.

[18] Alegra-se com o seu lucro, e sua lâmpada não se apaga durante a noite.

[19] Põe a mão na roca, seus dedos manejam o fuso.

[20] Estende os braços ao infeliz e abre a mão ao indigente.

[21] Ela não teme a neve em sua casa, porque toda a sua família tem vestes duplas.

[22] Faz para si cobertas: suas vestes são de linho fino e de púrpura.

[23] Seu marido é considerado nas portas da cidade, quando se senta com os anciãos da terra.

[24] Tece linho e o vende, fornece cintos ao mercador.

[25] Fortaleza e graça lhe servem de ornamentos; ri-se do dia de amanhã.

[26] Abre a boca com sabedoria, amáveis instruções surgem de sua língua.

[27] Vigia o andamento de sua casa e não come o pão da ociosidade.

[28] Seus filhos se levantam para proclamá-la bem-aventurada e seu marido para elogiá-la.

[29] “Muitas mulheres demonstram vigor, mas tu excedes a todas.”

[30] A graça é falaz e a beleza é vã; a mulher inteligente é a que se deve louvar.

[31] Dai-lhe o fruto de suas mãos e que suas obras a louvem nas portas da cidade.

[12]Reddet ei bonum, et non malum, omnibus diebus vitæ suæ.

[13]Quæsivit lanam et linum, et operata est consilia manuum suarum.

[14]Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum.

[15]Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, et cibaria ancillis suis.

[16]Consideravit agrum, et emit eum; de fructu manuum suarum plantavit vineam.

[17]Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum.

[18]Gustavit, et vidit quia bona est negotiatio ejus; non extinguetur in nocte lucerna ejus.

[19]Manum suam misit ad fortia, et digiti ejus apprehenderunt fusum.

[20]Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem.

[21]Non timebit domui suæ a frigoribus nivis; omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus.

[22]Stragulatam vestem fecit sibi; byssus et purpura indumentum ejus.

[23]Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ.

[24]Sindonem fecit, et vendidit, et cingulum tradidit Chananæo.

[25]Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo.

[26]Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua ejus.

[27]Consideravit semitas domus suæ, et panem otiosa non comedit.

[9] Jovem, rejubila-te na tua adolescência e, enquanto ainda és jovem, entrega teu coração à alegria. Anda nos caminhos de teu coração e segundo os olhares de teus olhos, mas fica sabendo que de tudo isso Deus te fará prestar conta!

[10] Afasta a tristeza do teu coração e poupa o sofrimento a teu corpo, porque a juventude e a adolescência são passageiras.

## Eclesiastes 12

[1] Lembra-te do teu Criador nos dias da tua juventude, antes que venham os maus dias e que apareçam os anos dos quais dirás: “Não sinto prazer neles!”.

[2] Antes que se escureçam o sol, a luz, a lua e as estrelas, e que à chuva sucedam as nuvens;

[3] anos nos quais tremem os guardas da casa, nos quais se curvam os homens robustos e param de moer as moleiras pouco numerosas, nos quais se escurecem aqueles que olham pelas janelas,

[4] nos quais se fecham para a rua os dois batentes da porta, nos quais se enfraquece o ruído do moinho, nos quais os homens se levantam ao canto do passarinho, nos quais se extingue o som da voz,

[5] nos quais se temem as subidas; nos quais se terão sobressaltos no caminho, nos quais a amendoeira branqueia, nos quais o gafanhoto engorda, nos quais a alcaparra perde a sua eficácia, porque o homem se encaminha para a morada eterna e os carpidores percorrem as ruas.

[6] Antes que se rompa o cordão de prata, que se despedace a lâmpada de ouro, antes que se quebre a bilha na fonte, e que se fenda a roldana sobre a cisterna;

[7] antes que a poeira retorne à terra para se tornar o que era; e antes que o sopro de vida retorne a Deus que o deu.

[8] fugacidade das fugacidades, diz o Eclesiastes, tudo é fugaz.

[9]Lætare ergo, juvenis, in adolescentia tua, et in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ: et ambula in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum, et scito quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium.

[10]Aufer iram a corde tuo, et amove malitiam a carne tua: adolescentia enim et voluptas vana sunt.

## Ecclesiastes 12

[1]Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, et appropinquent anni de quibus dicas: Non mihi placent;

[2]antequam tenebrescat sol, et lumen, et luna, et stellæ, et revertantur nubes post pluviam;

[3]quando commovebuntur custodes domus, et nutabunt viri fortissimi, et otiosæ erunt molentes in minuto numero, et tenebrescent videntes per foramina;

[4]et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, et consurgent ad vocem volucris, et obsurdescent omnes filiæ carminis:

[5]excelsa quoque timebunt, et formidabunt in via. Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, et dissipabitur capparis, quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, et circuibunt in platea plangentes.

[6]Antequam rumpatur funiculus argenteus, et recurrat vitta aurea, et conteratur hydria super fontem, et confringatur rota super cisternam,

[7]et revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.

[8]Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, et omnia vanitas.

[9]Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, et enarravit quæ fecerat; et investigans composuit parabolas multas.

[10]Quæsivit verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos.

[9] Além de ser sábio, o Eclesiastes ensinou a ciência ao povo. Ele pesou, perscrutou e dispôs numerosas máximas.

[10] O Eclesiastes aplicou-se à procura de sentenças agradáveis e a redigir com exatidão adágios verídicos.

[11] As palavras dos sábios são semelhantes a aguilhões, e as sentenças, reunidas em coleção, são parecidas a estacas plantadas, inspiradas por um só pastor.

[12] De resto, meu filho, quanto ao maior número de palavras que estas, fica sabendo que se podem multiplicar os livros a não mais acabar, e que muito estudo se torna uma fadiga para o corpo.

[13] Em conclusão: tudo bem entendido, teme a Deus e observa seus preceitos, é este o dever de todo homem.

[14] Deus fará prestar contas de tudo o que está oculto, todo ato, seja ele bom ou mau.

[11]Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno.

[12]His amplius, fili mi, ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis; frequensque meditatio, carnis afflictio est.

[13]Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, et mandata ejus observa: hoc est enim omnis homo,

[14]et cuncta quæ fiunt adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.

| Cântico dos Cânticos | Canticum Canticorum |
|---|---|

## Cântico dos Cânticos 1

[1] O mais belo dos Cânticos de Salomão.

[2] – Ah! Beija-me com os beijos de tua boca! Porque os teus amores são mais deliciosos que o vinho,

[3] e suave é a fragrância de teus perfumes; o teu nome é como um perfume derramado: por isso, amam-te as jovens.

[4] Arrasta-me após ti; corramos! O rei introduziu-me nos seus aposentos. Exultaremos de alegria e de júbilo em ti. Tuas carícias nos inebriarão mais que o vinho. Quanta razão há de te amar!

[5] Sou morena, mas sou bela, ó filhas de Jerusalém, como as tendas de Cedar, como os pavilhões de Salomão.

[6] Não repareis em minha tez morena, pois fui queimada pelo sol. Os filhos de minha mãe irritaram-se contra mim; puseram-me a guardar as vinhas, mas não guardei a minha própria vinha.

[7] Dize-me, ó tu, que meu coração ama, onde apascentas o teu rebanho, onde o levas a repousar ao meio-dia, para que eu não ande vagueando junto aos rebanhos dos teus companheiros.

[8] – Se não o sabes, ó tu, a mais bela das mulheres, vai, segue as pisadas das ovelhas e apascenta os cabritos junto às cabanas dos pastores.

[9] – À égua dos carros do faraó eu te comparo, ó minha amada.

[10] Tuas faces são graciosas entre os brincos, e o teu pescoço entre colares de pérolas.

[11] Faremos para ti brincos de ouro com glóbulos de prata.

[12] – Enquanto o rei descansa em seu divã, meu nardo exala o seu perfume.

[13] O meu bem-amado é para mim como um saquitel de mirra que repousa entre os meus seios;

## Canticum Canticorum 1

[1]

*Sponsa Osculetur me osculo oris sui;*

quia meliora sunt ubera tua vino,

[2]fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum; ideo adolescentulæ dilexerunt te.

[3]

*Chorus Adolescentularum Trahe me, post te curremus*

in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua; exsultabimus et lætabimur in te, memores uberum tuorum super vinum. Recti diligunt te.

[4]

*Sponsa Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem,*

sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

[5]Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol. Filii matris meæ pugnaverunt contra me; posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodivi.

[6]Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

[7]

*Sponsus Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres,*

egredere, et abi post vestigia gregum, et pasce hædos tuos juxta tabernacula pastorum.

[8]Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.

[9]Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis; collum tuum sicut monilia.

[10]Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.

[11]

*Sponsa Dum esset rex in accubitu suo,*

nardus mea dedit odorem suum.



AVE-MARIA

[14] o meu bem-amado é para mim um cacho de uvas nas vinhas de Engadi.

[15] – Como és formosa, amada minha! Como és bela! Teus olhos são como pombas.

[16] – Como és belo, meu amado! Como és encantador! O nosso leito é um leito verdejante.

[17] As vigas de nossa casa são de cedro, suas traves, de cipreste!

[12]Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi; inter ubera mea commorabitur.

[13]Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.

[14]

*Sponsus Ecce tu pulchra es, amica mea! ecce tu pulchra es!*

Oculi tui columbarum.

[15]

*Sponsa Ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus!*

Lectulus noster floridus.

[16]Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

## Cântico dos Cânticos 2

[1] Sou o narciso de Saron, o lírio dos vales.

[2] – Como o lírio entre os espinhos, assim é minha amada entre as jovens.

[3] – Como a macieira entre as árvores da floresta, assim é o meu amado entre os jovens; gosto de sentar-me à sua sombra, e seu fruto é doce à minha boca.

[4] Ele introduziu-me num celeiro, e o estandarte, que levanta sobre mim, é o amor.

[5] Restaurou-me com tortas de uva, fortaleceu-me com maçãs, porque estou enferma de amor.

[6] Sua mão esquerda está sob minha cabeça, e sua direita abraça-me.

[7] – Conjuro-vos, ó filhas de Jerusalém, pelas gazelas e as corças dos campos, que não desperteis nem perturbeis o amor, até que ele o queira.

[8] – Oh, esta é a voz do meu amado! Ei-lo que aí vem, saltando sobre os montes, pulando sobre as colinas.

[9] Meu amado é como a gazela ou como um cervozinho. Ei-lo que está atrás da nossa parede. Olha pela janela, espreita pelas grades.

[10] Meu bem-amado disse-me: “Levanta-te, minha amada; vem, formosa minha.

## Canticum Canticorum 2

[1]Ego flos campi, et lilium convallium.

[2]

*Sponsus Sicut lilium inter spinas,*

sic amica mea inter filias.

[3]

*Sponsa Sicut malus inter ligna silvarum,*

sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desideraveram sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo.

[4]Introduxit me in cellam vinariam; ordinavit in me caritatem.

[5]Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

[6]Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.

[7]

*Sponsus Adjuro vos, filiæ Jerusalem,*

per capreas cervosque camporum, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.

[8]

*Sponsa Vox dilecti mei; ecce iste venit,*

saliens in montibus, transiliens colles.

[9]Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

[10]En dilectus meus loquitur mihi.

[11] Eis que o inverno passou: cessaram e desapareceram as chuvas.

[12] Apareceram as flores na nossa terra, voltou o tempo das canções. Em nossas terras já se ouve a voz da rola.

[13] A figueira já começa a dar os seus figos, e a vinha em flor exala o seu perfume; levanta-te, minha amada, formosa minha, e vem.

[14] Minha pomba, oculta nas fendas do rochedo, e nos abrigos das rochas escarpadas, mostra-me o teu rosto, faze-me ouvir a tua voz. Tua voz é tão doce e delicado teu rosto!".

[15] – Apanhai-nos as raposas, essas pequenas raposas que devastam nossas vinhas, pois nossas vinhas estão em flor.

[16] – Meu bem-amado é para mim, e eu para ele; ele apascenta entre os lírios.

[17] Antes que sopre a brisa do dia, e se estendam as sombras, volta, ó meu amado, como a gazela ou o cervozinho para os montes escarpados.

*Sponsus Surge, propera, amica mea,*

columba mea, formosa mea, et veni:

[11]jam enim hiems transiit; imber abiit, et recessit.

[12]Flores apparuerunt in terra nostra; tempus putationis advenit: vox turturis audita est in terra nostra;

[13]ficus protulit grossos suos; vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni:

[14]columba mea, in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua decora.

[15]

*Sponsa Capite nobis vulpes parvulas*

quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.

[16]Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia,

[17]donec aspiret dies, et inclinentur umbræ. Revertere; similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloque cervorum super montes Bether.

## Cântico dos Cânticos 3

[1] Durante a noite, no meu leito, busquei o meu amado; procurei-o, sem encontrá-lo.

[2] Vou levantar-me e percorrer a cidade, as ruas e as praças, em busca daquele que meu coração ama; procurei-o, sem encontrá-lo.

[3] Os guardas encontraram-me quando faziam a sua ronda na cidade. "Vistes acaso aquele que meu coração ama?"

[4] Mal passara por eles, encontrei aquele que meu coração ama. Segurei-o, e não o largarei antes que o tenha introduzido na casa de minha mãe, no quarto daquela que me concebeu.

[5] – Conjuro-vos, ó filhas de Jerusalém, pelas gazelas e corças do campo, não desperteis nem perturbeis o amor, até que ele o queira.

[6] – Que é aquilo que sobe do deserto como colunas de fumaça, exalando o perfume de mirra e de incenso, e de todos os aromas dos mercadores?

## Canticum Canticorum 3

[1]In lectulo meo, per noctes, quæsivi quem diligit anima mea: quæsivi illum, et non inveni.

[2]Surgam, et circuibo civitatem: per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea: quæsivi illum, et non inveni.

[3]Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea vidistis?

[4]Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, et in cubiculum genetricis meæ.

[5]

*Sponsus Adjuro vos, filiæ Jerusalem,*

per capreas cervosque camporum, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

[6]

[7] É a liteira de Salomão, escoltada por sessenta guerreiros, sessenta valentes de Israel.

[8] Todos hábeis manejadores da espada, e exercitados no combate; cada um deles leva a espada ao lado por causa dos terrores noturnos.

[9] O rei Salomão mandou fazer para si uma liteira de madeira do Líbano.

[10] Suas colunas são feitas de prata, seu encosto, de ouro, seu assento, de púrpura. O interior é bordado pelo amor das filhas de Jerusalém.

[11] Saí, ó filhas de Sião, contemplai o rei Salomão, ostentando o diadema recebido de sua mãe no dia de suas núpcias, no dia da alegria de seu coração.

*Chorus Quæ est ista quæ ascendit per desertum*

sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, et thuris, et universi pulveris pigmentarii?

[7]En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël,

[8]omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.

[9]Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani;

[10]columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum; media caritate constravit, propter filias Jerusalem.

[11]Egredimini et videte, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus.

## Cântico dos Cânticos 4

[1] – Tu és bela, minha querida, tu és formosa! Através do teu véu os teus olhos são como pombas, teus cabelos são como um rebanho de cabras, descendo impetuosas pela montanha de Galaad,

[2] teus dentes são como um rebanho de ovelhas tosquiadas que saem do banho; cada uma leva dois cordeirinhos gêmeos, e nenhuma há estéril entre elas.

[3] Teus lábios são como um fio de púrpura, e graciosa é tua boca. Tua face é como um pedaço de romã debaixo do teu véu;

[4] teu pescoço é semelhante à torre de Davi, construída para depósito de armas. Aí estão pendentes mil escudos, todos os escudos dos valentes.

[5] Os teus dois seios são como filhotes gêmeos de uma gazela, pastando entre os lírios.

[6] Antes que sopre a brisa do dia, e se estendam as sombras, irei ao monte da mirra, e à colina do incenso.

[7] És toda bela, ó minha amada, e não há mancha em ti.

## Canticum Canticorum 4

[1]

*Sponsus Quam pulchra es, amica mea! quam pulchra es!*

Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad.

[2]Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lavacro; omnes gemellis fœtibus, et sterilis non est inter eas.

[3]Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet.

[4]Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis; mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

[5]Duo ubera tua sicut duo hinnuli, capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.

[6]Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ, vadam ad montem myrrhæ, et ad collem thuris.

[7]Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.

[8] Vem comigo do Líbano, ó esposa, vem comigo do Líbano! Olha dos cumes do Amaná, do cimo de Sanir e do Hermon, das cavernas dos leões, dos esconderijos das panteras.

[9] Tu me fazes delirar, minha irmã, minha noiva, tu me fazes delirar com um só dos teus olhares, com um só colar do teu pescoço.

[10] Como são deliciosas as tuas carícias, minha irmã, minha noiva! Mais deliciosos que o vinho são teus amores, e o odor dos teus perfumes excede o de todos os aromas!

[11] Teus lábios, ó noiva, destilam o mel; há mel e leite sob a tua língua. O perfume de tuas vestes é como o perfume do Líbano.

[12] És um jardim fechado, minha irmã, minha noiva, uma nascente fechada, uma fonte selada.

[13] Teus rebentos são como um bosque de romãs com frutos deliciosos; com ligústica e nardo,

[14] nardo e açafrão, canela e cinamomo, com todas as árvores de incenso, mirra e aloés, com os bálsamos mais preciosos.

[15] És a fonte do meu jardim, uma fonte de água viva, um riacho que corre do Líbano.

[16] – Levanta-te, vento do norte, vem tu, vento do sul. Sopra no meu jardim para que se espalhem os meus perfumes. Entre meu amado no seu jardim, prove-lhe os frutos deliciosos.

[8]Veni de Libano, sponsa mea: veni de Libano, veni, coronaberis: de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

[9]Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa; vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.

[10]Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa! pulchriora sunt ubera tua vino, et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

[11]Favus distillans labia tua, sponsa; mel et lac sub lingua tua: et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

[12]Hortus conclusus soror mea, sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

[13]Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, cypri cum nardo.

[14]Nardus et crocus, fistula et cinnamomum, cum universis lignis Libani; myrrha et aloë, cum omnibus primis unguentis.

[15]Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.

[16]

*Sponsa Surge, aquilo, et veni, auster:*

perfla hortum meum, et fluant aromata illius.

## Cântico dos Cânticos 5

[1] – Entro no meu jardim, minha irmã, minha noiva, colho a minha mirra e o meu bálsamo, como o meu favo com meu mel, bebo o meu vinho com o meu leite. Amigos, comei e bebei; inebriai-vos, ó caríssimos.

[2] Eu dormia, mas meu coração velava. Eis a voz do meu amado. Ele bate. Abre-me, minha irmã, minha amada, minha pomba, minha perfeita; minha cabeça está coberta de orvalho, e os cachos de meus cabelos cheios das gotas da noite.

## Canticum Canticorum 5

[1]Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorum suorum.

*Sponsus Veni in hortum meum, soror mea, sponsa;*

messui myrrham meam cum aromatibus meis; comedi favum cum melle meo; bibi vinum meum cum lacte meo; comedite, amici, et bibite, et inebriamini, carissimi.

[2]

*Sponsa Ego dormio, et cor meum vigilat.*

Vox dilecti mei pulsantis:

*Sponsus Aperi mihi, soror mea, amica mea,*

[3] Tirei minha túnica; como irei revesti-la? Lavei os meus pés; por que sujá-los de novo?

[4] Meu bem-amado passou a mão pela abertura (da porta) e o meu coração estremeceu.

[5] Levantei-me para abrir ao meu amado; a mirra escorria de minhas mãos, de meus dedos a mirra líquida sobre os trincos do ferrolho.

[6] Abri ao meu bem-amado, mas ele já se tinha ido, já tinha desaparecido; ouvindo-o falar, eu ficava fora de mim. Procurei-o e não o encontrei; chamei-o, mas ele não respondeu.

[7] Os guardas encontraram-me, quando faziam sua ronda na cidade. Bateram-me, feriram-me, arrancaram-me o manto os guardas das muralhas.

[8] Conjuro-vos, ó filhas de Jerusalém, se encontrardes o meu amado, que lhe haveis de dizer? Dizei-lhe que estou enferma de amor.

[9] – Que tem o teu bem-amado a mais que os outros, ó tu, a mais bela das mulheres? Que tem o teu bem-amado a mais que os outros, para que assim nos conjures?

[10] – Meu amado é forte e corado, distingue-se entre dez mil.

[11] Sua cabeça é de ouro puro, seus cachos flexíveis são negros como o corvo.

[12] Seus olhos são como pombas à beira dos regatos, banhando-se em leite, pousadas nas praias.

[13] Suas faces são um jardim perfumado onde crescem plantas perfumadas. Seus lábios são lírios que destilam mirra líquida.

[14] Suas mãos são argolas de ouro incrustadas de pedrarias. Seu corpo é um bloco de marfim recoberto de safiras.

[15] Suas pernas são colunas de alabastro erguidas sobre pedestais de ouro puro. Seu aspecto é como o do Líbano, imponente como os cedros.

columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctium.

3

*Sponsa Expoliavi me tunica mea: quomodo induar illa?*

lavi pedes meos: quomodo inquinabo illos?

[4]Dilectus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum ejus.

[5]Surrexi ut aperirem dilecto meo; manus meæ stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima.

[6]Pessulum ostii mei aperui dilecto meo, at ille declinaverat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est; quæsivi, et non inveni illum; vocavi, et non respondit mihi.

[7]Invenerunt me custodes qui circumeunt civitatem; percusserunt me, et vulneraverunt me. Tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

[8]Adjuro vos, filiæ Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuntietis ei quia amore langueo.

9

*Chorus Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum?*

qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos?

10

*Sponsa Dilectus meus candidus et rubicundus;*

electus ex millibus.

[11]Caput ejus aurum optimum; comæ ejus sicut elatæ palmarum, nigræ quasi corvus.

[12]Oculi ejus sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, et resident juxta fluenta plenissima.

[13]Genæ illius sicut areolæ aromatum, consitæ a pigmentariis. Labia ejus lilia, distillantia myrrham primam.

[14]Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Venter ejus eburneus, distinctus sapphiris.

[16] Sua boca é cheia de doçura, tudo nele é encanto. Assim é o meu amigo, tal é o meu amado, ó filhas de Jerusalém!

[15]Crura illius columnæ marmoreæ quæ fundatæ sunt super bases aureas. Species ejus ut Libani, electus ut cedri.

[16]Guttur illius suavissimum, et totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filiæ Jerusalem.

[17]

*Chorus Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum?*

quo declinavit dilectus tuus? et quæremus eum tecum.

## Cântico dos Cânticos 6

[1] – Para onde foi o teu amado, ó tu, a mais bela das mulheres? Para onde se retirou o teu amado? Nós o buscaremos contigo.

[2] – O meu bem-amado desceu ao seu jardim, aos canteiros perfumados; para apascentar em meu jardim, e colher lírios.

[3] Eu sou do meu amado e meu amado é meu. Ele apascenta entre os lírios.

[4] – És formosa, amada minha, como Tirsa, graciosa como Jerusalém, temível como um exército em ordem de batalha.

[5] Desvia de mim os teus olhos, porque eles me fascinam. Teus cabelos são como um rebanho de cabras descendo impetuosamente pelas encostas de Galaad.

[6] Teus dentes são como um rebanho de ovelhas que sobem do banho; cada uma leva dois (cordeirinhos) gêmeos, e nenhuma delas é estéril.

[7] Tua face é como um pedaço de romã debaixo do teu véu.

[8] Há sessenta rainhas, oitenta concubinas, e inumeráveis jovens mulheres;

[9] uma, porém, é a minha pomba, uma só a minha perfeita; ela é a única de sua mãe, a predileta daquela que a deu à luz. Ao vê-la, as donzelas proclamam-na bem-aventurada, rainhas e concubinas a louvam.

[10] Quem é esta que surge como a aurora, bela como a lua, brilhante como o sol, temível como um exército em ordem de batalha?

## Canticum Canticorum 6

[1]

*Sponsa Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum,*

ut pascatur in hortis, et lilia colligat.

[2]Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.

[3]

*Sponsus Pulchra es, amica mea;*

suavis, et decora sicut Jerusalem; terribilis ut castrorum acies ordinata.

[4]Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum quæ apparuerunt de Galaad.

[5]Dentes tui sicut grex ovium quæ ascenderunt de lavacro: omnes gemellis fœtibus, et sterilis non est in eis.

[6]Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ, absque occultis tuis.

[7]Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ, et adolescentularum non est numerus.

[8]Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genetrici suæ. Viderunt eam filiæ, et beatissimam prædicaverunt; reginæ et concubinæ, et laudaverunt eam.

[9]Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

[10]

*Sponsa Descendi in hortum nucum,*

[11] Eu desci ao jardim das nogueiras para ver a nova vegetação dos vales, e para ver se a vinha crescia e se as romãzeiras estavam em flor.

[12] Eu não o sabia; minha alma colocou-me nos carros de Aminadab.

ut viderem poma convallium, et inspicerem si floruisset vinea, et germinassent mala punica.

[11]Nescivi: anima mea conturbavit me, propter quadrigas Aminadab.

[12]

*Chorus Revertere, revertere, Sulamitis!*

revertere, revertere ut intueamur te.

## Cântico dos Cânticos 7

[1] – Volta, volta, ó Sulamita; volta, volta, para que nós te vejamos. – Por que olhais a Sulamita, quando ela entra na dança de Maanaim?

[2] – Como são graciosos os teus pés nas tuas sandálias, filha de príncipe! A curva de teus quadris assemelha-se a um colar, obra de mãos de artista;

[3] teu umbigo é uma taça redonda, cheia de vinho perfumado; teu corpo é um monte de trigo cercado de lírios;

[4] teus dois seios são como dois filhotes gêmeos de uma gazela;

[5] teu pescoço é uma torre de marfim; teus olhos são as fontes de Hesebon junto à porta de Bat-Rabim. Teu nariz é como a torre do Líbano, que olha para os lados de Damasco;

[6] tua cabeça ergue-se sobre ti como o Carmelo; tua cabeleira é como a púrpura, e um rei se acha preso aos seus cachos.

[7] – Como és bela e graciosa, ó meu amor, ó minhas delícias!

[8] Teu porte assemelha-se ao da palmeira, de que teus dois seios são os cachos.

[9] "Vou subir à palmeira – disse eu comigo mesmo – e colherei os seus frutos." Sejam-me os teus seios como cachos da vinha.

[10] E o perfume de tua boca como o odor das maçãs; teus beijos são como um vinho delicioso que corre para o bem-amado, umedecendo-lhe os lábios na hora do sono.

[11] – Eu sou para o meu amado o objeto de seus desejos.

## Canticum Canticorum 7

[1]

*Sponsa Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?*

*Chorus Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis!*

Juncturæ femorum tuorum sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis.

[2]Umbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis. Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis.

[3]Duo ubera tua sicut duo hinnuli, gemelli capreæ.

[4]Collum tuum sicut turris eburnea; oculi tui sicut piscinæ in Hesebon quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

[5]Caput tuum ut Carmelus; et comæ capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus.

[6]

*Sponsus Quam pulchra es, et quam decora,*

carissima, in deliciis!

[7]Statura tua assimilata est palmæ, et ubera tua botris.

[8]Dixi: Ascendam in palmam, et apprehendam fructus ejus; et erunt ubera tua sicut botri vineæ, et odor oris tui sicut malorum.

[9]Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque et dentibus illius ad ruminandum.

[10]

*Sponsa Ego dilecto meo,*

et ad me conversio ejus.

[11]Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

[12] Vem, meu bem-amado, saiamos ao campo, passemos a noite nos pomares;

[13] pela manhã iremos às vinhas, para ver se a vinha lançou rebentos, se as suas flores se abrem, se as romãzeiras estão em flor. Ali te darei as minhas carícias.

[14] As mandrágoras exalam o seu perfume; temos à nossa porta frutos excelentes, novos e velhos que guardei para ti, meu bem-amado.

[12]Mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica; ibi dabo tibi ubera mea.

[13]Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris omnia poma: nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi.

## Cântico dos Cânticos 8

[1] Ah, se fosses meu irmão, amamentado ao seio de minha mãe! Então, encontrando-te fora, poderia beijar-te sem que ninguém me censurasse.

[2] Eu te levaria, te faria entrar na casa de minha mãe; te daria a beber vinho perfumado, licor de minhas romãs.

[3] Sua mão esquerda está sob a minha cabeça, e sua direita abraça-me.

[4] – Conjuro-vos, ó filhas de Jerusalém, não desperteis nem perturbeis o amor, antes que ele o queira.

[5] – Quem é esta que sobe do deserto apoiada em seu bem-amado? – Sob a macieira eu te despertei, onde em dores te deu à luz tua mãe, onde em dores te pôs no mundo tua mãe.

[6] – Põe-me como um selo sobre o teu coração, como um selo sobre os teus braços; porque o amor é forte como a morte, a paixão é violenta como o Sheol. Suas centelhas são centelhas de fogo, uma chama divina.

[7] As torrentes não poderiam extinguir o amor, nem os rios o poderiam submergir. Se alguém desse toda a riqueza de sua casa em troca do amor, só obteria desprezo.

[8] Temos uma irmã pequenina que não tem ainda os seus seios formados. Que faremos nós de nossa irmã no dia em que for pedida em casamento?

[9] Se ela é um muro, construiremos sobre ela ameias de prata. Se é uma porta, a fecharemos com batentes de cedro.

## Canticum Canticorum 8

[1]Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, et deosculer te, et jam me nemo despiciat?

[2]Apprehendam te, et ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum.

[3]Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.

[4]

*Sponsus Adjuro vos, filiæ Jerusalem,*

ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

[5]

Chorus *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens,*

innixa super dilectum suum?

*Sponsus Sub arbore malo suscitavi te;*

ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

[6]

*Sponsa Pone me ut signaculum super cor tuum,*

ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: lampades ejus lampades ignis atque flammarum.

[7]Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

[8]

*Chorus Fratrum Soror nostra parva,*

10 – Ora, eu sou um muro, e meus seios são como torres; por isso, sou aos seus olhos uma fonte de alegria.

11 Salomão tinha uma videira em Baal-Hamon. Confiou-a aos guardas: cada um dos quais devia dar mil siclos de prata pelos frutos colhidos.

12 Eu disponho de minha videira: mil siclos para ti, Salomão! Duzentos para aqueles que velam pela colheita.

13 – Os amigos estão atentos. Ó tu, que habitas nos jardins, faze-me ouvir a tua voz.

14 – Foge, meu bem-amado, como a gazela, ou como o cervozinho sobre os montes perfumados!

et ubera non habet; quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?

9Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea; si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

10

*Sponsa Ego murus, et ubera mea sicut turris,*

ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens.

11

*Chorus Fratrum Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos:*

tradidit eam custodibus; vir affert pro fructu ejus mille argenteos.

12

*Sponsa Vinea mea coram me est.*

Mille tui pacifici, et ducenti his qui custodiunt fructus ejus.

13

*Sponsus Quæ habitas in hortis, amici auscultant;*

fac me audire vocem tuam.

14

*Sponsa Fuge, dilecte mi, et assimilare capreæ,*

hinnuloque cervorum super montes aromatum.

| Sabedoria | Sapientia |
|---|---|

## Sabedoria 1

[1] Amai a justiça, vós que governais a terra, tende para com o Senhor sentimentos perfeitos, e procurai-o na simplicidade do coração,

[2] porque ele é encontrado pelos que não o tentam, e se revela aos que não lhe recusam sua confiança;

[3] com efeito, os pensamentos tortuosos afastam de Deus, e o seu poder, posto à prova, triunfa dos insensatos.

[4] A sabedoria não entrará na alma perversa, nem habitará no corpo sujeito ao pecado;

[5] o Espírito Santo educador das almas fugirá da perfídia, se afastará dos pensamentos insensatos, e a iniquidade que sobrevém o repelirá.

[6] Sim, a sabedoria é um espírito que ama os homens, mas não deixará sem castigo o blasfemador pelo crime de seus lábios, porque Deus lhe sonda os rins, penetra até o fundo de seu coração, e ouve as suas palavras.

[7] Com efeito, o Espírito do Senhor enche o universo, e ele, que tem unidas todas as coisas, ouve toda voz.

[8] Aquele que profere uma linguagem iníqua, não pode fugir dele, e a justiça vingadora não o deixará escapar;

[9] pois os próprios desígnios do ímpio serão cuidadosamente examinados; o som de suas palavras chegará até o Senhor, que lhe imporá o castigo pelos seus pecados.

[10] É, com efeito, um ouvido cioso, que tudo ouve: nem a menor murmuração lhe passa despercebida.

[11] Acautelai-vos, pois, de queixar-vos inutilmente, evitai que vossa língua se entregue à crítica, porque até mesmo uma palavra secreta não ficará sem castigo, e a boca que acusa com injustiça arrasta a alma à morte.

## Sapientia 1

[1]Diligite justitiam, qui judicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quærite illum:

[2]quoniam invenitur ab his qui non tentant illum, apparet autem eis qui fidem habent in illum.

[3]Perversæ enim cogitationes separant a Deo; probata autem virtus corripit insipientes.

[4]Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

[5]Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate.

[6]Benignus est enim spiritus sapientiæ, et non liberabit maledicum a labiis suis: quoniam renum illius testis est Deus, et cordis illius scrutator est verus, et linguæ ejus auditor.

[7]Quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.

[8]Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium.

[9]In cogitationibus enim impii interrogatio erit; sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.

[10]Quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non abscondetur.

[11]Custodite ergo vos a murmuratione quæ nihil prodest, et a detractione parcite linguæ: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit, os autem quod mentitur occidit animam.

[12]Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.

12 Não procureis a morte por uma vida desregrada, não sejais o próprio artífice de vossa perda.

13 Deus não é o autor da morte, a perdição dos vivos não lhe dá alegria alguma.

14 Ele criou tudo para a existência, e as criaturas do mundo devem cooperar para a salvação. Nelas nenhum princípio é funesto, e a morte não é a rainha da terra,

15 porque a justiça é imortal.

16 Mas a morte os ímpios a chamam com o gesto e a voz. Crendo-a amiga, consomem-se de desejos, e fazem aliança com ela; de fato, eles merecem ser sua presa.

13Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.

14Creavit enim ut essent omnia, et sanabiles fecit nationes orbis terrarum: et non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra.

15Justitia enim perpetua est, et immortalis.

16Impii autem manibus et verbis accersierunt illam, et æstimantes illam amicam, defluxerunt; et sponsiones posuerunt ad illam, quoniam digni sunt qui sint ex parte illius.

## Sabedoria 2

1 Dizem, com efeito, nos seus falsos raciocínios: "Curta é a nossa vida, e cheia de tristezas; para a morte não há remédio algum; não há notícia de alguém que tenha voltado da região dos mortos.

2 Um belo dia nascemos e, depois disso, seremos como se jamais tivéssemos sido! É fumaça a respiração de nossos narizes, e nosso pensamento, uma centelha que salta do bater de nosso coração!

3 Extinta ela, nosso corpo se tornará pó, e o nosso espírito se dissipará como um vapor inconsistente!

4 Com o tempo nosso nome cairá no esquecimento, e ninguém se lembrará de nossas obras. Nossa vida passará como os traços de uma nuvem, ela desvanecerá como uma névoa que os raios do sol expulsam, e que seu calor dissipa.

5 A passagem de uma sombra: eis a nossa vida, e nenhum reinício é possível uma vez chegado o fim, porque o selo lhe é aposto e ninguém volta.

6 Vinde, portanto! Aproveitemo-nos das boas coisas que existem! Vivamente gozemos das criaturas durante nossa juventude!

7 Inebriemo-nos de vinhos preciosos e de perfumes, e não deixemos passar a flor da primavera!

## Sapientia 2

1Dixerunt enim cogitantes apud se non recte: Exiguum et cum tædio est tempus vitæ nostræ, et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis.

2Quia ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tamquam non fuerimus. Quoniam fumus flatus est in naribus nostris, et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum:

3qua extincta, cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tamquam mollis aër; et transibit vita nostra tamquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur quæ fugata est a radiis solis, et a calore illius aggravata.

4Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, et nemo memoriam habebit operum nostrorum.

5Umbræ enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri: quoniam consignata est, et nemo revertitur.

6Venite ergo, et fruamur bonis quæ sunt, et utamur creatura tamquam in juventute celeriter.

7Vino pretioso et unguentis nos impleamus, et non prætereat nos flos temporis.

8Coronemus nos rosis antequam marcescant; nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra:

[8] Coroemo-nos de botões de rosas antes que eles murchem!

[9] Ninguém de nós falte à nossa orgia; em toda parte deixemos sinais de nossa alegria, porque esta é a nossa parte, esta a nossa sorte!

[10] Tiranizemos o justo na sua pobreza, não poupemos a viúva, e não tenhamos consideração com os cabelos brancos do ancião!

[11] Que a nossa força seja o critério do direito, porque o fraco, em verdade, não serve para nada.

[12] Cerquemos o justo, porque ele nos incomoda; é contrário às nossas ações; ele nos censura por violar a lei e nos acusa de contrariar a nossa educação.

[13] Ele se gaba de conhecer a Deus, e se chama a si mesmo filho do Senhor!

[14] Sua existência é uma censura às nossas ideias; basta sua vista para nos importunar.

[15] Sua vida, com efeito, não se parece com as outras, e os seus caminhos são muito diferentes.

[16] Ele nos tem por uma moeda de mau quilate, e afasta-se de nossos caminhos como de manchas. Julga feliz a morte do justo, e gloria-se de ter Deus por pai.

[17] Vejamos, pois, se suas palavras são verdadeiras, e experimentemos o que acontecerá quando da sua morte,

[18] porque, se o justo é filho de Deus, Deus o defenderá, e o tirará das mãos dos seus adversários.

[19] Provemo-lo por ultrajes e torturas, a fim de conhecer a sua doçura e estarmos cientes de sua paciência.

[20] Condenemo-lo a uma morte infame. Porque, conforme ele, Deus deve intervir".

[21] Eis o que pensam, mas enganam-se, sua malícia os cega:

[22] eles desconhecem os segredos de Deus, não esperam que a santidade seja recompensada, e não acreditam na glorificação das almas puras.

[9]nemo nostrum exsors sit luxuriæ nostræ. Ubique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, et hæc est sors.

[10]Opprimamus pauperem justum, et non parcamus viduæ, nec veterani revereamur canos multi temporis:

[11]sit autem fortitudo nostra lex justitiæ; quod enim infirmum est, inutile invenitur.

[12]Circumveniamus ergo justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et improperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.

[13]Promittit se scientiam Dei habere, et filium Dei se nominat.

[14]Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum.

[15]Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, et immutatæ sunt viæ ejus.

[16]Tamquam nugaces æstimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris tamquam ab immunditiis, et præfert novissima justorum, et gloriatur patrem se habere Deum.

[17]Videamus ergo si sermones illius veri sint, et tentemus quæ ventura sunt illi, et sciemus quæ erunt novissima illius.

[18]Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, et liberabit eum de manibus contrariorum.

[19]Contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, et probemus patientiam illius.

[20]Morte turpissima condemnemus eum; erit enim ei respectus ex sermonibus illius.

[21]Hæc cogitaverunt, et erraverunt: excæcavit enim illos malitia eorum.

[22]Et nescierunt sacramenta Dei: neque mercedem speraverunt justitiæ, nec judicaverunt honorem animarum sanctarum.

[23]Quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.

[24]Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum:

[23] Ora, Deus criou o homem para a imortalidade, e o fez à imagem de sua própria natureza.

[24] É por inveja do demônio que a morte entrou no mundo, e os que pertencem ao demônio a provarão.

[25]imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.

## Sabedoria 3

[1] Mas as almas dos justos estão na mão de Deus, e nenhum tormento os tocará.

[2] Aparentemente estão mortos aos olhos dos insensatos: seu desenlace é julgado como uma desgraça.

[3] E sua morte como uma destruição, quando na verdade estão na paz!

[4] Se aos olhos dos homens suportaram uma correção, a esperança deles era portadora de imortalidade,

[5] e por terem sofrido um pouco, receberão grandes bens, porque Deus, que os provou, achou-os dignos de si.

[6] Ele os provou como ouro na fornalha, e os acolheu como holocausto.

[7] No dia de sua visita, eles se reanimarão, e correrão como centelhas na palha.

[8] Eles julgarão as nações e dominarão os povos, e o Senhor reinará sobre eles para sempre.

[9] Os que põem sua confiança nele compreenderão a verdade, e os que são fiéis habitarão com ele no amor: porque seus eleitos são dignos de favor e misericórdia.

[10] Mas os ímpios terão o castigo que merecem seus pensamentos, uma vez que desprezaram o justo e se separaram do Senhor: e desgraçado é aquele que rejeita a sabedoria e a disciplina!

[11] A esperança deles é vã, seus sofrimentos sem proveito, e as obras deles inúteis.

[12] Suas mulheres são insensatas e seus filhos malvados; a raça deles é maldita.

[13] Feliz a mulher estéril, mas pura de toda a mancha, a que não manchou seu leito conjugal: ela carregará seu fruto no dia da retribuição das almas.

## Sapientia 3

[1]Justorum autem animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.

[2]Visi sunt oculis insipientium mori, et æstimata est afflictio exitus illorum,

[3]et quod a nobis est iter exterminium; illi autem sunt in pace:

[4]etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.

[5]In paucis vexati sunt, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se.

[6]Tamquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum.

[7]Fulgebunt justi et tamquam scintillæ in arundineto discurrent.

[8]Judicabunt nationes, et dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum.

[9]Qui confidunt in illo intelligent veritatem, et fideles in dilectione acquiescent illi, quoniam donum et pax est electis ejus.

[10]Impii autem secundum quæ cogitaverunt correptionem habebunt: qui neglexerunt justum, et a Domino recesserunt.

[11]Sapientiam enim et disciplinam qui abjicit infelix est: et vacua est spes illorum, et labores sine fructu, et inutilia opera eorum.

[12]Mulieres eorum insensatæ sunt, et nequissimi filii eorum.

[13]Maledicta creatura eorum, quoniam felix est sterilis; et incoinquinata, quæ nescivit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum;

[14]et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitavit adversus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei

[14] Feliz o eunuco cuja mão não cometeu o mal, que não concebeu iniquidade contra o Senhor, porque ele receberá pela sua fidelidade uma graça superior, e no Templo do Senhor uma parte muito honrosa,

[15] porque é esplêndido o fruto de bons trabalhos, e a raiz da sabedoria é sempre fértil.

[16] Quanto aos filhos dos adúlteros, a nada chegarão, e a raça que descende do pecado será aniquilada.

[17] Ainda que vivam muito tempo, serão tidos por nada e, finalmente, sua velhice será sem honra.

[18] Caso morram cedo, não terão esperança alguma, e no dia do julgamento não encontrarão nenhuma piedade:

[19] porque é lamentável o fim de uma raça injusta.

donum electum, et sors in templo Dei acceptissima.

[15]Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, et quæ non concidat radix sapientiæ.

[16]Filii autem adulterorum in inconsummatione erunt, et ab iniquo thoro semen exterminabitur.

[17]Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, et sine honore erit novissima senectus illorum:

[18]et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem.

[19]Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes.

## Sabedoria 4

[1] Mais vale uma vida sem filhos, mas rica de virtudes: sua memória será imortal, porque será conhecida de Deus e dos homens.

[2] Quando está presente, imitam-na; quando passada, desejam-na; ela leva na glória uma coroa eterna, por ter triunfado sem mancha nos combates.

[3] Mas para nada servirá, ainda que numerosa, a raça dos ímpios; procedendo de renovos bastardos, não estenderá raízes profundas, não se estabelecerá numa base sólida.

[4] Ainda que por algum tempo estenda seus ramos, estando instavelmente assentada, será abalada pelo vento e, pela violência da tempestade, será desarraigada.

[5] Os galhos serão quebrados antes do desenvolvimento, o fruto deles será inútil, verde demais para ser comido, e impróprio para qualquer uso,

[6] porque os filhos nascidos de uniões ilícitas serão no dia do juízo testemunhas a deporem contra seus pais.

[7] Quanto ao justo, mesmo que morra antes da idade, gozará de repouso.

## Sapientia 4

[1]O quam pulchra est casta generatio, cum claritate! immortalis est enim memoria illius, quoniam et apud Deum nota est, et apud homines.

[2]Cum præsens est, imitantur illam, et desiderant eam cum se eduxerit; et in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens.

[3]Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, et spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.

[4]Etsi in ramis in tempore germinaverint, infirmiter posita, a vento commovebuntur, et a nimietate ventorum eradicabuntur.

[5]Confringentur enim rami inconsummati; et fructus illorum inutiles et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti.

[6]Ex iniquis enim somnis filii qui nascuntur, testes sunt nequitiæ adversus parentes in interrogatione sua.

[7]Justus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit;

[8] A honra da velhice não provém de uma longa vida, e não se mede pelo número dos anos.

[9] Mas é a sabedoria que faz as vezes dos cabelos brancos; é uma vida pura que se tem em conta de velhice.

[10] Ele agradou a Deus e foi por ele amado, assim (Deus) o transferiu do meio dos pecadores onde vivia.

[11] Foi arrebatado para que a malícia lhe não corrompesse o sentimento, nem a astúcia lhe pervertesse a alma:

[12] porque a fascinação do vício atira um véu sobre a beleza moral, e o movimento das paixões mina uma alma ingênua.

[13] Tendo chegado rapidamente ao termo, percorreu uma longa carreira.

[14] Sua alma era agradável ao Senhor, e é por isso que ele o retirou depressa do meio da perversidade. Os povos que veem esse modo de agir não o compreendem, e não refletem nisto:

[15] que o favor de Deus e sua misericórdia são para seus eleitos, e sua assistência está no meio de seus fiéis.

[16] O justo, ao morrer, condena os ímpios que sobrevivem, e a juventude, atingindo tão depressa a perfeição, confunde a longa velhice do pecador.

[17] Eles verão o fim do sábio, e não compreenderão os desígnios do Senhor a seu respeito, nem por que ele o pôs em segurança.

[18] Eles verão e mostrarão desprezo, mas o Senhor zombará deles.

[19] Depois disso serão cadáveres sem honra, desterrados entre os mortos, em uma eterna ignomínia, porque ele os ferirá, e os precipitará sem voz, ele os abaterá nas suas bases e os mergulhará na última desolação. Eles serão entregues à dor, e a memória deles perecerá.

[20] Comparecerão aterrorizados com a lembrança de seus pecados, e suas iniquidades se levantarão contra eles para confundi-los.

[8]senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis,

[9]et ætas senectutis vita immaculata.

[10]Placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatores translatus est.

[11]Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.

[12]Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia.

[13]Consummatus in brevi, explevit tempora multa;

[14]placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes, et non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia,

[15]quoniam gratia Dei et misericordia est in sanctos ejus, et respectus in electos illius.

[16]Condemnat autem justus mortuus vivos impios, et juventus celerius consummata longam vitam injusti.

[17]Videbunt enim finem sapientis, et non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, et quare munierit illum Dominus.

[18]Videbunt, et contemnent eum; illos autem Dominus irridebit.

[19]Et erunt post hæc decidentes sine honore, et in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, et commovebit illos a fundamentis, et usque ad supremum desolabuntur, et erunt gementes, et memoria illorum peribit.

[20]Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, et traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum.

## Sabedoria 5

[1] Então, com grande confiança, o justo se levantará em face dos que o perseguiram e zombaram dos seus males aqui embaixo.

[2] Diante de sua vista serão presos de grande temor e tomados de assombro ao vê-lo salvo contra sua expectativa;

[3] tocados de arrependimento, dirão entre si: e, gemendo na angústia de sua alma, dirão:

[4] “Ei-lo, aquele de quem outrora escarnecemos, e a quem loucamente cobrimos de insultos! Considerávamos sua vida como uma loucura, e sua morte como uma vergonha.

[5] Como, pois, é ele do número dos filhos de Deus, e como está seu lugar entre os santos?

[6] Portanto, nós nos desgarramos para longe da verdade: a luz da justiça não brilhou para nós e o sol não se levantou sobre nós!

[7] Nós nos manchamos nas sendas da iniquidade e da perdição, erramos pelos desertos sem caminhos e não conhecemos o caminho do Senhor!

[8] O que ganhamos com nosso orgulho, e que nos trouxe a riqueza unida à arrogância?

[9] Tudo isso desapareceu como sombra, como notícia que passa;

[10] como navio que fende a água agitada, sem que se possa reencontrar o rasto de seu itinerário, nem a esteira de sua quilha nas ondas.

[11] Como a ave que, atravessando o ar em seu voo, não deixa após si o traço de sua passagem, mas, ferindo o ar com suas penas, fende-o com a impetuosa força do bater de suas asas, atravessa-o e logo nem se nota indício de sua passagem;

[12] como quando uma flecha, que é lançada ao alvo, o ar que ela cortou volta imediatamente à sua posição de modo que não se pode distinguir sua trajetória,

[13] assim, também nós, apenas nascidos, cessamos de ser, e não podemos mostrar traço algum de virtude: é no mal que nossa vida se consumiu!”.

## Sapientia 5

[1]Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum.

[2]Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis;

[3]dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii.

[4]Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, et finem illorum sine honore;

[5]ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.

[6]Ergo erravimus a via veritatis, et justitiæ lumen non luxit nobis, et sol intelligentiæ non est ortus nobis.

[7]Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles: viam autem Domini ignoravimus.

[8]Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?

[9]Transierunt omnia illa tamquam umbra, et tamquam nuntius percurrens,

[10]et tamquam navis quæ pertransit fluctuantem aquam, cujus cum præterierit non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus;

[11]aut tamquam avis quæ transvolat in aëre, cujus nullum invenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum, et scindens per vim itineris aërem: commotis alis transvolavit, et post hoc nullum signum invenitur itineris illius;

[12]aut tamquam sagitta emissa in locum destinatum, divisus aër continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius:

[13]sic et nos nati continuo desivimus esse; et virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus.

[14]Talia dixerunt in inferno hi qui peccaverunt:

[14] Assim a esperança do ímpio é como a poeira levada pelo vento, e como uma leve espuma espalhada pela tempestade; ela se dissipa como o fumo ao vento, e passa como a lembrança do hóspede de um dia.

[15] Mas os justos viverão eternamente; sua recompensa está no Senhor, e o Altíssimo cuidará deles.

[16] Por isso, receberão a régia coroa de glória, e o diadema da beleza da mão do Senhor, porque os cobrirá com sua direita, e os protegerá com seu braço.

[17] Por armadura tomará seu zelo cioso, e armará as criaturas para se vingar de seus inimigos.

[18] Tomará por couraça a justiça, e por capacete a integridade no julgamento.

[19] Ele se cobrirá com a santidade, como com um impenetrável escudo,

[20] afiará o gume de sua ira para lhe servir de espada, e o mundo se reunirá a ele na luta contra os insensatos.

[21] Os raios partirão como flechas bem dirigidas, e, como de um arco bem distendido, voarão das nuvens para o alvo;

[22] uma balista fará cair uma pesada saraiva de ira; a água do mar se levantará em turbilhão contra eles e os rios os arrastarão impetuosamente.

[23] O sopro do Todo-poderoso se insurgirá contra eles e os dispersará como um furacão; a iniquidade fará de toda a terra um deserto, e a malícia derribará os tronos dos poderosos!

[15]quoniam spes impii tamquam lanugo est quæ a vento tollitur, et tamquam spuma gracilis quæ a procella dispergitur, et tamquam fumus qui a vento diffusus est, et tamquam memoria hospitis unius diei prætereuntis.

[16]Justi autem in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum, et cogitatio illorum apud Altissimum.

[17]Ideo accipient regnum decoris, et diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, et brachio sancto suo defendet illos.

[18]Accipiet armaturam zelus illius, et armabit creaturam ad ultionem inimicorum.

[19]Induet pro thorace justitiam, et accipiet pro galea judicium certum;

[20]sumet scutum inexpugnabile æquitatem.

[21]Acuet autem duram iram in lanceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

[22]Ibunt directe emissiones fulgurum, et tamquam a bene curvato arcu nubium exterminabuntur, et ad certum locum insilient.

[23]Et a petrosa ira plenæ mittentur grandines; excandescet in illos aqua maris, et flumina concurrent duriter.

[24]Contra illos stabit spiritus virtutis, et tamquam turbo venti dividet illos; et ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, et malignitas evertet sedes potentium.

## Sabedoria 6

[1] Ouvi, pois, ó reis, e entendei; aprendei vós que governais o universo!

[2] Prestai ouvidos, vós que reinais sobre as nações e vos gloriais do número de vossos povos!

[3] Porque é do Senhor que recebestes o poder, e é do Altíssimo que tendes o poderio; é ele que examinará vossas obras e sondará vossos pensamentos!

## Sapientia 6

[1]Melior est sapientia quam vires, et vir prudens quam fortis.

[2]Audite ergo, reges, et intelligite; discite, judices finium terræ.

[3]Præbete aures, vos qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum.

[4] Se, ministros do reino, vós não julgastes equitativamente, nem observastes a Lei, nem andastes segundo a vontade de Deus,

[5] ele se apresentará a vós, terrível, inesperado, porque aqueles que dominam serão rigorosamente julgados.

[6] Ao menor, com efeito, a compaixão atrai o perdão, mas os poderosos serão examinados sem piedade.

[7] O Senhor de todos não fará exceção para ninguém, e não se deixará impor pela grandeza, porque, pequenos ou grandes, é ele que a todos criou, e de todos cuida igualmente;

[8] mas para os poderosos o julgamento será severo.

[9] É a vós, pois, ó príncipes, que me dirijo, para que aprendais a sabedoria e não resvaleis,

[10] porque aqueles que santamente observarem as santas leis serão santificados, e os que as tiverem estudado poderão justificar-se.

[11] Ansiai, pois, pelas minhas palavras, reclamai-as ardentemente e sereis instruídos.

[12] Resplandecente é a sabedoria, e sua beleza é inalterável: os que a amam, descobrem-na facilmente.

[13] Os que a procuram encontram-na. Ela antecipa-se aos que a desejam.

[14] Quem, para possuí-la, levanta-se de madrugada não terá trabalho, porque a encontrará sentada à sua porta.

[15] Fazê-la objeto de seus pensamentos é a prudência perfeita, e quem por ela vigia, em breve não terá mais cuidado.

[16] Ela mesma vai à procura dos que são dignos dela; ela lhes aparece nos caminhos cheia de benevolência, e vai ao encontro deles em todos os seus pensamentos,

[17] porque, verdadeiramente, desde o começo, seu desejo é instruir, e desejar instruir-se é amá-la.

[4]Quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo: qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur.

[5]Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte judicastis, nec custodistis legem justitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.

[6]Horrende et cito apparebit vobis, quoniam judicium durissimum his qui præsunt fiet.

[7]Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.

[8]Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem ejus cujusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et æqualiter cura est illi de omnibus.

[9]Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

[10]Ad vos ergo, reges, sunt hi sermones mei: ut discatis sapientiam, et non excidatis.

[11]Qui enim custodierint justa juste, justificabuntur; et qui didicerint ista, invenient quid respondeant.

[12]Concupiscite ergo sermones meos; diligite illos, et habebitis disciplinam.

[13]Clara est, et quæ numquam marcescit, sapientia: et facile videtur ab his qui diligunt eam, et invenitur ab his qui quærunt illam.

[14]Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat.

[15]Qui de luce vigilaverit ad illam non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inveniet.

[16]Cogitare ergo de illa sensus est consummatus, et qui vigilaverit propter illam cito securus erit.

[17]Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, et in viis ostendit se hilariter, et in omni providentia occurrit illis.

[18]Initium enim illius verissima est disciplinæ concupiscentia.

[19]Cura ergo disciplinæ dilectio est, et dilectio custodia legum illius est; custoditio autem legum consummatio incorruptionis est;

[18] Mas amá-la é obedecer às suas leis, e obedecer às suas leis é a garantia da imortalidade.

[19] Ora, a imortalidade faz habitar junto de Deus;

[20] assim o desejo da sabedoria conduz ao Reino!

[21] Se, pois, cetros e tronos vos agradam, ó vós que governais os povos, honrai a sabedoria, e reinareis eternamente.

[22] Mas eu vou dizer o que é a sabedoria e como ela nasceu. Não vos esconderei os seus mistérios; mas a investigarei até sua mais remota origem; porei à luz o que dela pode ser conhecido, e não me afastarei da verdade.

[23] Não imitarei aquele a quem a inveja consome, porque esse tal não tem nada a ver com a sabedoria:

[24] é no grande número de sábios que se encontra a salvação do mundo, e um rei sensato faz a prosperidade de seu povo.

[25] Deixai-vos, pois, instruir por minhas palavras, e nelas encontrareis grande proveito.

[20]incorruptio autem facit esse proximum Deo.

[21]Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.

[22]Si ergo delectamini sedibus et sceptris, o reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis:

[23]diligite lumen sapientiæ, omnes qui præestis populis.

[24]Quid est autem sapientia, et quemadmodum facta sit, referam, et non abscondam a vobis sacramenta Dei: sed ab initio nativitatis investigabo, et ponam in lucem scientiam illius, et non præteribo veritatem.

[25]Neque cum invidia tabescente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.

[26]Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum, et rex sapiens stabilimentum populi est.

[27]Ergo accipite disciplinam per sermones meos, et proderit vobis.

## Sabedoria 7

[1] Eu mesmo não passo de um mortal como todos os outros, e descendo do primeiro homem formado da terra. Meu corpo foi formado no seio de minha mãe,

[2] onde, durante dez meses, no sangue tomou consistência, da semente viril e do prazer ajuntado à união conjugal.

[3] Eu também, desde meu nascimento, respirei o ar comum; eu caí, da mesma maneira que todos, sobre a mesma terra, e, como todos, nos mesmos prantos soltei o primeiro grito.

[4] Envolto em faixas fui criado no meio de assíduos cuidados;

[5] porque nenhum rei teve outro início na existência;

[6] para todos a entrada na vida é a mesma e a partida semelhante.

## Sapientia 7

[1]Sum quidem et ego mortalis homo, similis omnibus, et ex genere terreni illius qui prior factus est: et in ventre matris figuratus sum caro;

[2]decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine: ex semine hominis, et delectamento somni conveniente.

[3]Et ego natus accepi communem aërem, et in similiter factam decidi terram, et primam vocem similem omnibus emisi plorans.

[4]In involumentis nutritus sum, et curis magnis:

[5]nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium.

[6]Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, et similis exitus.

[7] Assim implorei e a inteligência me foi dada, supliquei e o espírito da sabedoria veio a mim.

[7]Propter hoc optavi, et datus est mihi sensus; et invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ:

[8] Eu a preferi aos cetros e tronos, e avaliei a riqueza como um nada ao lado da sabedoria.

[8]et præposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius.

[9] Não comparei a ela a pedra preciosa, porque todo o ouro ao lado dela é apenas um pouco de areia, e porque a prata diante dela será tida como lama.

[9]Nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, et tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.

[10] Eu a amei mais do que a saúde e a beleza, e gozei dela mais do que da claridade do sol, porque a claridade que dela emana jamais se extingue.

[10]Super salutem et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius.

[11] Com ela me vieram todos os bens, e nas suas mãos inumeráveis riquezas.

[11]Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius;

[12] De todos esses bens eu me alegrei, porque é a sabedoria que os guia, mas ignorava que ela fosse sua mãe.

[12]et lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia, et ignorabam quoniam horum omnium mater est.

[13] Eu estudei lealmente e reparto sem inveja e não escondo a riqueza que ela encerra,

[13]Quam sine fictione didici, et sine invidia communico, et honestatem illius non abscondo.

[14] porque ela é para os homens um tesouro inesgotável; e os que a adquirem preparam-se para se tornar amigos de Deus, recomendados (a ele) pela educação que ela lhes dá.

[14]Infinitus enim thesaurus est hominibus; quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.

[15] Que Deus me permita falar como eu quisera, e ter pensamentos dignos dos dons que recebi, porque é ele mesmo quem guia a sabedoria e emenda os sábios,

[15]Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, et præsumere digna horum quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, et sapientium emendator.

[16] porque nós estamos nas suas mãos, nós e nossos discursos, toda a nossa inteligência e nossa habilidade;

[16]In manu enim illius et nos et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientia, et disciplina.

[17] foi ele quem me deu a verdadeira ciência de todas as coisas, quem me fez conhecer a constituição do mundo e as virtudes dos elementos,

[17]Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum,

[18] o começo, o fim e o meio dos tempos, a sucessão dos solstícios e as mutações das estações,

[18]initium, et consummationem, et medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, et commutationes temporum,

[19] os ciclos do ano e as posições dos astros,

[19]anni cursus, et stellarum dispositiones,

[20] a natureza dos animais e os instintos dos brutos, os poderes dos espíritos e os pensamentos dos homens, a variedade das plantas e as propriedades das raízes.

[20]naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias virgultorum, et virtutes radicum.

[21] Tudo que está escondido e tudo que está aparente eu conheço: porque foi a sabedoria, criadora de todas as coisas, que mo ensinou.

[22] Há nela, com efeito, um espírito inteligente, santo, único, múltiplo, sutil, móvel, penetrante, puro, claro, inofensivo, inclinado ao bem, agudo,

[23] livre, benéfico, benévolo, estável, seguro, livre de inquietação, que pode tudo, que cuida de tudo, que penetra em todos os espíritos, os inteligentes, os puros, os mais sutis.

[24] Mais ágil que todo o movimento é a sabedoria, ela atravessa e penetra tudo, graças à sua pureza.

[25] Ela é um sopro do poder de Deus, uma irradiação límpida da glória do Todo-poderoso; assim mancha nenhuma pode insinuar-se nela.

[26] É ela uma efusão da luz eterna, um espelho sem mancha da atividade de Deus, e uma imagem de sua bondade.

[27] Embora única, tudo pode; imutável em si mesma, renova todas as coisas. Ela se derrama de geração em geração nas almas santas e forma os amigos e os intérpretes de Deus,

[28] porque Deus somente ama quem vive com a sabedoria!

[29] É ela, com efeito, mais bela que o sol e ultrapassa o conjunto dos astros. Comparada à luz, ela se sobreleva,

[30] porque à luz sucede a noite, enquanto que, contra a sabedoria, o mal não prevalece.

[21]Et quæcumque sunt absconsa et improvisa didici: omnium enim artifex docuit me sapientia.

[22]Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens,

[23]humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, et qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis.

[24]Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem ubique propter suam munditiam.

[25]Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera, et ideo nihil inquinatum in eam incurrit:

[26]candor est enim lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius.

[27]Et cum sit una, omnia potest; et in se permanens omnia innovat: et per nationes in animas sanctas se transfert; amicos Dei et prophetas constituit.

[28]Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat.

[29]Est enim hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum: luci comparata, invenitur prior.

[30]Illi enim succedit nox; sapientiam autem non vincit malitia.

## Sabedoria 8

[1] Ela estende seu vigor de uma extremidade do mundo à outra e governa todas as coisas com felicidade.

[2] Eu a amei e procurei desde minha juventude, esforcei-me por tê-la por esposa e me enamorei de seus encantos.

## Sapientia 8

[1]Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.

[2]Hanc amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius.

[3]Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei; sed et omnium Dominus dilexit illam.

[3] Ela mostra a nobreza de sua origem em conviver com Deus, ela é amada pelo Senhor de todas as coisas.

[4] Ela é iniciada na ciência de Deus e, por sua escolha, decide de suas obras.

[5] Se a riqueza é um bem desejável na vida, que há de mais rico que a sabedoria que tudo criou?

[6] Se a inteligência do homem consegue operar, o que, então, mais que a sabedoria, é artífice dos seres?

[7] E, se alguém ama a justiça, seus trabalhos são virtudes; ela ensina a temperança e a prudência, a justiça e a força: não há ninguém que seja mais útil aos homens na vida.

[8] Se alguém deseja uma vasta ciência, ela sabe o passado e conjetura o futuro; conhece as sutilezas oratórias e revolve os enigmas; prevê os sinais e os prodígios, e o que tem que acontecer no decurso das idades e dos tempos.

[9] Portanto, resolvi tomá-la por companheira de minha vida, cuidando que ela será para mim uma boa conselheira, e minha consolação nos cuidados e na tristeza.

[10] Graças a ela, receberei as honras das multidões, e, embora jovem como sou, o respeito dos anciãos.

[11] Reconhecerão a penetração de meu julgamento, e excitarei a admiração dos reis.

[12] Se me calo, esperarão que eu fale; se falo, estarão atentos; e se prolongo meu discurso, levarão a mão à boca.

[13] Por meio dela obterei a imortalidade, e deixarei à posteridade uma lembrança eterna.

[14] Governarei povos e as nações me serão submissas.

[15] Príncipes temíveis estarão cheios de medo ao ouvirem falar de mim; eu me mostrarei bom para com o povo e valoroso no combate.

[4]Doctrix enim est disciplinæ Dei, et electrix operum illius.

[5]Et si divitiæ appetuntur in vita, quid sapientia locupletius quæ operatur omnia?

[6]Si autem sensus operatur, quis horum quæ sunt magis quam illa est artifex?

[7]Et si justitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes: sobrietatem enim et prudentiam docet, et justitiam, et virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus.

[8]Et si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, et de futuris æstimat; scit versutias sermonum, et dissolutiones argumentorum; signa et monstra scit antequam fiant, et eventus temporum et sæculorum.

[9]Proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum, sciens quoniam mecum communicabit de bonis, et erit allocutio cogitationis et tædii mei.

[10]Habebo propter hanc claritatem ad turbas, et honorem apud seniores juvenis;

[11]et acutus inveniar in judicio, et in conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me:

[12]tacentem me sustinebunt, et loquentem me respicient, et sermocinante me plura, manus ori suo imponent.

[13]Præterea habebo per hanc immortalitatem, et memoriam æternam his qui post me futuri sunt relinquam.

[14]Disponam populos, et nationes mihi erunt subditæ:

[15]timebunt me audientes reges horrendi. In multitudine videbor bonus, et in bello fortis.

[16]Intrans in domum meam, conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiam et gaudium.

[17]Hæc cogitans apud me et commemorans in corde meo, quoniam immortalitas est in cognatione sapientiæ,

[18]et in amicitia illius delectatio bona, et in operibus manuum illius honestas sine defectione, et in certamine loquelæ illius

[16] Recolhido em minha casa, repousarei junto dela, porque a sua convivência não tem nada de desagradável, e sua intimidade nada de fastidioso; ela traz consigo, pelo contrário, o contentamento e a alegria!

[17] Meditando comigo mesmo nesses pensamentos, e considerando em meu coração que a imortalidade se encontra na aliança com a sabedoria,

[18] a alegria perfeita na sua amizade, contínua riqueza na sua atividade, inteligência nas lições de seus entretenimentos familiares, e glória na comunicação de suas sentenças, saí à sua procura, a fim de possuí-la em mim.

[19] Eu era um menino vigoroso, dotado de uma alma excelente,

[20] ou antes, como era bom, eu vim a um corpo intato;

[21] mas, consciente de não poder possuir a sabedoria, a não ser por dom de Deus, e já era inteligência o saber de onde vem o dom, eu me voltei para o Senhor, e invoquei-o, dizendo do fundo do coração:

sapientia, et præclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, ut mihi illam assumerem.

[19]Puer autem eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam.

[20]Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.

[21]Et ut scivi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det; et hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum: adii Dominum, et deprecatus sum illum, et dixi ex totis præcordiis meis:

## Sabedoria 9

[1] “Deus de nossos pais, e Senhor de misericórdia, que todas as coisas criastes pela vossa palavra,

[2] e que, por vossa sabedoria, formastes o homem para ser o senhor de todas as vossas criaturas,

[3] governar o mundo na santidade e na justiça, e proferir seu julgamento na retidão de sua alma,

[4] dai-me a sabedoria que partilha do vosso trono, e não me rejeiteis como indigno de ser um de vossos filhos.

[5] Sou, com efeito, vosso servo e filho de vossa serva, um homem fraco, cuja existência é breve, incapaz de compreender vosso julgamento e vossas leis;

[6] porque qualquer homem, mesmo perfeito, entre os homens, não será nada, se lhe falta a sabedoria que vem de vós.

## Sapientia 9

[1]Deus patrum meorum, et Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo,

[2]et sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creaturæ quæ a te facta est,

[3]ut disponat orbem terrarum in æquitate et justitia, et in directione cordis judicium judicet:

[4]da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, et noli me reprobare a pueris tuis:

[5]quoniam servus tuus sum ego, et filius ancillæ tuæ; homo infirmus, et exigui temporis, et minor ad intellectum judicii et legum.

[6]Nam etsi quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur.

[7]Tu elegisti me regem populo tuo, et judicem filiorum tuorum et filiarum:

[7] Ora, vós me escolhestes para ser rei de vosso povo e juiz de vossos filhos e vossas filhas.

[8] Vós me ordenastes construir um templo na vossa montanha santa e um altar na cidade em que habitais: imagem da sagrada habitação que preparastes desde o princípio.

[9] Mas ao vosso lado está a sabedoria que conhece vossas obras; ela estava presente quando fizestes o mundo, ela sabe o que vos é agradável, e o que se conforma às vossas ordens.

[10] Fazei-a, pois, descer de vosso santo céu, e enviai-a do trono de vossa glória, para que, junto de mim, tome parte em meus trabalhos, e para que eu saiba o que vos agrada.

[11] Com efeito, ela sabe e conhece todas as coisas; prudentemente guiará meus passos e me protegerá no brilho de sua glória.

[12] Assim, minhas obras vos serão agradáveis; governarei vosso povo com justiça, e serei digno do trono de meu pai.

[13] Que homem, pois, pode conhecer os desígnios de Deus, e penetrar nas determinações do Senhor?

[14] Tímidos são os pensamentos dos mortais, e incertas as nossas concepções;

[15] porque o corpo corruptível torna pesada a alma, e a morada terrestre oprime o espírito carregado de cuidados.

[16] Mal podemos compreender o que está sobre a terra, dificilmente encontramos o que temos ao alcance da mão. Quem, portanto, pode descobrir o que se passa no céu?

[17] E quem conhece vossas intenções, se vós não lhe dais a sabedoria, e se do mais alto dos céus vós não lhe enviais vosso Espírito Santo?

[18] Assim se tornaram direitas as veredas dos que estão na terra; os homens aprenderam as coisas que vos agradam e pela sabedoria foram salvos.”

[8]et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, et in civitate habitationis tuæ altare: similitudinem tabernaculi sancti tui quod præparasti ab initio.

[9]Et tecum sapientia tua, quæ novit opera tua, quæ et affuit tunc cum orbem terrarum faceres, et sciebat quid esset placitum oculis tuis, et quid directum in præceptis tuis.

[10]Mitte illam de cælis sanctis tuis, et a sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te:

[11]scit enim illa omnia, et intelligit, et deducet me in operibus meis sobrie, et custodiet me in sua potentia.

[12]Et erunt accepta opera mea, et disponam populum tuum juste, et ero dignus sedium patris mei.

[13]Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?

[14]Cogitationes enim mortalium timidæ, et incertæ providentiæ nostræ;

[15]corpus enim quod corrumpitur aggravat animam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.

[16]Et difficile æstimamus quæ in terra sunt, et quæ in prospectu sunt invenimus cum labore: quæ autem in cælis sunt, quis investigabit?

[17]Sensum autem tuum, quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis,

[18]et sic correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, et quæ tibi placent didicerint homines?

[19]Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio.

## Sabedoria 10

[1] O primeiro homem, o pai do mundo, que foi criado sozinho, foi a sabedoria que cuidou dele, tirou-o de seu próprio pecado,

[2] e deu-lhe o poder de reinar sobre todas as coisas.

[3] E porque o perverso, na sua ira, dela se afastou, pereceu depois de seu furor fratricida.

[4] E estando a terra submersa por causa dele pelo dilúvio, a sabedoria de novo o salvou, conduzindo o justo num lenho sem valor.

[5] E quando as nações unânimes caíram no mal, foi ela que distinguiu o justo, o manteve irrepreensível diante de Deus, e lhe deu a força para vencer sua ternura pelo seu filho.

[6] Foi ela que, quando do aniquilamento dos ímpios, salvou o justo, subtraindo-o ao fogo que descera sobre a Pentápole,

[7] cuja perversidade ainda no presente é testemunhada por uma terra fumegante e deserta, onde as árvores carregam frutos incapazes de amadurecer, e onde está erigida uma coluna de sal, memorial de uma alma incrédula.

[8] Porque aqueles que desprezaram a sabedoria, não somente se prejudicaram em ignorar o bem, mas ainda deixaram aos homens um testemunho de sua loucura, para que seus pecados não fossem esquecidos.

[9] Quanto aos que a honram, a sabedoria os liberta de sofrimentos;

[10] foi ela que guiou por caminhos retos o justo que fugia à ira de seu irmão; mostrou-lhe o Reino de Deus, e deu-lhe o conhecimento das coisas santas; ajudou-o nos seus trabalhos, e fez frutificar seus esforços;

[11] cuidou dele contra ávidos opressores e o fez conquistar riquezas;

[12] ela o protegeu contra seus inimigos e o defendeu dos que lhe armavam ciladas; e, no duro combate, deu-lhe vitória, a fim de

## Sapientia 10

[1]Hæc illum qui primus formatus est a Deo patre orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit,

[2]et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia.

[3]Ab hac ut recessit injustus in ira sua, per iram homicidii fraterni deperiit.

[4]Propter quem cum aqua deleret terram, sanavit iterum sapientia, per contemptibile lignum justum gubernans.

[5]Hæc et in consensu nequitiæ, cum se nationes contulissent, scivit justum, et conservavit sine querela Deo, et in filii misericordia fortem custodivit.

[6]Hæc justum a pereuntibus impiis liberavit fugientem, descendente igne in Pentapolim:

[7]quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, et incerto tempore fructus habentes arbores: et incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.

[8]Sapientiam enim prætereuntes, non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona, sed et insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, ut in his quæ peccaverunt nec latere potuissent.

[9]Sapientia autem hos qui se observant a doloribus liberavit.

[10]Hæc profugum iræ fratris justum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum; honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius.

[11]In fraude circumvenientium illum affuit illi, et honestum fecit illum.

[12]Custodivit illum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: et certamen forte dedit illi ut vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia.

[13]Hæc venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum; descenditque cum illo in foveam,

que ele soubesse quanto a piedade é mais forte que tudo.

[13] Ela não abandonou o justo vendido, mas preservou-o do pecado.

[14] Desceu com ele à prisão, e não o abandonou nas suas cadeias, até que lhe trouxe o cetro do reino e o poder sobre os que o tinham oprimido; revelou-lhe a mentira de seus acusadores, e conferiu-lhe uma glória eterna.

[15] Foi ela que livrou das nações que tiranizavam o povo santo e a raça irrepreensível;

[16] entrou na alma do servo de Deus, e se opôs, com sinais e prodígios, a reis temíveis.

[17] Deu aos santos o galardão de seus trabalhos, conduziu-os por um caminho miraculoso; durante o dia serviu-lhes de proteção, e deu-lhes a luz dos astros durante a noite.

[18] Fê-los atravessar o mar Vermelho, e deu-lhes passagem através da massa das águas,

[19] ao passo que engoliu seus inimigos, e depois os tirou das profundezas do abismo.

[20] Também os justos, depois de despojados os ímpios, celebraram, Senhor, vosso santo nome, e louvaram, unidos num só coração, vossa mão protetora,

[21] porque a sabedoria abriu a boca aos mudos, e tornou eloquente a língua das crianças.

[14]et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam adversus eos qui eum deprimebant: et mendaces ostendit qui maculaverunt illum, et dedit illi claritatem æternam.

[15]Hæc populum justum et semen sine querela liberavit a nationibus quæ illum deprimebant.

[16]Intravit in animam servi Dei, et stetit contra reges horrendos in portentis et signis.

[17]Et reddidit justis mercedem laborum suorum, et deduxit illos in via mirabili: et fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum per noctem;

[18]transtulit illos per mare Rubrum, et transvexit illos per aquam nimiam.

[19]Inimicos autem illorum demersit in mare, et ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo justi tulerunt spolia impiorum,

[20]et decantaverunt, Domine, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudaverunt pariter:

[21]quoniam sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit disertas.

## Sabedoria 11

[1] Pela mão de um santo profeta aplanou suas dificuldades;

[2] eles atravessaram um deserto inabitado, e levantaram suas tendas em lugares ermos;

[3] resistiram aos que os atacavam, e repeliram seus inimigos.

[4] Tiveram sede e clamaram a vós: do rochedo abrupto a água lhes foi dada, e da pedra seca estancaram sua sede.

[5] Porque os elementos que tinham servido para punir seus inimigos, foram-lhes dados, na sua necessidade, como benefício:

## Sapientia 11

[1]Direxit opera eorum in manibus prophetæ sancti.

[2]Iter fecerunt per deserta quæ non habitabantur, et in locis desertis fixerunt casas.

[3]Steterunt contra hostes, et de inimicis se vindicaverunt.

[4]Sitierunt, et invocaverunt te, et data est illis aqua de petra altissima, et requies sitis de lapide duro.

[6] em lugar das ondas de um rio perene turvadas por uma lama de sangue,

[7] pela punição do decreto que consagrava crianças à morte, vós lhes destes, de maneira inesperada, água em abundância,

[8] mostrando-lhes, pela sede que então sofreram, como punistes seus inimigos.

[9] Por isso, tratados com piedade na sua provação, reconheceram quanto deviam ter sofrido os ímpios, julgados com ira.

[10] A estes provastes como um pai que corrige, mas a outros provastes como um rei severo que condena.

[11] Tanto estando longe como perto, a dor os consumiu da mesma forma,

[12] porque tiveram um segundo para se entristecer e gemer à lembrança dos males passados.

[13] Compreendendo, com efeito, que o que era para eles castigo, era para outros ocasião de benefício, sentiram a mão do Senhor;

[14] e aquele que, outrora exposto e abandonado, tinham repelido com zombaria, admiraram-no finalmente, porque sofreram uma sede diferente da sede do justo.

[15] Por outro lado, para os punir dos loucos pensamentos de sua perversidade, que os faziam extraviar-se na adoração de répteis irracionais e de vis animais, enviastes contra eles uma multidão de animais estúpidos,

[16] a fim de que compreendessem que, por onde cada um peca, será punido.

[17] Não era difícil à vossa mão todo-poderosa, que formou o mundo de matéria informe, mandar contra eles bandos de ursos e de leões ferozes,

[18] ou animais desconhecidos e de uma nova espécie, cheios de furor, exalando um hálito inflamado, ou espalhando um fumo infeto, ou lançando de seus olhos faíscas terríveis,

[19] capazes não só de os exterminar com seus golpes, mas ainda de os matar de terror só pelo seu aspecto.

[5]Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum a defectione potus sui, et in eis cum abundarent filii Israël lætati sunt:

[6]per hæc, cum illis deessent, bene cum illis actum est.

[7]Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti injustis.

[8]Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperate,

[9]ostendens per sitim quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, et adversarios illorum necares.

[10]Cum enim tentati sunt, et quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira judicati impii tormenta paterentur.

[11]Hos quidem tamquam pater monens probasti; illos autem tamquam durus rex interrogans condemnasti.

[12]Absentes enim, et præsentes, similiter torquebantur.

[13]Duplex enim illos acceperat tædium et gemitus, cum memoria præteritorum.

[14]Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus.

[15]Quem enim in expositione prava projectum deriserunt, in finem eventus mirati sunt, non similiter justis sitientes.

[16]Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, quod quidam errantes colebant mutos serpentes et bestias supervacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam;

[17]ut scirent quia per quæ peccat quis, per hæc et torquetur.

[18]Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materia invisa, immittere illis multitudinem ursorum, aut audaces leones,

[19]aut novi generis ira plenas ignotas bestias, aut vaporem ignium spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes;

[20] E, mesmo sem isso, eles poderiam perecer por um sopro, perseguidos pela justiça e arrebatados pelo vento de vosso poder; mas, dispusestes tudo com medida, quantidade e peso,

[21] porque sempre vos é possível mostrar vosso poder imenso, e quem poderá resistir à força de vosso braço?

[22] Diante de vós o mundo inteiro é como um nada, que faz pender a balança, ou como uma gota de orvalho, que desce de madrugada sobre a terra.

[23] Tendes compaixão de todos, porque vós podeis tudo; e para que se arrependam, fechais os olhos aos pecados dos homens.

[24] Porque amais tudo que existe, e não odiais nada do que fizestes, porquanto, se o odiásseis, não o teríeis feito de modo algum.

[25] Como poderia subsistir qualquer coisa, se não o tivésseis querido, e conservar a existência, se por vós não tivesse sido chamada?

[26] Mas poupais todos os seres, porque todos são vossos, ó Senhor, que amais a vida.

[20]quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed et aspectus per timorem occidere.

[21]Sed et sine his uno spiritu poterant occidi, persecutionem passi ab ipsis factis suis, et dispersi per spiritum virtutis tuæ: sed omnia in mensura, et numero et pondere disposuisti.

[22]Multum enim valere, tibi soli supererat semper: et virtuti brachii tui quis resistet?

[23]Quoniam tamquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, et tamquam gutta roris antelucani quæ descendit in terram.

[24]Sed misereris omnium, quia omnia potes; et dissimulas peccata hominum, propter pœnitentiam.

[25]Diligis enim omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti; nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti.

[26]Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset conservaretur?

[27]Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas.

## Sabedoria 12

[1] Vosso espírito incorruptível está em todos.

[2] É por isso que castigais com brandura aqueles que caem, e os advertis mostrando-lhes em que pecam, a fim de que rejeitem sua malícia e creiam em vós, Senhor.

[3] Foi assim que se deu com os antigos habitantes da Terra Santa.

[4] Tínheis horror deles por causa de suas obras detestáveis, sua magia e seus ritos ímpios,

[5] seus cruéis morticínios de crianças, seus festins de entranhas, carne humana e sangue, suas iniciações nos mistérios orgíacos,

[6] e os crimes de pais contra seres indefesos; e resolvestes aniquilá-los pela mão de nossos pais,

## Sapientia 12

[1]O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus!

[2]Ideoque eos qui exerrant partibus corripis, et de quibus peccant admones et alloqueris, ut relicta malitia credant in te, Domine.

[3]Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti,

[4]quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina et sacrificia injusta,

[5]et filiorum suorum necatores sine misericordia, et comestores viscerum hominum, et devoratores sanguinis a medio sacramento tuo,

[6]et auctores parentes animarum inauxiliatarum, perdere voluisti per manus parentum nostrorum:

[7] para que esta terra, que estimais entre todas, recebesse uma digna colônia de filhos de Deus.

[8] Contudo, porque também eles eram homens, vós os poupastes, enviando-lhes vespas precursoras de vosso exército, para que elas os fizessem perecer pouco a pouco.

[9] Não é que vos fosse impossível esmagar os maus por meio dos justos num combate, ou exterminar todos juntos por animais ferozes ou por uma palavra categórica;

[10] mas castigando-os pouco a pouco, dáveis tempo para o arrependimento, não ignorando que sua raça era maldita, ingênita a sua perversidade, e que jamais seus pensamentos se mudariam,

[11] porque sua estirpe era má desde a origem... Não era por temor do que quer que fosse que vos mostráveis indulgente para com eles em seus pecados.

[12] Porque, quem ousará dizer-vos: “Que fizeste tu?”. E quem se oporá a vosso julgamento? Quem vos repreenderá de terdes aniquilado nações que criastes? Ou quem se levantará contra vós para defender os culpados?

[13] Não há, fora de vós, um Deus que se ocupa de tudo, e a quem deveis mostrar que nada é injusto em vossos julgamentos;

[14] nem um rei, nem um tirano que vos possa resistir em favor dos que castigastes.

[15] Mas porque sois justo, governais com toda a justiça, e julgais indigno de vosso poder condenar quem não merece ser punido.

[16] Porque vossa força é o fundamento de vossa justiça e o fato de serdes Senhor de todos, vos torna indulgente para com todos.

[17] Mostrais vossa força aos que não creem no vosso poder, e confundis os que não a conhecem e ousam afrontá-la.

[18] Senhor de vossa força, julgais com bondade, e nos governais com grande indulgência, porque sempre vos é possível empregar vosso poder, quando quiserdes.

[7]ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium carior est terra.

[8]Sed et his tamquam hominibus pepercisti, et misisti antecessores exercitus tui vespas, ut illos paulatim exterminarent.

[9]Non quia impotens eras in bello subjicere impios justis, aut bestiis sævis, aut verbo duro simul exterminare:

[10]sed partibus judicans, dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum, et naturalis malitia ipsorum, et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.

[11]Semen enim erat maledictum ab initio; nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.

[12]Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? aut quis stabit contra judicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti?

[13]Non enim est alius deus quam tu, cui cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non injuste judicas judicium.

[14]Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti.

[15]Cum ergo sis justus, juste omnia disponis; ipsum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas a tua virtute.

[16]Virtus enim tua justitiæ initium est, et ob hoc quod Dominus es, omnibus te parcere facis.

[17]Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, et horum qui te nesciunt audaciam traducis.

[18]Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, et cum magna reverentia disponis nos: subest enim tibi, cum volueris posse.

[19]Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet justum esse et humanum; et bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam judicans das locum in peccatis pœnitentiæ.

[19] Agindo desta maneira, mostrastes a vosso povo que o justo deve ser cheio de bondade, e inspirastes a vossos filhos a boa esperança de que, após o pecado, lhes dareis tempo para a penitência;

[20] porque se os inimigos de vossos filhos, dignos de morte, vós os haveis castigado com tanta prudência e longanimidade, dando-lhes tempo e ocasião para se emendarem,

[21] com quanto cuidado não julgareis vós os vossos filhos, a cujos antepassados concedestes com juramento vossa aliança, repleta de ricas promessas!

[22] Portanto, quando nos corrigis, castigais mil vezes mais nossos inimigos, para que em nossos julgamentos nos lembremos de vossa bondade, e para que esperemos em vossa indulgência quando formos julgados.

[23] Por isso, também aqueles que loucamente viveram no mal, vós os torturastes por meio das suas próprias abominações:

[24] porque se tinham afastado demais nos caminhos do erro, tomando por deuses os mais vis animais, deixando-se enganar como meninos sem razão;

[25] assim é que, como a meninos sem razão, lhes destes um castigo irrisório.

[26] Mas os que recusam a advertência de semelhante correção sofrerão um castigo digno de Deus.

[27] Excitados, então, pelos sofrimentos causados por esses animais que tinham julgado deuses, e que os atormentavam, viram o que no começo tinham recusado ver, e reconheceram o verdadeiro Deus. Por isso é que caiu sobre eles a condenação final.

[20]Si enim inimicos servorum tuorum, et debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, dans tempus et locum per quæ possent mutari a malitia:

[21]cum quanta diligentia judicasti filios tuos, quorum parentibus juramenta et conventiones dedisti bonarum promissionum!

[22]Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus judicantes, et cum de nobis judicatur, speremus misericordiam tuam.

[23]Unde et illis qui in vita sua insensate et injuste vixerunt, per hæc quæ coluerunt dedisti summa tormenta.

[24]Etenim in erroris via diutius erraverunt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt supervacua, infantium insensatorum more viventes.

[25]Propter hoc tamquam pueris insensatis judicium in derisum dedisti.

[26]Qui autem ludibriis et increpationibus non sunt correcti, dignum Dei judicium experti sunt.

[27]In quibus enim patientes indignabantur per hæc quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur videntes, illum quem olim negabant se nosse, verum Deum agnoverunt; propter quod et finis condemnationis eorum venit super illos.

## Sabedoria 13

[1] São insensatos por natureza todos os que desconheceram a Deus e, através dos bens visíveis, não souberam conhecer aquele que é, nem reconhecer o artista, considerando suas obras.

## Sapientia 13

[1]Vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei; et de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex:

[2] Tomaram o fogo, ou o vento, ou o ar agitável, ou a esfera estrelada, ou a água impetuosa, ou os astros dos céus, por deuses, regentes do mundo.

[3] Se tomaram essas coisas por deuses, encantados pela sua beleza, saibam, então, quanto seu Senhor prevalece sobre elas, porque é o criador da beleza que fez essas coisas.

[4] Se o que os impressionou é a sua força e o seu poder, que eles compreendam, por meio delas, que seu criador é mais forte;

[5] pois é a partir da grandeza e da beleza das criaturas que, por analogia, se conhece o seu autor.

[6] Contudo, estes só incorrem numa ligeira censura, porque, talvez, eles caíram no erro procurando Deus e querendo encontrá-lo:

[7] vivendo entre suas obras, eles as observam com cuidado, e porque eles as consideram belas, deixam-se seduzir pelo seu aspecto.

[8] Ainda uma vez, entretanto, eles não são desculpáveis,

[9] porque, se eles possuíram luz suficiente para poder perscrutar a ordem do mundo, como não encontraram eles mais facilmente aquele que é seu Senhor?

[10] Mas são desgraçados e esperam em mortos, aqueles que chamaram de deuses a obras de mãos humanas: o ouro, a prata, artisticamente trabalhados, figuras de animais, alguma pedra inútil a que, outrora, certa mão deu forma.

[11] Assim, um lenhador cortou e serrou uma árvore fácil de manejar. Habilmente ele lhe tirou toda a casca, e, com a habilidade do seu ofício, fez dela um móvel útil para seu uso.

[12] Com as sobras de seu trabalho, cozinhou comida, com que se saciou.

[13] O que ainda lhe restava não era bom para nada, não passando de madeira torcida e toda cheia de nós; contudo, ele a tomou e consagrou suas horas de lazer a talhá-la; ele

[2]sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem et lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt.

[3]Quorum si specie delectati, deos putaverunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator hæc omnia constituit.

[4]Aut si virtutem et opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis quoniam qui hæc fecit fortior est illis:

[5]a magnitudine enim speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri.

[6]Sed tamen adhuc in his minor est querela; et hi enim fortasse errant, Deum quærentes, et volentes invenire.

[7]Etenim cum in operibus illius conversentur inquirunt, et persuasum habent quoniam bona sunt quæ videntur.

[8]Iterum autem nec his debet ignosci.

[9]Si enim tantum potuerunt scire ut possent æstimare sæculum, quomodo hujus Dominum non facilius invenerunt?

[10]Infelices autem sunt, et inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum hominum: aurum et argentum, artis inventionem, et similitudines animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiquæ.

[11]Aut si quis artifex faber de silva lignum rectum secuerit, et hujus docte eradat omnem corticem, et arte sua usus diligenter fabricet vas utile in conversationem vitæ;

[12]reliquiis autem ejus operis ad præparationem escæ abutatur,

[13]et reliquum horum quod ad nullos usus facit, lignum curvum et vorticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, et per scientiam suæ artis figuret illud, et assimilet illud imagini hominis,

[27]et qui transgreditur a justitia ad peccatum: Deus paravit eum ad rhomphæam.

[28]Duæ species difficiles et periculosæ mihi apparuerunt: difficile exuitur negotians a negligentia, et non justificabitur caupo a peccatis labiorum.

[25] Duas coisas entristecem o meu coração, e uma terceira me irrita:

[26] um homem de guerra que perece na indigência, um homem sábio que é desprezado,

[27] e aquele que passa da justiça ao pecado; a este último, Deus reserva a espada.

[28] Duas coisas me parecem difíceis e perigosas: dificilmente evitará erros o que negocia, e o taberneiro não escapará ao pecado da língua.

## Eclesiástico 27

[1] A pobreza fez cair vários deles no pecado. Quem procura enriquecer afasta os olhos de Deus.

[2] Como se enterra um pau entre as junturas das pedras, assim penetra o pecado entre a venda e a compra.

[3] O pecado será esmagado com o pecador.

[4] Se não te aferrares firmemente no temor ao Senhor, tua casa em breve será destruída.

[5] Quando se sacode a joeira, só ficam refugos; assim a perplexidade permanece no pensamento do homem.

[6] A fornalha experimenta as jarras do oleiro; a prova do infortúnio, os homens justos.

[7] O cuidado aplicado a uma árvore mostra-se no fruto; assim a palavra manifesta o que vai no coração do homem.

[8] Não louves um homem antes que ele tenha falado, pois é assim que se experimentam os humanos.

[9] Se procurares a justiça, hás de consegui-la, e dela te revestirás como de um manto de festa. Habitarás com ela, ela te protegerá para sempre; e, no dia do juízo, nela encontrarás apoio.

[10] As aves chegam-se aos seus semelhantes; assim a verdade volta àqueles que a põem em prática.

[11] O leão está sempre à espreita de uma presa; assim o pecado, para aqueles que praticam a iniquidade.

## Ecclesiasticus 27

[1]Propter inopiam multi deliquerunt: et qui quærit locupletari avertit oculum suum.

[2]Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic et inter medium venditionis et emptionis angustiabitur peccatum:

[3]conteretur cum delinquente delictum.

[4]Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua.

[5]Sicut in percussura cribri remanebit pulvis, sic aporia hominis in cogitatu illius.

[6]Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis.

[7]Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis.

[8]Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominum.

[9]Si sequaris justitiam, apprehendes illam, et indues quasi poderem honoris: et inhabitabis cum ea, et proteget te in sempiternum, et in die agnitionis invenies firmamentum.

[10]Volatilia ad sibi similia conveniunt: et veritas ad eos qui operantur illam revertetur.

[11]Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates.

[12]Homo sanctus in sapientia manet sicut sol: nam stultus sicut luna mutatur.

[12] O homem santo permanece na sabedoria, estável como o sol; mas o insensato é inconstante como a lua.

[13] Na companhia dos tolos, guarda tuas palavras para outra ocasião. Sê de preferência assíduo junto às pessoas ponderadas.

[14] A conversação dos pecadores é odiosa; eles se alegram nas delícias do pecado.

[15] Uma linguagem cheia de blasfêmias é horripilante, e sua grosseria fará com que não queiramos ouvi-la.

[16] Uma disputa entre orgulhosos faz correr sangue; suas injúrias fazem sofrer os ouvidos.

[17] Quem revela o segredo de um amigo perde a sua confiança, e não mais achará amigos que lhe convenham.

[18] Ama o teu próximo e sê fiel na amizade com ele;

[19] se desvendares seus segredos, em vão correrás atrás dele,

[20] pois, como um homem que mata seu amigo, assim é o que destrói a amizade do próximo;

[21] como um homem que solta o pássaro que tem na mão, assim abandonaste o teu próximo, e não mais o encontrarás.

[22] Não o persigas, já está longe; escapou-se como uma gazela da armadilha. Porque a sua alma foi ferida,

[23] e não mais poderás curar sua ferida. Depois de uma injúria pode haver reconciliação;

[24] desvendar, porém, os segredos de um amigo é um desespero para a alma desventurada.

[25] Aquele que tem um olhar lisonjeiro trama negros propósitos, e ninguém pode afastá-lo de si.

[26] Em tua presença só terá doçura nos lábios, admirará tudo o que disseres; mas em breve mudará sua linguagem e armará laços às tuas palavras.

[13]In medio insensatorum serva verbum tempori: in medio autem cogitantium assiduus esto.

[14]Narratio peccantium odiosa, et risus illorum in deliciis peccati.

[15]Loquela multum jurans horripilationem capiti statuet, et irreverentia ipsius obturatio aurium.

[16]Effusio sanguinis in rixa superborum, et maledictio illorum auditus gravis.

[17]Qui denudat arcana amici fidem perdit, et non inveniet amicum ad animum suum.

[18]Dilige proximum, et conjungere fide cum illo.

[19]Quod si denudaveris absconsa illius, non persequeris post eum.

[20]Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic et qui perdit amicitiam proximi sui.

[21]Et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic dereliquisti proximum tuum, et non eum capies.

[22]Non illum sequaris, quoniam longe abest: effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima ejus:

[23]ultra eum non poteris colligare. Et maledicti est concordatio:

[24]denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis.

[25]Annuens oculo fabricat iniqua, et nemo eum abjiciet.

[26]In conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, et super sermones tuos admirabitur: novissime autem pervertet os suum, et in verbis tuis dabit scandalum.

[27]Multa odivi, et non coæquavi ei, et Dominus odiet illum.

[28]Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet: et plaga dolosa dolosi dividet vulnera.

[29]Et qui foveam fodit incidet in eam: et qui statuit lapidem proximo offendet in eo: et qui laqueum alii ponit, peribit in illo.

[27] Abomino muitas coisas, porém nada tanto quanto ele; o Senhor também o detesta.

[28] Quem lança uma pedra no ar a vê recair sobre sua cabeça; a ofensa feita por traição atingirá também o traidor.

[29] Quem cava uma fossa cairá nela; quem põe uma pedra no caminho do próximo nela tropeçará; quem arma uma cilada a outrem nela será apanhado.

[30] O desígnio criminoso volta-se contra o seu autor, que não saberá de onde lhe vem o mal.

[31] A zombaria e a ofensa são próprias dos orgulhosos; a vingança os espreita como um leão.

[32] Aqueles que escarnecem do pecado dos justos serão apanhados no laço, e a dor os consumirá ainda vivos.

[33] Cólera e furor são ambos execráveis; o homem pecador os alimenta em si mesmo.

[30]Facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvetur, et non agnoscet unde adveniat illi.

[31]Illusio et improperium superborum, et vindicta sicut leo insidiabitur illi.

[32]Laqueo peribunt qui oblectantur casu justorum, dolor autem consumet illos antequam moriantur.

[33]Ira et furor utraque execrabilia sunt, et vir peccator continens erit illorum.

## Eclesiástico 28

[1] Aquele que quer vingar sofrerá a vingança do Senhor, que guardará cuidadosamente os seus pecados.

[2] Perdoa ao teu próximo o mal que te fez, e teus pecados serão perdoados quando o pedires.

[3] Um homem guarda rancor contra outro homem, e pede a Deus a sua cura!

[4] Não tem misericórdia para com o seu semelhante, e roga o perdão dos seus pecados!

[5] Ele, que é apenas carne, guarda rancor, e pede a Deus que lhe seja propício! Quem, então, lhe conseguirá o perdão de seus pecados?

[6] Lembra-te do teu fim, e põe termo às tuas inimizades,

[7] pois a decadência e a morte são uma ameaça para aqueles que transgridem os mandamentos.

[8] Lembra-te do temor a Deus, e não fiques irado contra o próximo.

## Ecclesiasticus 28

[1]Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit.

[2]Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur.

[3]Homo homini reservat iram, et a Deo quærit medelam:

[4]in hominem similem sibi non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur.

[5]Ipse cum caro sit reservat iram, et propitiationem petit a Deo: quis exorabit pro delictis illius?

[6]Memento novissimorum, et desine inimicari:

[7]tabitudo enim et mors imminent in mandatis ejus.

[8]Memorare timorem Dei, et non irascaris proximo.

[9]Memorare testamentum Altissimi, et despice ignorantiam proximi.

[10]Abstine te a lite, et minues peccata.

[9] Lembra-te da aliança com o Altíssimo, e passa por cima do erro que o teu próximo cometeu inadvertidamente.

[10] Evita a desavença e diminuirás os pecados.

[11] O homem irascível provoca as querelas; o pecador espalha a inquietação entre seus amigos, e semeia a inimizade no meio de pessoas que vivem em paz.

[12] O fogo queima na proporção da lenha que há na floresta; a ira do homem inflama-se na medida de seu poder, e desenvolve-se em proporção de sua riqueza.

[13] Uma querela precipitada acende o fogo; a presteza na disputa derrama sangue; e a língua que presta falso testemunho causa a morte.

[14] Sopra sobre uma centelha e ela se abrasará; cospe sobre ela e ela se apagará: ambos saem de tua boca.

[15] Maldito o delator e o homem que diz branco e preto, pois semeiam a discórdia entre muita gente que vive em paz.

[16] A língua de um terceiro abalou muitos deles, e os afugentou de uma nação a outra.

[17] Ela destruiu as cidades fortes dos ricos, e arrasou as casas dos poderosos.

[18] Desbaratou os exércitos dos povos, e dispersou nações valentes.

[19] A língua de um terceiro fez repudiar mulheres superiores, e privou-as do fruto de seu labor.

[20] Aquele que o ouve não terá paz, não terá amigo em quem tenha confiança.

[21] A chicotada produz um ferimento, porém uma língua má quebra os ossos.

[22] Muitos homens morreram a fio de espada, mas não tantos quantos os que pereceram por causa da língua.

[23] Feliz aquele que está ao abrigo da língua perversa, que não passou pela cólera dela, que não atraiu sobre si o seu jugo, e que não foi atado pelas suas correntes,

[24] pois o jugo dela é um jugo de ferro, e suas correntes, correntes de bronze.

[11]Homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam.

[12]Secundum enim ligna silvæ sic ignis exardescit: et secundum virtutem hominis sic iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam.

[13]Certamen festinatum incendit ignem, et lis festinans effundit sanguinem: et lingua testificans adducit mortem.

[14]Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardebit: et si exspueris super illam, extinguetur: utraque ex ore proficiscuntur.

[15]Susurro et bilinguis maledictus, multos enim turbabit pacem habentes.

[16]Lingua tertia multos commovit, et dispersit illos de gente in gentem.

[17]Civitates muratas divitum destruxit, et domus magnatorum effodit.

[18]Virtutes populorum concidit, et gentes fortes dissolvit.

[19]Lingua tertia mulieres viratas ejecit, et privavit illas laboribus suis.

[20]Qui respicit illam non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat.

[21]Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa.

[22]Multi ceciderunt in ore gladii: sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.

[23]Beatus qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit, et qui non attraxit jugum illius, et in vinculis ejus non est ligatus:

[24]jugum enim illius jugum ferreum est, et vinculum illius vinculum æreum est;

[25]mors illius mors nequissima: et utilis potius infernus quam illa.

[26]Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum, et in flamma sua non comburet justos.

[27]Qui relinquunt Deum incident in illam, et exardebit in illis, et non extinguetur, et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos.

[25] A morte que ela dá é morte desastrada, e a moradia dos mortos é-lhe preferível.

[26] Ela durará, mas não sempre; ela dominará o proceder dos injustos, e os justos não serão devorados pelas suas chamas.

[27] Aqueles que abandonam Deus lhe serão entregues: ela os consumirá sem se apagar; ela se lançará sobre eles como um leão; e os estraçalhará como um leopardo.

[28] Protege teus ouvidos com uma sebe de espinhos; não dês ouvidos à língua maldosa, e põe em tua boca uma porta com ferrolhos.

[29] Derrete teu ouro e tua prata; faze uma balança para pesar as tuas palavras, e para a tua boca, um freio bem ajustado.

[30] Tem cuidado para não pecar pela língua, para não caíres na presença dos inimigos que te espreitam, e para que não venha o teu pecado a ser incurável e mortal.

[28]Sepi aures tuas spinis: linguam nequam noli audire: et ori tuo facito ostia et seras.

[29]Aurum tuum et argentum tuum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos:

[30]et attende ne forte labaris in lingua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis in mortem.

## Eclesiástico 29

[1] Aquele que tem compaixão empresta com juros ao seu próximo; aquele que tem a mão generosa guarda os mandamentos.

[2] Empresta a teu próximo quando ele estiver necessitado, e de teu lado, paga-lhe o que lhe deves, no tempo marcado.

[3] Cumpre tua palavra e procede lealmente com ele, e acharás em toda ocasião o que te é necessário.

[4] Muitos consideraram como um achado o que pediam emprestado, e causaram desgosto àqueles que os ajudaram.

[5] Até que se tenha recebido, beija-se a mão de quem empresta; com voz humilde fazem-se promessas;

[6] mas, chegando o tempo de restituir, pedem-se prazos; só se têm palavras pesarosas e queixas; e toma-se como pretexto a dificuldade da época.

[7] Se o que pede emprestado pode restituir, nega-se a princípio. Restitui em seguida só a metade da quantia, e a considera como um lucro.

## Ecclesiasticus 29

[1]Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo: et qui prævalet manu mandata servat.

[2]Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius: et iterum redde proximo in tempore suo.

[3]Confirma verbum, et fideliter age cum illo: et in omni tempore invenies quod tibi necessarium est.

[4]Multi quasi inventionem æstimaverunt fœnus, et præstiterunt molestiam his qui se adjuverunt.

[5]Donec accipiant, osculantur manus dantis, et in promissionibus humiliant vocem suam:

[6]et in tempore redditionis postulabit tempus, et loquetur verba tædii et murmurationum, et tempus causabitur.

[7]Si autem potuerit reddere, adversabitur: solidi vix reddet dimidium, et computabit illud quasi inventionem:

[8]sin autem, fraudabit illum pecunia sua, et possidebit illum inimicum gratis:

[8] Se não tem meios para pagar, priva o que emprestou do seu dinheiro, e dele se faz gratuitamente um inimigo.

[9] Ele o paga com ofensas e maldições, e paga com o mal o bem que recebeu.

[10] Muitos não emprestam, não por maldade, mas por medo de serem injustamente iludidos.

[11] Todavia, sê indulgente para com o miserável, e não o faças esmorecer depois da esmola.

[12] Por causa do mandamento, socorre o pobre; e não o deixes ir com as mãos vazias na sua indigência.

[13] Perde o teu dinheiro em favor de teu irmão e de teu amigo; não o escondas debaixo de uma pedra para ficar perdido.

[14] Gasta o teu tesouro segundo o preceito do Altíssimo, e isso te aproveitará mais do que o ouro.

[15] Encerra a esmola no coração do pobre, e ela rogará por ti, a fim de te preservar de todo o mal.

[18] Para combater o teu inimigo, ela será uma arma mais poderosa do que o escudo e a lança de um homem valente.

[19] O homem de bem responsabiliza-se pelo próximo; o homem sem pejo abandona-o a si próprio.

[20] Não esqueças o benefício daquele que se responsabiliza por ti, pois ele arriscou a vida para te amparar.

[21] O pecador e o impudico fogem de seu fiador;

[22] o pecador atribui a si mesmo o benefício de quem por ele se responsabiliza, e com coração ingrato abandona o seu libertador.

[23] Um homem se responsabiliza pelo seu próximo, e este, perdendo a vergonha, o abandonará.

[24] Um mau penhor perdeu muitas pessoas que prosperavam, e as agitou como as ondas do mar;

[9]et convitia et maledicta reddet illi, et pro honore et beneficio reddet illi contumeliam.

[10]Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt.

[11]Verumtamen super humilem animo fortior esto, et pro eleemosyna non trahas illum.

[12]Propter mandatum assume pauperem, et propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum.

[13]Perde pecuniam propter fratrem et amicum tuum, et non abscondas illam sub lapide in perditionem.

[14]Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, et proderit tibi magis quam aurum.

[15]Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo.

[16]Super scutum potentis

[17]et super lanceam

[18]adversus inimicum tuum pugnabit.

[19]Vir bonus fidem facit pro proximo suo: et qui perdiderit confusionem derelinquet sibi.

[20]Gratiam fidejussoris ne obliviscaris: dedit enim pro te animam suam.

[21]Repromissorem fugit peccator et immundus.

[22]Bona repromissoris sibi ascribit peccator: et ingratus sensu derelinquet liberantem se.

[23]Vir repromittit de proximo suo: et cum perdiderit reverentiam, derelinquetur ab eo.

[24]Repromissio nequissima multos perdidit dirigentes, et commovit illos quasi fluctus maris.

[25]Viros potentes gyrans migrare fecit, et vagati sunt in gentibus alienis.

[26]Peccator transgrediens mandatum Domini incidet in promissionem nequam: et qui conatur multa agere incidet in judicium.

[27]Recupera proximum secundum virtutem tuam, et attende tibi ne incidas.

[25] por uma reviravolta das coisas, ele exilou muitos poderosos, que se tornaram peregrinos em terra estrangeira.

[26] O pecador que transgride o mandamento do Senhor se comprometerá a responder inoportunamente por outro; e aquele que tentar muitos empreendimentos não escapará do processo.

[27] Ajuda o próximo conforme as tuas posses, e acautela-te para que não caias tu também.

[28] O principal para a vida do homem é a água, o pão, o vestuário e uma casa para ocultar a sua nudez.

[29] Mais vale o que um pobre come sob um vigamento do que um magnífico banquete em casa alheia para quem não tem domicílio.

[30] Contenta-te com o pouco ou muito que tiveres e evitarás a censura de seres um estranho.

[31] É uma vida miserável a daquele que vai de casa em casa; em toda parte onde se hospedar, não estará confiante, e não ousará abrir a boca.

[32] Recebe-se com hospitalidade, dá-se de comer e de beber a ingratos; e, depois disso, ouvem-se palavras desagradáveis:

[33] "Vamos, intruso, prepara a mesa, e o que tens, dá-o de comer aos outros;

[34] retira-te, por causa da homenagem que devo prestar aos meus amigos. Preciso de minha casa para nela receber meu irmão".

[35] Eis coisas penosas para um homem sensato: ouvir censuras pela hospitalidade e pelo empréstimo que se fez.

[28]Initium vitæ hominis, aqua et panis, et vestimentum, et domus protegens turpitudinem.

[29]Melior est victus pauperis sub tegmine asserum quam epulæ splendidæ in peregre sine domicilio.

[30]Minimum pro magno placeat tibi, et improperium peregrinationis non audies.

[31]Vita nequam hospitandi de domo in domum: et ubi hospitabitur non fiducialiter aget, nec aperiet os.

[32]Hospitabitur, et pascet, et potabit ingratos, et ad hæc amara audiet:

[33]transi, hospes, et orna mensam, et quæ in manu habes ciba ceteros.

[34]Exi a facie honoris amicorum meorum: necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater.

[35]Gravia hæc homini habenti sensum: correptio domus, et improperium fœneratoris.

## Eclesiástico 30

[1] Aquele que ama seu filho, castiga-o com frequência, para que se alegre com isso mais tarde, e não tenha de bater à porta dos vizinhos.

[2] Aquele que dá ensinamentos a seu filho será louvado por causa dele, e nele mesmo se gloriará entre seus amigos.

## Ecclesiasticus 30

[1]Qui diligit filium suum assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, et non palpet proximorum ostia.

[2]Qui docet filium suum laudabitur in illo, et in medio domesticorum in illo gloriabitur.

[3] Aquele que educa o filho torna o seu inimigo invejoso, e entre seus amigos será honrado por causa dele.

[4] O pai morre, e é como se não morresse, pois deixa depois de si um seu semelhante.

[5] Durante sua vida viu seu filho e nele se alegrou; quando morrer, não ficará aflito; não terá de que se envergonhar perante seus adversários,

[6] pois deixou em sua casa um defensor contra os inimigos, alguém que manifestará gratidão aos seus amigos.

[7] Aquele que estraga seus filhos com mimos terá que lhes pensar as feridas; a cada palavra suas entranhas se comoverão.

[8] Um cavalo indômito torna-se intratável; a criança entregue a si mesma torna-se temerária.

[9] Adula o teu filho e ele te causará medo; brinca com ele e ele te causará desgosto.

[10] Não te ponhas a rir com ele, para que não venhas a sofrer com isso, e não acabes rangendo os dentes.

[11] Não lhe dês toda a liberdade na juventude, não feches os olhos às suas extravagâncias:

[12] obriga-o a curvar a cabeça enquanto jovem, castiga-o com varas enquanto ainda é menino, para que não suceda endurecer-se e não queira mais acreditar em ti, e venha a ser um sofrimento para a tua alma.

[13] Educa o teu filho, esforça-te por instruí-lo, para que te não desonre com sua vida vergonhosa.

[14] Mais vale um pobre sadio e vigoroso que um rico enfraquecido e atacado de doenças.

[15] A saúde da alma na santidade e na justiça vale mais que o ouro e a prata. Um corpo robusto vale mais que imensas riquezas.

[16] Não há maior riqueza que a saúde do corpo; não há prazer que se iguale à alegria do coração.

[17] Mais vale a morte que uma vida na aflição; e o repouso eterno que um definhamento sem fim.

[3]Qui docet filium suum in zelum mittit inimicum, et in medio amicorum gloriabitur in illo.

[4]Mortuus est pater ejus, et quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se.

[5]In vita sua vidit, et lætatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis:

[6]reliquit enim defensorem domus contra inimicos, et amicis reddentem gratiam.

[7]Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, et super omnem vocem turbabuntur viscera ejus.

[8]Equus indomitus evadit durus, et filius remissus evadet præceps.

[9]Lacta filium, et paventem te faciet: lude cum eo, et contristabit te.

[10]Non corrideas illi, ne doleas, et in novissimo obstupescent dentes tui.

[11]Non des illi potestatem in juventute, et ne despicias cogitatus illius.

[12]Curva cervicem ejus in juventute, et tunde latera ejus dum infans est, ne forte induret, et non credat tibi, et erit tibi dolor animæ.

[13]Doce filium tuum, et operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.

[14]Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quam dives imbecillis et flagellatus malitia.

[15]Salus animæ in sanctitate justitiæ melior est omni auro et argento: et corpus validum quam census immensus.

[16]Non est census super censum salutis corporis, et non est oblectamentum super cordis gaudium.

[17]Melior est mors quam vita amara, et requies æterna quam languor perseverans.

[18]Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro.

[19]Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit.

[20]Sic qui effugatur a Domino, portans mercedes iniquitatis:

[18] Bens escondidos em uma boca fechada são como preparativos de um festim colocados sobre um túmulo.

[19] De que serve ao ídolo a oferenda que lhe fazem? Não pode nem comê-la nem lhe respirar o aroma.

[20] Assim é aquele que o Senhor repele, e que carrega o castigo de seu pecado;

[21] seus olhos vislumbram o alimento e ele suspira, assim como suspira o eunuco ao abraçar uma virgem.

[22] Não entregues tua alma à tristeza, não atormentes a ti mesmo em teus pensamentos.

[23] A alegria do coração é a vida do homem, e um inesgotável tesouro de santidade. A alegria do homem torna mais longa a sua vida.

[24] Tem compaixão de tua alma, torna-te agradável a Deus, e sê firme; concentra teu coração na santidade, e afasta a tristeza para longe de ti,

[25] pois a tristeza matou a muitos, e não há nela utilidade alguma.

[26] A inveja e a ira abreviam os dias, e a inquietação acarreta a velhice antes do tempo.

[27] Um coração bondoso e nobre banqueteia-se continuamente, pois seus banquetes são preparados com solicitude.

[21]videns oculis et ingemiscens, sicut spado complectens virginem, et suspirans.

[22]Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo.

[23]Jucunditas cordis, hæc est vita hominis, et thesaurus sine defectione sanctitatis: et exsultatio viri est longævitas.

[24]Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine: congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe repelle a te.

[25]Multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa.

[26]Zelus et iracundia minuunt dies, et ante tempus senectam adducet cogitatus.

[27]Splendidum cor et bonum in epulis est: epulæ enim illius diligenter fiunt.

## Eclesiástico 31

[1] As vigílias para enriquecer ressecam a carne, as preocupações que elas trazem tiram o sono.

[2] A inquietação pelo porvir perturba o sentido. Uma doença grave torna a alma moderada.

[3] O rico trabalha para juntar riquezas; quando se entrega ao repouso, goza o fruto de seus haveres.

[4] O pobre trabalha por não possuir com que viver, e, ao término da vida, tudo lhe falta.

## Ecclesiasticus 31

[1]Vigilia honestatis tabefaciet carnes, et cogitatus illius auferet somnum.

[2]Cogitatus præscientiæ avertit sensum, et infirmitas gravis sobriam facit animam.

[3]Laboravit dives in congregatione substantiæ, et in requie sua replebitur bonis suis.

[4]Laboravit pauper in diminutione victus, et in fine inops fit.

[5]Qui aurum diligit non justificabitur, et qui insequitur consumptionem replebitur ex ea.

[5] Aquele que ama o ouro não estará isento de pecado; aquele que busca a corrupção será por ela cumulado.

[6] O ouro abateu a muitos, e seus encantos os perderam.

[7] O ouro é um obstáculo para aqueles que se lhe oferecem em sacrifício; infelizes daqueles que o buscam com ardor: ele fará perecer todos os insensatos.

[8] Bem-aventurado o rico que foi achado sem mácula, que não correu atrás do ouro, que não colocou sua esperança no dinheiro e nos tesouros!

[9] Quem é esse homem para que o felicitemos? Ele fez prodígios durante sua vida.

[10] Áquele que foi tentado pelo ouro e foi encontrado perfeito, está reservada uma glória eterna: ele podia transgredir a Lei e não a violou; ele podia fazer o mal e não o fez.

[11] Por isso, seus bens serão fortalecidos no Senhor, e toda a assembleia dos santos louvará suas esmolas.

[12] Se estiveres sentado a uma mesa bem abastecida, não comeces abrindo a boca.

[13] Não digas: "Que abundância de iguarias há sobre ela!".

[14] Lembra-te de que um olhar maldoso é coisa funesta.

[15] Que coisa há pior que o olho? É por isso que há de se desfazer em lágrimas.

[16] Quando ele olhar, não sejas o primeiro a estender a mão, para que não cores, envergonhado pela tua cobiça.

[17] Não comas demasiadamente num banquete.

[18] Julga os desejos de teu próximo segundo os teus.

[19] Serve-te como um homem sóbrio do que te é apresentado, para que não te tornes odioso, comendo muito.

[20] Acaba de comer em primeiro lugar, por decoro, e evita todo excesso, para que não desgostes a ninguém.

[6]Multi dati sunt in auri casus, et facta est in specie ipsius perditio illorum.

[7]Lignum offensionis est aurum sacrificantium: væ illis qui sectantur illud! et omnis imprudens deperiet in illo.

[8]Beatus dives qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris.

[9]Quis est hic? et laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua.

[10]Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus; facere mala, et non fecit.

[11]Ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

[12]Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior.

[13]Non dicas sic: Multa sunt, quæ super illam sunt.

[14]Memento quoniam malus est oculus nequam.

[15]Nequius oculo quid creatum est? ideo ab omni facie sua lacrimabitur, cum viderit.

[16]Ne extendas manum tuam prior, et invidia contaminatus erubescas.

[17]Ne comprimaris in convivio.

[18]Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso.

[19]Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur: ne, cum manducas multum, odio habearis.

[20]Cessa prior causa disciplinæ: et noli nimius esse, ne forte offendas.

[21]Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere.

[22]Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum! et in dormiendo non laborabis ab illo, et non senties dolorem.

[23]Vigilia, cholera et tortura viro infrunito,

[24]somnus sanitatis in homine parco: dormiet usque mane, et anima illius cum ipso delectabitur.

[21] Se tiveres tomado assento em meio de uma sociedade numerosa, não sejas o primeiro a estender a mão para o prato, nem sejas o primeiro a pedir de beber.

[22] Não é um pouco de vinho suficiente para um homem bem-educado? Assim não terás sono pesado, e não sentirás dor.

[23] A insônia, o mal-estar e as cólicas são o tributo do intemperante.

[24] Para um homem sóbrio, um sono salutar; ele dorme até de manhã e sente-se bem.

[25] Se tiveres sido obrigado a comer demais, levanta-te e vomita; isso te aliviará, e não te exporás à doença.

[26] Ouve-me, meu filho, não me desprezes: reconhecerás no fim a veracidade de minhas palavras.

[27] Em todas as tuas ações, sê diligente, e nenhuma doença te acometerá.

[28] Muitos lábios abençoarão aquele que dá refeições com liberalidade; o testemunho prestado à honestidade dele é verídico.

[29] Toda a cidade resmunga contra aquele que dá de comer com mesquinhez e o testemunho prestado à avareza dele é exato.

[30] Não incites a beber aquele que ama o vinho, pois o vinho perdeu a muitos.

[31] O fogo põe à prova a dureza do ferro: assim o vinho, bebido em excesso, revela o coração dos orgulhosos.

[32] O vinho bebido sobriamente é como uma vida para os homens. Se o beberes moderadamente, serás sóbrio.

[33] Que é a vida do homem a quem falta o vinho?

[34] Que coisa tira a vida? A morte.

[35] No princípio, o vinho foi criado para a alegria e não para a embriaguez.

[36] O vinho, bebido moderadamente, é a alegria da alma e do coração.

[37] A sobriedade no beber é a saúde da alma e do corpo.

[25]Et si coactus fueris in edendo multum, surge e medio, evome, et refrigerabit te, et non adduces corpori tuo infirmitatem.

[26]Audi me, fili, et ne spernas me, et in novissimo invenies verba mea.

[27]In omnibus operibus tuis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi.

[28]Splendidum in panibus benedicent labia multorum, et testimonium veritatis illius fidele.

[29]Nequissimo in pane murmurabit civitas, et testimonium nequitiæ illius verum est.

[30]Diligentes in vino noli provocare: multos enim exterminavit vinum.

[31]Ignis probat ferrum durum: sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum.

[32]Æqua vita hominibus vinum in sobrietate: si bibas illud moderate, eris sobrius.

[33]Quæ vita est ei qui minuitur vino?

[34]Quid defraudat vitam? mors.

[35]Vinum in jucunditatem creatum est, et non in ebrietatem ab initio.

[36]Exsultatio animæ et cordis vinum moderate potatum.

[37]Sanitas est animæ et corpori sobrius potus.

[38]Vinum multum potatum irritationem, et iram, et ruinas multas facit.

[39]Amaritudo animæ vinum multum potatum.

[40]Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, et faciens vulnera.

[41]In convivio vini non arguas proximum, et non despicias eum in jucunditate illius.

[42]Verba improperii non dicas illi, et non premas illum repetendo.

[38] O excesso na bebida causa irritação, cólera e numerosas catástrofes.

[39] O vinho, bebido em demasia, é a aflição da alma.

[40] A embriaguez inspira a ousadia e faz pecar o insensato; abafa as forças e causa feridas.

[41] Não repreendas o próximo durante uma refeição regada a vinho; não o trates com desprezo enquanto ele se entrega à alegria.

[42] Não lhe faças censuras, não o atormentes, reclamando o que te é devido.

## Eclesiástico 32

[1] Fizeram-te rei (do festim)? Não te enalteças. Sê no meio dos outros como qualquer um deles.

[2] Ocupa-te com eles e em seguida senta-te. Não tomes lugar à mesa, senão após cumpridos os teus deveres,

[3] assim te regozijarás por causa deles. Receberás a coroa como um gracioso adorno, e ganharás a consideração dos convivas.

[4] Tu, mais idoso, fala, pois convém

[5] que sejas o primeiro a falar, com séria competência. Mas não perturbes a música,

[6] nem te alongues em discursos, onde não há quem os ouça. Não te engrandeças sem propósito por causa de tua sabedoria.

[7] Como uma pedra de rubi engastada no ouro, assim é a música no meio de uma refeição regada a vinho.

[8] Como um sinete de esmeraldas engastadas em ouro, assim é um grupo de músicos no meio de uma alegre e moderada libação.

[9] Ouve em silêncio, e tua modéstia provocará a benevolência.

[10] Jovem, fala muito pouco de teus assuntos privados.

[11] Se fores duas vezes interrogado, que tua resposta seja concisa.

[12] Em muitas coisas, porta-te como se as ignorasses; ouve em silêncio e pergunta.

## Ecclesiasticus 32

[1]Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi unus ex ipsis.

[2]Curam illorum habe, et sic conside, et omni cura tua explicita recumbe:

[3]ut læteris propter illos, et ornamentum gratiæ accipias coronam, et dignationem consequaris corrogationis.

[4]Loquere major natu: decet enim te

[5]primum verbum diligenti scientia, et non impedias musicam.

[6]Ubi auditus non est, non effundas sermonem, et importune noli extolli in sapientia tua.

[7]Gemmula carbunculi in ornamento auri, et comparatio musicorum in convivio vini.

[8]Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi, sic numerus musicorum in jucundo et moderato vino.

[9]Audi tacens, et pro reverentia accedet tibi bona gratia.

[10]Adolescens, loquere in tua causa vix.

[11]Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.

[12]In multis esto quasi inscius, et audi tacens simul et quærens.

[13]In medio magnatorum non præsumas: et ubi sunt senes non multum loquaris.

[14]Ante grandinem præibit coruscatio: et ante verecundiam præibit gratia, et pro reverentia accedet tibi bona gratia.

13 No meio dos poderosos, não tomes muitas liberdades; não fales muito onde houver anciãos:

14 vê-se o relâmpago antes de se ouvir o estalido, a graça precede o rubor da modéstia. Pelo teu recato serás benquisto.

15 Uma vez chegada a hora de se levantar, não te demores; sê o primeiro a correr para casa, onde te regozijarás com os divertimentos.

16 Faze o que te aprouver, porém sem pecado e sem orgulho.

17 E em tudo isso glorifica o Senhor que te criou, e que te cumula de todos os seus bens.

18 Aquele que teme o Senhor aceitará sua doutrina, aqueles que vigiam para procurá-lo serão por ele abençoados.

19 Aquele que busca a Lei, por ela será cumulado. Aquele, porém, que procede com falsidade, nela achará ocasião de pecado.

20 Aqueles que temem o Senhor terão um juízo reto, e farão brilhar como uma tocha a sua justiça.

21 O pecador foge da censura, e encontra precedentes segundo o seu desejo.

22 O homem prudente não perde ocasião alguma para instruir-se, e o estranho ou o orgulhoso não tem nenhum temor;

23 mesmo quando age sozinho e sem conselheiro, ele será castigado pelos seus próprios desígnios.

24 Meu filho, nada faças sem conselho, e não te arrependerás depois de teres agido.

25 Não te embrenhes num caminho de perdição e não tropeçarás nas pedras. Não te metas num caminho escabroso, para não pores diante de ti uma pedra de tropeço.

26 Previne-te contra teus filhos, sê prudente em presença de teus familiares.

27 Em tudo o que fizeres, age com segurança, pois isso é guardar os mandamentos.

28 Aquele que crê em Deus atende ao que ele manda. Aquele que põe sua confiança nele, não será atingido.

15Et hora surgendi non te trices: præcurre autem prior in domum tuam, et illic avocare, et illic lude,

16et age conceptiones tuas, et non in delictis et verbo superbo:

17et super his omnibus benedicito Dominum, qui fecit, et inebriantem te ab omnibus bonis suis.

18Qui timet Dominum excipiet doctrinam ejus: et qui vigilaverint ad illum invenient benedictionem.

19Qui quærit legem replebitur ab ea, et qui insidiose agit scandalizabitur in ea.

20Qui timent Dominum invenient judicium justum, et justitias quasi lumen accendent.

21Peccator homo vitabit correptionem, et secundum voluntatem suam inveniet comparationem.

22Vir consilii non disperdet intelligentiam: alienus et superbus non pertimescet timorem:

23etiam postquam fecit cum eo sine consilio, et suis insectationibus arguetur.

24Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebis.

25In via ruinæ non eas, et non offendes in lapides: nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum.

26Et a filiis tuis cave, et a domesticis tuis attende.

27In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ, hoc est enim conservatio mandatorum.

28Qui credit Deo attendit mandatis: et qui confidit in illo non minorabitur.

## Eclesiástico 33

[1] Aquele que teme o Senhor não será surpreendido por nenhuma desgraça. Mas Deus o protegerá na provação, e o livrará de todo o mal.

[2] O sábio não odeia nem os mandamentos nem os preceitos. Ele não se despedaçará como uma nave na tempestade.

[3] O homem sensato crê na Lei de Deus, e a Lei lhe é fiel.

[4] Aquele que esclarece uma pergunta, prepara a resposta; depois de assim ter orado, ele será atendido. Ele concentra as suas ideias e depois responde.

[5] O coração do insensato é como as rodas de um carro, e o seu pensamento é semelhante a um eixo que gira.

[6] O amigo zombador é como o garanhão, que relincha debaixo de qualquer um que o monta.

[7] Por que um dia prevalece sobre outro dia, uma luz sobre outra luz, um ano sobre outro ano, provindo todos do mesmo sol?

[8] Foi a ciência do Senhor que os diferenciou, quando criou o sol que atende às suas leis;

[9] ele distinguiu os tempos e os dias de festa, nos quais os homens celebram pontualmente as solenidades.

[10] Entre eles há alguns que Deus elevou e consagrou; a outros pôs no número dos dias comuns. Foi assim que Deus tirou todos os homens do solo e da terra de que foi formado Adão.

[11] Em sua grande sabedoria, o Senhor os distinguiu, e diversificou os seus caminhos.

[12] Entre eles, alguns foram abençoados e exaltados, outros foram santificados, e ele os tomou para si. Entre eles, alguns foram amaldiçoados e humilhados, os quais ele expulsou de seu lugar de exílio.

[13] Como o barro está nas mãos do oleiro, que o amolda e o dispõe,

## Ecclesiasticus 33

[1]Timenti Dominum non occurrent mala: sed in tentatione Deus illum conservabit, et liberabit a malis. Sapiens non odit mandata et justitias,

[2]et non illidetur quasi in procella navis.

[3]Homo sensatus credit legi Dei, et lex illi fidelis.

[4]Qui interrogationem manifestat parabit verbum, et sic deprecatus exaudietur: et conservabit disciplinam, et tunc respondebit.

[5]Præcordia fatui quasi rota carri, et quasi axis versatilis cogitatus illius.

[6]Equus emissarius, sic et amicus subsannator: sub omni supra sedente hinnit.

[7]Quare dies diem superat, et iterum lux lucem, et annus annum a sole?

[8]A Domini scientia separati sunt, facto sole, et præceptum custodiente.

[9]Et immutavit tempora, et dies festos ipsorum, et in illis dies festos celebraverunt ad horam.

[10]Ex ipsis exaltavit et magnificavit Deus, et ex ipsis posuit in numerum dierum: et omnes homines de solo et ex terra unde creatus est Adam.

[11]In multitudine disciplinæ Dominus separavit eos, et immutavit vias eorum.

[12]Ex ipsis benedixit et exaltavit, et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit, et ex ipsis maledixit, et humiliavit, et convertit illos a separatione ipsorum.

[13]Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud et disponere.

[14]Omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus: sic homo in manu illius qui se fecit, et reddet illi secundum judicium suum.

[15]Contra malum bonum est, et contra mortem vita: sic et contra virum justum peccator, et sic intuere in omnia opera Altissimi, duo et duo, et unum contra unum.

[14] dando-lhe todas as formas que deseja, assim é o homem na mão de quem o criou, e que lhe retribuirá segundo o seu juízo.

[15] Diante do mal está o bem; diante da morte, a vida, assim também diante do justo está o pecador. Considera assim todas as obras do Altíssimo; estão sempre duas a duas, opostas uma à outra.

[16] E eu fui o último que despertei, e fiz como o que junta os grãos depois da vindima.

[17] Eu também esperei na bênção de Deus, e enchi a tina como o vindimador.

[18] Olhai que não trabalhei só para mim, mas para todos os que buscam a doutrina.

[19] Ouvi-me, ó poderosos e todos os povos! E vós, chefes da assembleia, escutai-me!

[20] Ao teu filho, à tua mulher, ao teu irmão, ao teu amigo, não concedas autoridade sobre ti durante tua vida. Não dês teus bens a outrem, para não te arrependeres e teres de tornar a pedi-los.

[21] Enquanto viveres e respirares, que ninguém te faça mudar a esse respeito,

[22] porque é melhor que os teus filhos te peçam do que estares tu olhando para as mãos de teus filhos.

[23] Em tudo o que fizeres conserva a tua autoridade;

[24] não manches o teu bom nome. Somente no fim de tua vida, no momento da morte, distribuirás a tua herança.

[25] Para o jumento o feno, a vara e a carga. Para o escravo o pão, o castigo e o trabalho.

[26] O escravo só trabalha quando corrigido, e só aspira ao repouso; afrouxa-lhe a mão, e ele buscará a liberdade.

[27] O jugo e a correia fazem dobrar o mais rígido pescoço; o trabalho contínuo torna o escravo dócil.

[28] Para o escravo malévolo a tortura e as peias; manda-o para o trabalho para que ele não fique ocioso,

[29] pois a ociosidade ensina muita malícia.

[30] Ocupa-o no trabalho, pois é o que lhe convém. Se ele não obedecer, submete-o

[16]Et ego novissimus evigilavi, et quasi qui colligit acinos post vindemiatores.

[17]In benedictione Dei et ipse speravi, et quasi qui vindemiat replevi torcular.

[18]Respicite quoniam non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus disciplinam.

[19]Audite me, magnates et omnes populi: et rectores ecclesiæ, auribus percipite.

[20]Filio et mulieri, fratri et amico, non des potestatem super te in vita tua: et non dederis alii possessionem tuam, ne forte pœniteat te, et depreceris pro illis.

[21]Dum adhuc superes et aspiras, non immutabit te omnis caro.

[22]Melius est enim ut filii tui te rogent, quam te respicere in manus filiorum tuorum.

[23]In omnibus operibus tuis præcellens esto.

[24]Ne dederis maculam in gloria tua. In die consummationis dierum vitæ tuæ, et in tempore exitus tui, distribue hæreditatem tuam.

[25]Cibaria, et virga, et onus asino: panis, et disciplina, et opus servo.

[26]Operatur in disciplina, et quærit requiescere: laxa manus illi, et quærit libertatem.

[27]Jugum et lorum curvant collum durum, et servum inclinant operationes assiduæ.

[28]Servo malevolo tortura et compedes: mitte illum in operationem, ne vacet:

[29]multam enim malitiam docuit otiositas.

[30]In opera constitue eum: sic enim condecet illum. Quod si non obaudierit, curva illum compedibus, et non amplifices super omnem carnem: verum sine judicio nihil facias grave.

[31]Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem sic eum tracta, quoniam in sanguine animæ comparasti illum.

[32]Si læseris eum injuste, in fugam convertetur:

[33]et si extollens discesserit, quem quæras et in qua via quæras illum nescis.

com grilhões, mas não cometas excessos, seja com quem for, e não faças coisa alguma importante sem ter refletido.

31 Se tiveres um escravo fiel, que ele te seja tão estimado como tu mesmo. Trata-o como irmão, porque foi pelo preço de teu sangue que o obtiveste.

32 Se o maltratares injustamente, ele fugirá;

33 se ele for embora, não saberás a quem perguntar, nem onde deverás procurá-lo.

## Eclesiástico 34

1 O insensato vive de esperanças quiméricas; os imprudentes edificam sobre os sonhos.

2 Como aquele que procura agarrar uma sombra ou perseguir o vento, assim é o que se prende a visões enganadoras.

3 Isto segundo aquilo, eis o que se vê nos sonhos: é como a imagem de um homem diante dele próprio.

4 Que coisa pura poderá vir do impuro? Que verdade pode vir da mentira?

5 A adivinhação do erro, os augúrios mentirosos e os sonhos dos maus, tudo isso não passa de vaidade.

6 O teu coração, como o de uma mulher que está de parto, sofrerá imaginações. A menos que o Altíssimo te envie uma visão, não detenhas nelas teu pensamento,

7 pois os sonhos fizeram errar muita gente, que pecou porque neles punham sua esperança;

8 a palavra da Lei se cumpre integralmente, e a sabedoria se tornará evidente na boca do homem fiel.

9 Que sabe aquele que não foi experimentado? O homem de grande experiência tem inúmeras ideias; aquele que muito aprendeu fala com sabedoria.

10 Aquele que não tem experiência pouca coisa sabe, mas o que passou por muitas dificuldades desenvolve a prudência.

11 Que sabe aquele que não foi tentado? O que foi enganado abundará em sagacidade.

## Ecclesiasticus 34

1Vana spes et mendacium viro insensato: et somnia extollunt imprudentes.

2Quasi qui apprehendit umbram et persequitur ventum, sic et qui attendit ad visa mendacia.

3Hoc secundum hoc visio somniorum, ante faciem hominis similitudo hominis.

4Ab immundo, quid mundabitur? et a mendace, quid verum dicetur?

5Divinatio erroris, et auguria mendacia, et somnia malefacientium, vanitas est:

6et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur. Nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum:

7multos enim errare fecerunt somnia, et exciderunt sperantes in illis.

8Sine mendacio consummabitur verbum legis, et sapientia in ore fidelis complanabitur.

9Qui non est tentatus quid scit? vir in multis expertus cogitabit multa: et qui multa didicit enarrabit intellectum.

10Qui non est expertus pauca recognoscit: qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam.

11Qui tentatus non est qualia scit? qui implanatus est abundabit nequitia.

12Multa vidi errando, et plurimas verborum consuetudines.

13Aliquoties usque ad mortem periclitatus sum horum causa, et liberatus sum gratia Dei.

[12] Vi muitas coisas em minhas viagens, muitos costumes diferentes.

[13] Algumas vezes encontrei-me em perigo de morte, mas fui libertado pela graça de Deus.

[14] O espírito daqueles que temem a Deus será procurado, será abençoado quando Deus olhar para eles.

[15] Com efeito, sua esperança está posta naquele que os salva, e os olhos de Deus estão voltados para aqueles que o amam.

[16] Aquele que teme o Senhor não tremerá; de nada terá medo, pois o próprio Senhor é sua esperança.

[17] Feliz a alma do que teme o Senhor.

[18] Para quem olha ela, e quem é a sua força?

[19] Os olhos do Senhor estão voltados para aqueles que o temem; ele é um poderoso protetor, um sólido apoio, um abrigo contra o calor, uma tela contra o ardor do meio-dia,

[20] um sustentáculo contra os choques, um amparo contra a queda. Ele eleva a alma, ilumina os olhos; dá saúde, vida e bênção.

[21] A oferenda daquele que sacrifica um bem, mal adquirido, é maculada. E os insultos dos injustos não são aceitos por Deus.

[22] O Senhor (só se dá) àqueles que o aguardam no caminho da verdade e da justiça.

[23] O Altíssimo não aprova as dádivas dos injustos, nem olha para as ofertas dos maus; a multidão dos seus sacrifícios não lhes conseguirá o perdão de seus pecados.

[24] Aquele que oferece um sacrifício arrancado do dinheiro dos pobres é como o que degola o filho aos olhos do pai.

[25] O pão dos indigentes é a vida dos pobres; aquele que o tira é um homicida.

[26] Quem tira de um homem o pão de seu trabalho é como o assassino do seu próximo.

[27] O que derrama o sangue e o que usa de fraude no pagamento de um operário são irmãos:

[14]Spiritus timentium Deum quæritur, et in respectu illius benedicetur.

[15]Spes enim illorum in salvantem illos, et oculi Dei in diligentes se.

[16]Qui timet Dominum nihil trepidabit: et non pavebit, quoniam ipse est spes ejus.

[17]Timentis Dominum, beata est anima ejus.

[18]Ad quem respicit, et quis est fortitudo ejus?

[19]Oculi Domini super timentes eum: protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, et umbraculum meridiani:

[20]deprecatio offensionis, et adjutorium casus: exaltans animam, et illuminans oculos, dans sanitatem, et vitam, et benedictionem.

[21]Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt beneplacitæ subsannationes injustorum.

[22]Dominus solus sustinentibus se in via veritatis et justitiæ.

[23]Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.

[24]Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.

[25]Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum homo sanguinis est.

[26]Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.

[27]Qui effundit sanguinem, et qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.

[28]Unus ædificans, et unus destruens: quid prodest illis, nisi labor?

[29]Unus orans, et unus maledicens: cujus vocem exaudiet Deus?

[30]Qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius?

[31]Sic homo qui jejunat in peccatis suis, et iterum eadem faciens: quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet?

[28] um constrói, o outro destrói. O que lhes resta senão a fadiga?

[29] Um ora, o outro maldiz; de qual ouvirá Deus a voz?

[30] Se aquele que se lava após ter tocado num morto torna a tocá-lo, de que lhe serve ter-se lavado?

[23] Como são agradáveis as suas obras! E todavia delas não podemos ver mais que uma centelha.

[24] Essas obras vivem e subsistem para sempre, e em tudo o que é preciso, todas lhe obedecem.

[25] Todas as coisas existem duas a duas, uma oposta à outra; ele nada fez que seja defeituoso.

[26] Ele fortaleceu o que cada um tem de bom. Quem se saciará de ver a glória do Senhor?

[22]neque minuitur, et non eget alicujus consilio.

[23]Quam desiderabilia omnia opera ejus! et tamquam scintilla quæ est considerare!

[24]Omnia hæc vivunt, et manent in sæculum, et in omni necessitate omnia obaudiunt ei.

[25]Omnia duplicia, unum contra unum, et non fecit quidquam deesse.

[26]Uniuscujusque confirmavit bona: et quis satiabitur videns gloriam ejus?

## Eclesiástico 43

[1] O firmamento nas alturas é a sua beleza, o aspecto do céu é uma visão de glória.

[2] O sol, aparecendo na aurora, anuncia o dia. A obra do Altíssimo é um instrumento admirável.

[3] Ao meio-dia queima a terra: quem resiste ao seu ardor? Ele conserva uma fornalha de fogo por efeito de seu calor.

[4] O sol queima três vezes mais as montanhas, despedindo raios de fogo, cujo resplendor deslumbra os olhos.

[5] Grande é o Senhor que o criou; por sua ordem, ele apressa o seu curso.

[6] A lua é, em todas as suas fases regulares, a marca do tempo e o sinal do futuro.

[7] É a lua que determina os dias de festa; sua luz diminui a partir da lua cheia.

[8] É ela que dá nome ao mês; sua claridade cresce de modo admirável, até ficar cheia.

## Ecclesiasticus 43

[1]Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus est, species cæli in visione gloriæ.

[2]Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile, opus Excelsi.

[3]In meridiano exurit terram, et in conspectu ardoris ejus quis poterit sustinere? fornacem custodiens in operibus ardoris:

[4]tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans, et refulgens radiis suis obcæcat oculos.

[5]Magnus Dominus qui fecit illum, et in sermonibus ejus festinavit iter.

[6]Et luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, et signum ævi.

[7]A luna signum diei festi: luminare quod minuitur in consummatione.

[8]Mensis secundum nomen ejus est, crescens mirabiliter in consummatione.

[9]Vas castrorum in excelsis, in firmamento cæli resplendens gloriose.

[9] É um sinal para os exércitos do céu que lançam no firmamento um glorioso esplendor.

[10] O brilho das estrelas faz a beleza do céu; o Senhor ilumina o mundo nas alturas.

[11] À palavra do Santo estão prontas para o julgamento: são indefectivelmente vigilantes.

[12] Observa o arco-íris e bendiz aquele que o fez: é muito belo no seu resplendor.

[13] Faz a volta do céu num círculo de glória: são as mãos do Altíssimo que o estendem.

[14] O Senhor com uma ordem faz cair subitamente a neve, acelera a marcha dos raios de seu juízo.

[15] Por essa causa se abrem as suas reservas, e voam as nuvens como pássaros.

[16] Por sua grandeza condensa as nuvens, e as pedras de granizo caem em estilhaços.

[17] As montanhas são abaladas quando ele aparece; por sua vontade sopra o vento do sul.

[18] O estrondo do trovão fere a terra, assim como a tempestade do aquilão e o turbilhão dos ventos.

[19] Espalha a neve como pássaros que pousam, como gafanhotos que se abatem sobre a terra;

[20] o olhar encanta-se com o brilho de sua alvura, o coração fica atônito ao vê-la cair.

[21] Deus espalha a geada sobre a terra como sal; quando as águas se congelam tornam-se como pontas de cardo.

[22] Quando sopra o vento frio do aquilão, a água gela como cristal, que repousa sobre toda a massa líquida, e veste as águas como se fosse uma couraça.

[23] A geada devora os montes, queima os desertos, resseca como o fogo tudo o que é verde.

[24] O remédio para isso é o rápido aparecimento de um aguaceiro. O orvalho após o frio atenua o rigor do gelo.

[10]Species cæli gloria stellarum: mundum illuminans in excelsis Dominus.

[11]In verbis Sancti stabunt ad judicium, et non deficient in vigiliis suis.

[12]Vide arcum, et benedic eum qui fecit illum: valde speciosus est in splendore suo.

[13]Gyravit cælum in circuitu gloriæ suæ: manus Excelsi aperuerunt illum.

[14]Imperio suo acceleravit nivem, et accelerat coruscationes emittere judicii sui.

[15]Propterea aperti sunt thesauri, et evolaverunt nebulæ sicut aves.

[16]In magnitudine sua posuit nubes, et confracti sunt lapides grandinis.

[17]In conspectu ejus commovebuntur montes, et in voluntate ejus aspirabit notus.

[18]Vox tonitrui ejus verberavit terram, tempestas aquilonis, et congregatio spiritus:

[19]et sicut avis deponens ad sedendum, aspergit nivem, et sicut locusta demergens descensus ejus.

[20]Pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus, et super imbrem ejus expavescet cor.

[21]Gelu sicut salem effundet super terram: et dum gelaverit, fiet tamquam cacumina tribuli.

[22]Frigidus ventus aquilo flavit, et gelavit crystallus ab aqua: super omnem congregationem aquarum requiescet, et sicut lorica induet se aquis:

[23]et devorabit montes, et exuret desertum, et extinguet viride, sicut igne.

[24]Medicina omnium in festinatione nebulæ: et ros obvians ab ardore venienti humilem efficiet eum.

[25]In sermone ejus siluit ventus, et cogitatione sua placavit abyssum: et plantavit in illa Dominus insulas.

[26]Qui navigant mare enarrent pericula ejus, et audientes auribus nostris admirabimur.

[25] A palavra de Deus faz calar o vento; só com o seu pensar apazigua o abismo, no meio do qual o Senhor plantou as ilhas.

[26] Os que navegam sobre o mar contam os seus perigos; ouvindo-os, ficaremos arrebatados de admiração.

[27] Ali se encontram grandes obras e maravilhas, animais de toda espécie e criaturas monstruosas.

[28] Por ele, tudo tende regularmente para a sua finalidade, tudo foi disposto conforme a sua palavra.

[29] Diremos muitas coisas, porém faltarão palavras. Mas o resumo de nosso discurso é este: ele está em tudo.

[30] Que podemos nós fazer para glorificá-lo? Pois o Todo-poderoso está acima de todas as suas obras.

[31] O Senhor é terrível e soberanamente grande. Seu poder é maravilhoso.

[32] Glorificai o Senhor quanto puderdes, que ele ficará sempre acima, porque é admirável a sua grandeza.

[33] Bendizei o Senhor, exaltai-o com todas as vossas forças, pois ele está acima de todo louvor.

[34] Enaltecendo-o, reuni todas as vossas forças; não desanimeis; jamais chegareis (ao fim).

[35] Quem poderá contar o que dele viu? Quem é capaz de louvá-lo, como ele é, desde os primórdios?

[36] Muitos segredos são maiores que tudo isso; só vemos um pequeno número de suas obras.

[37] O Senhor fez todas as coisas: ele dá sabedoria àqueles que vivem com piedade.

[27]Illic præclara opera et mirabilia, varia bestiarum genera, et omnium pecorum, et creatura belluarum.

[28]Propter ipsum confirmatus est itineris finis, et in sermone ejus composita sunt omnia.

[29]Multa dicemus, et deficiemus in verbis: consummatio autem sermonum ipse est in omnibus.

[30]Gloriantes ad quid valebimus? ipse enim omnipotens super omnia opera sua.

[31]Terribilis Dominus, et magnus vehementer, et mirabilis potentia ipsius.

[32]Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, supervalebit enim adhuc: et admirabilis magnificentia ejus.

[33]Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis: major enim est omni laude.

[34]Exaltantes eum, replemini virtute, ne laboretis, non enim comprehendetis.

[35]Quis videbit eum et enarrabit? et quis magnificabit eum sicut est ab initio?

[36]Multa abscondita sunt majora his: pauca enim vidimus operum ejus.

[37]Omnia autem Dominus fecit, et pie agentibus dedit sapientiam.

## Eclesiástico 44

[1] Façamos o elogio dos homens ilustres, que são nossos antepassados, em sua linhagem.

[2] O Senhor deu-lhes uma glória abundante, desde o princípio do mundo, por um efeito de sua magnificência.

## Ecclesiasticus 44

[1]Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua.

[2]Multam gloriam fecit Dominus: magnificentia sua a sæculo.

[3]Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute et prudentia sua præditi,

[3] Eles foram soberanos em seus estados, foram homens de grande virtude, dotados de prudência. As predições que anunciaram adquiriram-lhes a dignidade de profetas:

[4] eles governaram os povos do seu tempo e, com a firmeza de sua sabedoria, deram instruções muito santas ao povo.

[5] Com sua habilidade cultivaram a arte das melodias, publicaram os cânticos das escrituras.

[6] Homens ricos de virtude, que tinham gosto pela beleza, e viviam em paz em suas casas.

[7] Todos eles adquiriram fama junto de seus contemporâneos, e foram a glória de seu tempo.

[8] Aqueles que deles nasceram deixaram um nome que publica seus louvores.

[9] Outros há, dos quais não se tem lembrança; pereceram como se nunca tivessem existido. Nasceram, eles e seus filhos, como se não tivessem nascido.

[10] Os primeiros, porém, foram homens de misericórdia; nunca foram esquecidas as obras de sua caridade.

[11] Na sua posteridade permanecem os seus bens.

[12] Os filhos de seus filhos são uma santa linhagem, e seus descendentes mantêm-se fiéis às alianças.

[13] Por causa deles seus filhos permanecem para sempre, e sua posteridade, assim como sua glória, não terá fim.

[14] Seus corpos foram sepultados em paz, seu nome vive de século em século.

[15] Proclamem os povos sua sabedoria, e cante a assembleia os seus louvores!

[16] Henoc agradou a Deus e foi transportado ao paraíso, para excitar as nações à penitência.

[17] Noé foi julgado justo e perfeito, e no tempo da ira tornou-se o elo de reconciliação.

[18] Por isso, foram deixados alguns na terra, quando veio o dilúvio.

nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum:

[4]et imperantes in præsenti populo, et virtute prudentiæ populis sanctissima verba:

[5]in peritia sua requirentes modos musicos, et narrantes carmina Scripturarum:

[6]homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis.

[7]Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, et in diebus suis habentur in laudibus.

[8]Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.

[9]Et sunt quorum non est memoria: perierunt quasi qui non fuerint: et nati sunt quasi non nati, et filii ipsorum cum ipsis.

[10]Sed illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt.

[11]Cum semine eorum permanent bona:

[12]hæreditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum:

[13]et filii eorum propter illos usque in æternum manent: semen eorum et gloria eorum non derelinquetur.

[14]Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et generationem.

[15]Sapientiam ipsorum narrent populi, et laudem eorum nuntiet ecclesia.

[16]Enoch placuit Deo, et translatus est in paradisum, ut det gentibus pœnitentiam.

[17]Noë inventus est perfectus, justus, et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

[18]Ideo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluvium.

[19]Testamenta sæculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluvio omnis caro.

[20]Abraham magnus pater multitudinis gentium, et non est inventus similis illi in gloria: qui conservavit legem Excelsi, et fuit in testamento cum illo.

[19] Ele foi o depositário das alianças feitas com o mundo, a fim de que ninguém doravante fosse destruído por dilúvio.

[20] Abraão é o pai ilustre de uma infinidade de povos. Ninguém lhe foi igual em glória: guardou a Lei do Altíssimo, e fez aliança com ele.

[21] O Senhor marcou essa aliança em sua carne; na provação, mostrou-se fiel.

[22] Por isso, jurou Deus que o havia de glorificar na sua raça, e prometeu que ele cresceria como o pó da terra.

[23] Prometeu-lhe que exaltaria sua raça como as estrelas, e que seu quinhão de herança se estenderia de um mar a outro: desde o rio até as extremidades da terra.

[24] Ele fez o mesmo com Isaac, por causa de seu pai, Abraão.

[25] O Senhor deu-lhe a bênção de todas as nações, e confirmou sua aliança sobre a cabeça de Jacó.

[26] Distinguiu-o com suas bênçãos, deu-lhe a herança, e repartiu-a entre as doze tribos.

[27] Conservou-lhe homens cheios de misericórdia, que encontraram graça aos olhos de toda carne.

[21]In carne ejus stare fecit testamentum, et in tentatione inventus est fidelis.

[22]Ideo jurejurando dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi terræ cumulum,

[23]et ut stellas exaltare semen ejus, et hæreditare illos a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos terræ.

[24]Et in Isaac eodem modo fecit, propter Abraham patrem ejus.

[25]Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, et testamentum confirmavit super caput Jacob.

[26]Agnovit eum in benedictionibus suis, et dedit illi hæreditatem, et divisit illi partem in tribubus duodecim.

[27]Et conservavit illi homines misericordiæ, invenientes gratiam in oculis omnis carnis.

## Eclesiástico 45

[1] Moisés foi amado por Deus e pelos homens: sua memória é abençoada.

[2] O Senhor deu-lhe uma glória semelhante à dos santos; tornou-se poderoso e temido por seus inimigos.

[3] Glorificou-o na presença dos reis, prescreveu-lhe suas ordens diante do seu povo, e mostrou-lhe a sua glória.

[4] Santificou-o pela sua fé e mansidão, escolheu-o entre todos os homens.

[5] Pois Deus atendeu-o, ouviu sua voz e o introduziu na nuvem.

[6] Deu-lhe seus preceitos perante seu povo e a lei da vida e da ciência, para ensinar a Jacó sua aliança e a Israel seus decretos.

[7] Exaltou seu irmão Aarão, semelhante a ele, da tribo de Levi.

## Ecclesiasticus 45

[1]Dilectus Deo et hominibus Moyses, cujus memoria in benedictione est.

[2]Similem illum fecit in gloria sanctorum, et magnificavit eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placavit.

[3]Glorificavit illum in conspectu regum, et jussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam.

[4]In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne.

[5]Audivit enim eum, et vocem ipsius, et induxit illum in nubem.

[6]Et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, et judicia sua Israël.

[7]Excelsum fecit Aaron fratrem ejus, et similem sibi, de tribu Levi.

[8] Fez com ele uma aliança eterna, deu-lhe o sacerdócio do seu povo, e cumulou-o de felicidade e de glória.

[9] Adornou-o com um cinto de honra, revestiu-o de um manto de glória, coroou-o com todo esse aparato majestoso.

[10] Deu-lhe a longa túnica, a túnica inferior e o efod, cujas bordas eram ornadas de numerosas campainhas,

[11] que deviam retinir, quando ele andasse, e se ouvisse o seu som no templo, para advertir os filhos de seu povo.

[12] Deu-lhe uma túnica santa, tecida de ouro, de pedras preciosas e de púrpura, obra de um homem sábio, dotado de juízo e de verdade.

[13] Era uma obra de artista, de fio de escarlate, com doze pedras preciosas engastadas no ouro, gravadas pelo trabalho do lapidador, em memória das doze tribos de Israel.

[14] Sobre sua tiara colocou uma coroa de ouro, onde estava gravado o cunho da santidade, da glória e da honra; era uma obra majestosa, adorno que encantava os olhos.

[15] Nunca antes dele houve coisa tão magnífica, desde o princípio do mundo.

[16] Nenhum estranho dele se revestiu, mas somente os seus filhos, e os filhos de seus filhos no decorrer dos tempos.

[17] Os sacrifícios foram diariamente consumidos pelo fogo.

[18] Moisés o investiu e o ungiu com o óleo santo.

[19] Deus fez com ele e com sua raça uma aliança eterna, que durará tanto quanto os dias do céu, para exercer o sacerdócio, para cantar os louvores do Senhor, e abençoar solenemente o seu povo em seu nome.

[20] Escolheu-o entre todos os viventes para oferecer a Deus o sacrifício, o incenso e o perfume da lembrança, e para fazer a expiação em favor do seu povo.

[21] Deu-lhe autoridade sobre seus preceitos, e sobre as disposições dos seus

[8]Statuit ei testamentum æternum, et dedit illi sacerdotium gentis, et beatificavit illum in gloria:

[9]et circumcinxit eum zona gloriæ, et induit eum stolam gloriæ, et coronavit eum in vasis virtutis.

[10]Circumpedes, et femoralia, et humerale posuit ei: et cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro:

[11]dare sonitum in incessu suo, auditum facere sonitum in templo in memoriam filiis gentis suæ.

[12]Stolam sanctam auro, et hyacintho, et purpura, opus textile viri sapientis, judicio et veritate præditi:

[13]torto cocco opus artificis gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri, et opere lapidarii sculptis, in memoriam secundum numerum tribuum Israël.

[14]Corona aurea super mitram ejus expressa signo sanctitatis, et gloria honoris: opus virtutis, et desideria oculorum ornata.

[15]Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia usque ad originem.

[16]Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantum filii ipsius soli, et nepotes ejus per omne tempus.

[17]Sacrificia ipsius consumpta sunt igne quotidie.

[18]Complevit Moyses manus ejus, et unxit illum oleo sancto.

[19]Factum est illi in testamentum æternum, et semini ejus, sicut dies cæli, fungi sacerdotio, et habere laudem, et glorificare populum suum in nomine ejus.

[20]Ipsum elegit ab omni vivente, offerre sacrificium Deo, incensum, et bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo:

[21]et dedit illi in præceptis suis potestatem, in testamentis judiciorum: docere Jacob testimonia, et in lege sua lucem dare Israël.

[22]Quia contra illum steterunt alieni, et propter invidiam circumdederunt illum

julgamentos, para ensinar a Jacó seus mandamentos, e explicar sua Lei a Israel.

22 Estrangeiros conspiraram contra ele; por inveja, homens o cercaram no deserto, que eram do partido de Datã e Abiram, e da facção furiosa de Coré.

23 Viu isso o Senhor, e não lhe agradou, e foram destruídos pela impetuosidade de sua cólera.

24 Fez prodígios contra eles, e a chama de seu fogo os devorou.

25 Aumentou ainda mais a glória de Aarão: deu-lhe uma herança, destinou-lhe as primícias dos frutos da terra.

26 Antes de tudo, preparou-lhes alimento em abundância, pois devem comer os sacrifícios do Senhor, os quais deu a ele e à sua posteridade.

27 Mas ele não tem herança na terra das nações, não tem porção entre seu povo, pois o Senhor mesmo é o quinhão de sua herança.

28 Fineias, filho de Eleazar, é o terceiro em glória. Ele imitou Moisés no temor do Senhor.

29 Permaneceu firme no meio da idolatria do povo; por sua bondade e o zelo de sua alma, apaziguou a ira de Deus contra Israel.

30 É por isso que Deus fez com ele uma aliança de paz, e deu-lhe o principado das coisas santas e do seu povo, a fim de que a ele e a seus descendentes pertencesse para sempre a dignidade sacerdotal.

31 Fez também Deus aliança com o rei Davi, filho de Jessé, da tribo de Judá; tornou-o herdeiro do reino, ele e sua raça, para derramar a sabedoria no nosso coração, e julgar o seu povo com justiça, a fim de que não se perdessem os seus bens: tornou eterna a sua glória no seio de sua raça.

homines in deserto, qui erant cum Dathan et Abiron, et congregatio Core in iracundia.

23Vidit Dominus Deus, et non placuit illi, et consumpti sunt in impetu iracundiæ.

24Fecit illis monstra, et consumpsit illos in flamma ignis.

25Et addidit Aaron gloriam, et dedit illi hæreditatem, et primitias frugum terræ divisit illi.

26Panem ipsis in primis paravit in satietatem: nam et sacrificia Domini edent, quæ dedit illi et semini ejus.

27Ceterum in terra gentes non hæreditabit, et pars non est illi in gente: ipse est enim pars ejus, et hæreditas.

28Phinees, filius Eleazari, tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini,

29et stare in reverentia gentis: in bonitate et alacritate animæ suæ placuit Deo pro Israël.

30Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum et gentis suæ, ut sit illi et semini ejus sacerdotii dignitas in æternum.

31Et testamentum David regi filio Jesse de tribu Juda, hæreditas ipsi et semini ejus: ut daret sapientiam in cor nostrum, judicare gentem suam in justitia, ne abolerentur bona ipsorum: et gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

## Eclesiástico 46

1 Josué, filho de Nun, foi um valente na guerra. Sucedeu Moisés entre os profetas; foi ilustre, tão ilustre como o nome que trazia,

## Ecclesiasticus 46

1Fortis in bello Jesus Nave, successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundum nomen suum,

[2] muito ilustre salvador dos eleitos de Deus, para derrubar os inimigos que se levantavam, e para conquistar a herança de Israel.

[3] Que glória não alcançou ele em levantar as suas mãos, e em brandir a espada contra as cidades!

[4] Quem pôde enfrentá-lo? Pois o Senhor mesmo lhe trazia os seus inimigos.

[5] Não deteve ele o sol, em sua cólera? Não se tornou um só dia tão longo como dois?

[6] Ele invocou o Altíssimo Todo-poderoso, atacando os inimigos de todos os lados: o Deus grande e santo o atendeu com uma chuva de pedras de grande força.

[7] Investiu impetuosamente contra as hostes inimigas, e despedaçou-as na descida do vale,

[8] para que as nações conhecessem o poder de Deus, e soubessem que não é fácil combater contra Deus, ele seguiu sempre o Todo-poderoso.

[9] No tempo em que Moisés ainda vivia, praticou um ato de piedade com Caleb, filho de Jefoné, permanecendo firme contra o inimigo, impedindo o povo de pecar, e abafando a murmuração excitada pela malícia.

[10] Dentre um número de seiscentos mil homens de pé, esses dois foram escolhidos e poupados da morte, para levar o povo à sua herança, nessa terra onde mana leite e mel.

[11] O Senhor deu força a Caleb; até a velhice permaneceu ele vigoroso, para subir a um lugar elevado na terra prometida, que a sua descendência recebeu como herança,

[12] para que todos os israelitas reconhecessem que é bom obedecer ao Deus santo.

[13] Em seguida, vieram os juízes, cada um (designado) pelo seu nome, aqueles cujos corações não se perverteram, e que não se afastaram do Senhor.

[14] Que a sua memória seja abençoada, e seus ossos floresçam em seus sepulcros!

[2]maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur hæreditatem Israël.

[3]Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas, et jactando contra civitates rhomphæas!

[4]Quis ante illum sic restitit? nam hostes ipse Dominus perduxit.

[5]An non in iracundia ejus impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo?

[6]Invocavit Altissimum potentem, in oppugnando inimicos undique: et audivit illum magnus et sanctus Deus, in saxis grandinis virtutis valde fortis.

[7]Impetum fecit contra gentem hostilem, et in descensu perdidit contrarios:

[8]ut cognoscant gentes potentiam ejus, quia contra Deum pugnare non est facile. Et secutus est a tergo potentis:

[9]et in diebus Moysi misericordiam fecit, ipse, et Caleb filius Jephone, stare contra hostem, et prohibere gentem a peccatis, et perfringere murmur malitiæ.

[10]Et ipsi duo constituti a periculo liberati sunt a numero sexcentorum millium peditum, inducere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac et mel.

[11]Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, et usque in senectutem permansit illi virtus, ut ascenderet in excelsum terræ locum, et semen ipsius obtinuit hæreditatem,

[12]ut viderent omnes filii Israël quia bonum est obsequi sancto Deo.

[13]Et judices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor, qui non aversi sunt a Domino,

[14]ut sit memoria illorum in benedictione, et ossa eorum pullulent de loco suo:

[15]et nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum, sanctorum virorum gloria.

[16]Dilectus a Domino Deo suo Samuel, propheta Domini, renovavit imperium, et unxit principes in gente sua.

[15] Que seu nome permaneça eternamente, e passe aos seus filhos com a glória desses santos homens!

[16] Amado pelo Senhor, seu Deus, Samuel, o profeta do Senhor, instituiu um novo governo, e ungiu príncipes entre o seu povo.

[17] Julgou a assembleia segundo a Lei do Senhor. E o Deus de Jacó o visitou. Por sua fidelidade ele se mostrou verdadeiramente profeta,

[18] e foi fiel em suas palavras, porque viu o Deus da luz.

[19] Invocou o Deus Todo-poderoso, ofereceu-lhe um cordeiro sem mácula, quando os seus inimigos o perseguiam por todos os lados.

[20] O Senhor trovejou do céu, fazendo ouvir sua voz com grande estrondo.

[21] Destroçou os príncipes de Tiro, e todos os chefes dos filisteus.

[22] Antes de terminar a sua vida neste mundo, tomou como testemunha o Senhor e seu ungido, de que não tinha recebido dinheiro de pessoa alguma, nem mesmo uma sandália, e não achou ninguém que o acusasse.

[23] Depois disso, adormeceu e apareceu ao rei, e lhe mostrou seu fim (próximo); levantou a sua voz do seio da terra para profetizar a destruição da impiedade do povo.

[17]In lege Domini congregationem judicavit, et vidit Deus Jacob: et in fide sua probatus est propheta,

[18]et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis.

[19]Et invocavit Dominum omnipotentem, in oppugnando hostes circumstantes undique, in oblatione agni inviolati.

[20]Et intonuit de cælo Dominus, et in sonitu magno auditam fecit vocem suam:

[21]et contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philisthiim:

[22]et ante tempus finis vitæ suæ et sæculi, testimonium præbuit in conspectu Domini et christi: pecunias et usque ad calceamenta ab omni carne non accepit, et non accusavit illum homo.

[23]Et post hoc dormivit: et notum fecit regi, et ostendit illi finem vitæ suæ: et exaltavit vocem suam de terra in prophetia, delere impietatem gentis.

## Eclesiástico 47

[1] Depois disto levantou-se Natã, profeta no tempo de Davi.

[2] Assim como a gordura da vitamina se separa da carne, assim foi Davi separado do meio dos israelitas.

[3] Ele brincou com os leões como se fossem cordeiros, e tratou os ursos como cordeirinhos.

[4] Não foi ele quem, em sua mocidade, matou o gigante, e tirou a vergonha do seu povo?

[5] Levantando a mão, com uma pedra de sua funda abateu a insolência de Golias,

## Ecclesiasticus 47

[1]Post hæc surrexit Nathan, propheta in diebus David.

[2]Et quasi adeps separatus a carne, sic David a filiis Israël.

[3]Cum leonibus lusit quasi cum agnis, et in ursis similiter fecit sicut in agnis ovium, in juventute sua.

[4]Numquid non occidit gigantem, et abstulit opprobrium de gente?

[5]In tollendo manum, saxo fundæ dejecit exsultationem Goliæ:

[6] pois ele invocou o Senhor Todo-poderoso, o qual deu à sua destra força para derrubar o temível guerreiro, e para levantar o poder do seu povo.

[7] Assim foi ele festejado por causa (da morte) de dez mil homens. Louvaram-no nas bênçãos do Senhor, e ofereceram-lhe uma coroa de glória,

[8] porque ele esmagou os inimigos de todos os lados, exterminou os filisteus, seus adversários, (como se vê) ainda hoje, e abateu o seu poder para sempre.

[9] Fez de todas as suas obras uma homenagem ao Santo e ao Altíssimo com palavras de louvor.

[10] Louvou o Senhor com todo o coração. Amou a Deus que o criou, e lhe deu poder contra seus inimigos.

[11] Estabeleceu cantores diante do altar, e compôs suaves melodias para os seus cânticos.

[12] Deu esplendor às festividades, e brilho aos dias solenes, até o fim da vida, para que fosse louvado o santo nome do Senhor, e fosse glorificada desde o amanhecer a santidade de Deus.

[13] O Senhor purificou-o de seus pecados, engrandeceu o seu poder para sempre, e firmou-lhe, por sua aliança, a realeza e um trono de glória em Israel.

[14] Depois dele, apareceu seu filho, cheio de sabedoria; por causa dele o Senhor derrubou todo o poder dos inimigos.

[15] Salomão reinou em dias de paz. Deus submeteu a ele todos os seus inimigos,

[16] a fim de que ele construísse uma casa ao nome do Senhor, e lhe preparasse um santuário eterno. Quão bem foste instruído na tua juventude! Foste cheio de sabedoria como um rio. Tua alma cobriu toda a terra.

[17] Encerraste enigmas em sentenças, teu nome foi glorificado até nas ilhas longínquas, e foste amado na tua paz.

[18] Por teus cânticos, provérbios, parábolas e interpretações, foste admirado por toda a terra.

[6]nam invocavit Dominum omnipotentem, et dedit in dextera ejus tollere hominem fortem in bello, et exaltare cornu gentis suæ.

[7]Sic in decem millibus glorificavit eum: et laudavit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriæ:

[8]contrivit enim inimicos undique, et extirpavit Philisthiim contrarios usque in hodiernum diem: contrivit cornu ipsorum usque in æternum.

[9]In omni opere dedit confessionem Sancto, et Excelso in verbo gloriæ.

[10]De omni corde suo laudavit Dominum: et dilexit Deum, qui fecit illum, et dedit illi contra inimicos potentiam:

[11]et stare fecit cantores contra altare, et in sono eorum dulces fecit modos.

[12]Et dedit in celebrationibus decus, et ornavit tempora usque ad consummationem vitæ, ut laudarent nomen sanctum Domini, et amplificarent mane Dei sanctitatem.

[13]Dominus purgavit peccata ipsius, et exaltavit in æternum cornu ejus: et dedit illi testamentum regni, et sedem gloriæ in Israël.

[14]Post ipsum surrexit filius sensatus, et propter illum dejecit omnem potentiam inimicorum.

[15]Salomon imperavit in diebus pacis, cui subjecit Deus omnes hostes, ut conderet domum in nomine suo, et pararet sanctitatem in sempiternum. Quemadmodum eruditus es in juventute tua,

[16]et impletus es, quasi flumen, sapientia, et terram retexit anima tua.

[17]Et replesti in comparationibus ænigmata: ad insulas longe divulgatum est nomen tuum, et dilectus es in pace tua.

[18]In cantilenis, et proverbiis, et comparationibus, et interpretationibus, miratæ sunt terræ:

[19]et in nomine Domini Dei, cui est cognomen Deus Israël.

[19] Em nome do Senhor Deus, que é chamado o Deus de Israel,

[20] ajuntaste montes de ouro como se fosse bronze, amontoaste prata como se faz com o chumbo.

[21] Entregaste teus flancos às mulheres, saciaste teu corpo,

[22] maculaste tua glória, profanaste tua raça, atraindo assim a cólera sobre teus filhos, e o castigo sobre tua loucura,

[23] causando com isso um cisma no reino, e fazendo sair de Efraim uma dominação rebelde.

[24] Mas Deus não esqueceu a sua misericórdia, não destruiu nem aniquilou as suas obras; não arrancou pela raiz a posteridade de seu eleito, não exterminou a raça daquele que ama o Senhor.

[25] Ao contrário, deixou um resto a Jacó, e a Davi, um rebento de sua raça.

[26] E Salomão teve um fim semelhante ao de seus pais.

[27] Deixou depois de si um filho que foi a loucura da nação,

[28] um homem desprovido de juízo, chamado Roboão, que transviou o povo por seu conselho.

[29] E Jeroboão, filho de Nabat, que fez Israel pecar, e abriu para Efraim o caminho da iniquidade. Houve entre eles uma profusão de pecados,

[30] que os expulsaram para longe de sua terra.

[31] Procuraram todos os meios de fazer o mal, até que veio a vingança, que pôs um termo às suas iniquidades.

[20]Collegisti quasi auricalcum aurum, et ut plumbum complesti argentum:

[21]et inclinasti femora tua mulieribus: potestatem habuisti in corpore tuo.

[22]Dedisti maculam in gloria tua, et profanasti semen tuum, inducere iracundiam ad liberos tuos, et incitari stultitiam tuam:

[23]ut faceres imperium bipartitum, et ex Ephraim imperare imperium durum.

[24]Deus autem non derelinquet misericordiam suam: et non corrumpet, nec delebit opera sua, neque perdet a stirpe nepotes electi sui, et semen ejus qui diligit Dominum non corrumpet.

[25]Dedit autem reliquum Jacob, et David de ipsa stirpe.

[26]Et finem habuit Salomon cum patribus suis.

[27]Et dereliquit post se de semine suo, gentis stultitiam,

[28]et imminutum a prudentia, Roboam, qui avertit gentem consilio suo:

[29]et Jeroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israël, et dedit viam peccandi Ephraim: et plurima redundaverunt peccata ipsorum.

[30]Valde averterunt illos a terra sua.

[31]Et quæsivit omnes nequitias, usque dum perveniret ad illos defensio, et ab omnibus peccatis liberavit eos.

## Eclesiástico 48

[1] Suas palavras queimavam como uma tocha ardente. Elias, o profeta, levantou-se em breve como um fogo.

[2] Ele fez vir a fome sobre o povo de Israel: foram reduzidos a um punhado por tê-lo irritado com sua inveja, pois não podiam suportar os preceitos do Senhor.

## Ecclesiasticus 48

[1]Et surrexit Elias propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat.

[2]Qui induxit in illos famem: et irritantes illum invidia sua pauci facti sunt: non enim poterant sustinere præcepta Domini.

[3]Verbo Domini continuit cælum, et dejecit de cælo ignem ter.

[3] Com a palavra do Senhor ele fechou o céu, e dele fez cair fogo por três vezes.

[4] Quão glorioso te tornaste, Elias, por teus prodígios! Quem pode gloriar-se de ser como tu?

[5] Tu que fizeste sair um morto do seio da morte, e o arrancaste da região dos mortos pela palavra do Senhor;

[6] tu que lançaste os reis na ruína, que desfizeste sem dificuldade o seu poder, que fizeste cair de seu leito homens gloriosos.

[7] Tu que ouviste no Sinai o julgamento do Senhor, e no monte Horeb os decretos de sua vingança.

[8] Tu que sagraste reis para a penitência, e estabeleceste profetas para te sucederem.

[9] Tu que foste arrebatado num turbilhão de fogo, num carro puxado por cavalos ardentes.

[10] Tu que foste escolhido pelos decretos dos tempos para amenizar a cólera do Senhor, reconciliar os corações dos pais com os filhos, e restabelecer as tribos de Jacó.

[11] Bem-aventurados os que te conheceram, e foram honrados com a tua amizade!

[12] Pois, quanto a nós, só vivemos durante esta vida, e depois da morte, nem mesmo nosso nome nos sobreviverá.

[13] Elias foi então arrebatado em um turbilhão, mas seu espírito permaneceu em Eliseu. Nunca em sua vida teve Eliseu medo de um príncipe; ninguém o dominou pelo poder.

[14] Nada houve que o pudesse vencer: seu corpo, mesmo depois da morte, fez profecias.

[15] Durante a vida fez prodígios, depois da morte fez milagres.

[16] E, apesar de tudo isso, o povo não fez penitência, não se afastou dos seus pecados, até que foi expulso de sua terra, e espalhado por todo o mundo.

[17] Só ficou um resto do povo, um príncipe da casa de Davi.

[4]Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi?

[5]qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis, in verbo Domini Dei:

[6]qui dejecisti reges ad pernicem, et confregisti facile potentiam ipsorum, et gloriosos de lecto suo:

[7]qui audis in Sina judicium, et in Horeb judicia defensionis:

[8]qui ungis reges ad pœnitentiam, et prophetas facis successores post te:

[9]qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum:

[10]qui scriptus es in judiciis temporum, lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob.

[11]Beati sunt qui te viderunt, et in amicitia tua decorati sunt.

[12]Nam nos vita vivimus tantum: post mortem autem non erit tale nomen nostrum.

[13]Elias quidem in turbine tectus est, et in Eliseo completus est spiritus ejus: in diebus suis non pertimuit principem, et potentia nemo vicit illum:

[14]nec superavit illum verbum aliquod, et mortuum prophetavit corpus ejus.

[15]In vita sua fecit monstra, et in morte mirabilia operatus est.

[16]In omnibus istis non pœnituit populus, et non recesserunt a peccatis suis, usque dum ejecti sunt de terra sua, et dispersi sunt in omnem terram:

[17]et relicta est gens perpauca, et princeps in domo David.

[18]Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo: alii autem multa commiserunt peccata.

[19]Ezechias munivit civitatem suam, et induxit in medium ipsius aquam: et fodit ferro rupem, et ædificavit ad aquam puteum.

[20]In diebus ipsius ascendit Sennacherib, et misit Rabsacen, et sustulit manum suam contra illos: et extulit manum suam in Sion, et superbus factus est potentia sua.

[18] Alguns deles fizeram o que é do agrado de Deus; os outros, porém, multiplicaram os seus pecados.

[19] Ezequias fortificou a sua cidade, trazendo água até o centro; abriu com ferro um rochedo, e construiu um poço para as águas.

[20] Durante o seu reinado veio Senaquerib, que enviou Rabsaces, o qual levantou a sua mão contra eles; ele estendeu a sua mão contra Sião, ensoberbecendo-se com seu poder.

[21] Foi então que os seus corações e as suas mãos desfaleceram: sentiram dores como a parturiente.

[22] Invocaram o Senhor misereclodioso, levantando para o céu as suas mãos estendidas. E o Santo, o Senhor Deus, ouviu logo a sua voz:

[23] não se recordou dos seus pecados, não os entregou aos seus inimigos, mas purificou-os pela mão de Isaías, seu santo profeta.

[24] Derrubou o acampamento dos assírios, e o anjo do Senhor os desbaratou.

[25] Pois Ezequias fez o que era agradável a Deus: caminhou corajosamente pelas pegadas de Davi, seu pai, assim como lhe havia recomendado Isaías, o grande profeta, fiel aos olhos do Senhor.

[26] Um dia o sol retrocedeu, e o profeta prolongou a vida do rei.

[27] Por uma poderosa inspiração ele viu o fim dos tempos, e consolou aqueles que choravam em Sião;

[28] ele anunciou o futuro até o fim dos tempos, assim como as coisas ocultas antes que se cumprissem.

[21]Tunc mota sunt corda et manus ipsorum: et doluerunt quasi parturientes mulieres.

[22]Et invocaverunt Dominum misericordem, et expandentes manus suas extulerunt ad cælum: et Sanctus, Dominus Deus, audivit cito vocem ipsorum.

[23]Non est commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis suis: sed purgavit eos in manu Isaiæ sancti prophetæ.

[24]Dejecit castra Assyriorum, et contrivit illos angelus Domini:

[25]nam fecit Ezechias quod placuit Deo, et fortiter ivit in via David patris sui, quam mandavit illi Isaias, propheta magnus, et fidelis in conspectu Dei.

[26]In diebus ipsius retro rediit sol, et addidit regi vitam.

[27]Spiritu magno vidit ultima, et consolatus est lugentes in Sion usque in sempiternum.

[28]Ostendit futura, et abscondita antequam evenirent.

## Eclesiástico 49

[1] A memória de Josias é como uma composição de aromas preparada pelo perfumista.

[2] Em toda boca, sua lembrança é doce como o mel, como uma melodia em um festim regado de vinho.

## Ecclesiasticus 49

[1]Memoria Josiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarii.

[2]In omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria, et ut musica in convivio vini.

[3]Ipse est directus divinitus in pœnitentiam gentis, et tulit abominationes impietatis.

[3] Foi divinamente destinado a levar o povo à penitência, e robusteceu a piedade numa época de pecado.

[4] Voltou o coração para o Senhor e fez desaparecer as abominações da impiedade.

[5] Exceto Davi, Ezequias e Josias, todos pecaram:

[6] os reis de Judá abandonaram a Lei do Altíssimo, e desprezaram o temor de Deus;

[7] por isso, tiveram de entregar a outros o seu reino, e a sua glória a uma nação estrangeira.

[8] Os inimigos queimaram a cidade eleita, a cidade santa, transformaram suas ruas em um deserto, conforme o que predissera Jeremias,

[9] pois eles maltrataram aquele que havia sido consagrado profeta desde o ventre de sua mãe, para derrubar, para destruir, para arruinar, mas depois reedificar e renovar.

[10] Foi Ezequiel quem teve essa visão gloriosa, que o Senhor lhe mostrou num carro de querubins.

[11] Pois ele anunciou com uma chuva a sorte dos inimigos, assim como os bens reservados àquele que seguiam o caminho reto.

[12] Quanto aos doze profetas, refloresçam os seus ossos em seus túmulos, pois fortaleceram Jacó, e redimiram-se da servidão por uma fé corajosa.

[13] Como engrandecer a glória de Zorobabel? Foi ele como um anel na mão direita.

[14] Do mesmo modo Josué, filho de Josedec; eles que, em seus dias, reconstruíram a casa de Deus, e tornaram a levantar o Templo Santo do Senhor, destinado a uma glória eterna.

[15] Neemias viverá por longo tempo na recordação; ele reergueu nossas muralhas arruinadas, restabeleceu nossas portas e nossos trincos, e reedificou nossas casas.

[16] Ninguém nasceu no mundo comparável a Henoc, pois ele também foi arrebatado desta terra;

[4]Et gubernavit ad Dominum cor ipsius, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

[5]Præter David et Ezechiam et Josiam, omnes peccatum commiserunt:

[6]nam reliquerunt legem Altissimi reges Juda, et contempserunt timorem Dei.

[7]Dederunt enim regnum suum aliis, et gloriam suam alienigenæ genti.

[8]Incenderunt electam sanctitatis civitatem, et desertas fecerunt vias ipsius in manu Jeremiæ.

[9]Nam male tractaverunt illum qui a ventre matris consecratus est propheta, evertere, et eruere, et perdere, et iterum ædificare, et renovare:

[10]Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ quam ostendit illi in curru cherubim.

[11]Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostenderunt rectas vias.

[12]Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo: nam corroboraverunt Jacob, et redemerunt se in fide virtutis.

[13]Quomodo amplificemus Zorobabel? nam et ipse quasi signum in dextera manu:

[14]sic et Jesum filium Josedec, qui in diebus suis ædificaverunt domum, et exaltaverunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam.

[15]Et Nehemias in memoriam multi temporis, qui erexit nobis muros eversos, et stare fecit portas et seras, qui erexit domos nostras.

[16]Nemo natus est in terra qualis Henoch, nam et ipse receptus est a terra:

[17]neque ut Joseph, qui natus est homo princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi:

[18]et ossa ipsius visitata sunt, et post mortem prophetaverunt.

[19]Seth et Sem apud homines gloriam adepti sunt, et super omnem animam in origine Adam.

[17] nem comparável a José, nascido para ser o príncipe de seus irmãos e o sustentáculo de sua raça, o governador de seus irmãos, e o esteio de seu povo.

[18] Seus ossos foram conservados com cuidado: depois de sua morte fizeram profecia.

[19] Set e Sem foram glorificados entre os homens, porém, acima de qualquer ser vivo da Criação, acha-se Adão.

## Eclesiástico 50

[1] Simão, filho de Onias, sumo sacerdote, foi quem, durante a sua vida, sustentou a casa do Senhor; e durante os seus dias, fortificou o templo.

[2] Por ele foi fundado o alto edifício do templo, o edifício duplo e as altas muralhas.

[3] Em seus dias, a água jorrou dos reservatórios, que se encheram extraordinariamente, como o mar de bronze,

[4] ele cuidou do seu povo, libertou-o da perdição.

[5] Foi bastante poderoso para aumentar a cidade, conquistou glória em suas relações com a nação, e alargou a entrada do templo e do átrio.

[6] Como a estrela-d'alva brilha no meio das nuvens, como brilha a lua nos dias de lua cheia,

[7] como brilha o sol radioso, assim resplandeceu ele no Templo de Deus.

[8] Ele era como o arco-íris fulgurando nas nuvens luminosas, como a flor da roseira em dia de primavera, como os lírios à beira de uma corrente de água, e como o incenso que exala seu perfume nos dias de verão;

[9] como um fogo que lança centelhas, como o incenso que se queima no fogo;

[10] como um vaso de ouro maciço, adornado de pedrarias;

[11] como uma oliveira cujos rebentos crescem, e como um cipreste que se ergue para o alto. Assim aparecia ele quando se

## Ecclesiasticus 50

[1]Simon, Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, et in diebus suis corroboravit templum.

[2]Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio, et excelsi parietes templi.

[3]In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, et quasi mare adimpleti sunt supra modum.

[4]Qui curavit gentem suam, et liberavit eam a perditione:

[5]qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis, et ingressum domus et atrii amplificavit.

[6]Quasi stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena, in diebus suis lucet:

[7]et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.

[8]Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, et quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, et quasi thus redolens in diebus æstatis:

[9]quasi ignis effulgens, et thus ardens in igne:

[10]quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso:

[11]quasi oliva pullulans, et cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, et vestiri eum in consummationem virtutis.

[12]In ascensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum.

[13]In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, et ipse stans juxta aram: et

cobria com o manto de aparato, e revestia os ornatos de sua dignidade.

12 Subindo ao altar santo, honrava os santos ornamentos.

13 Conservando-se de pé junto do altar, recebia as partes das vítimas da mão dos sacerdotes, e os seus irmãos o rodeavam como uma coroa, como uma plantação de cedros no monte Líbano.

14 Como as folhas de uma palmeira, todos os filhos de Aarão mantinham-se em volta dele em sua magnificência.

15 A oblação do Senhor era apresentada pelas suas mãos diante do povo de Israel. Quando terminava o sacrifício no altar, a fim de enaltecer a oblação do rei Altíssimo,

16 ele estendia a mão para a libação, e espargia o sangue da videira;

17 derramava ao pé do altar um perfume divino para o príncipe Altíssimo.

18 Então, os filhos de Aarão manifestavam-se com exclamações, e tocavam trombetas de metal batido; faziam ouvir grandes clamores para se fazerem lembrados diante de Deus.

19 E todo o povo se comprimia em multidão, e caía com a face por terra, para adorar o Senhor, seu Deus, e dirigir preces ao Deus Todo-poderoso, o Altíssimo.

20 Os cantores elevavam a voz, e do vasto edifício subia uma suave melodia.

21 O povo orava ao Senhor, o Altíssimo, até que terminasse o culto do Senhor, e que as cerimônias tivessem fim,

22 Então, descendo do altar, o sumo sacerdote elevava as mãos sobre todo o povo israelita, para render glória a Deus em alta voz, e para glorificá-lo em seu nome.

23 E o povo repetia sua oração, querendo demonstrar o poder de Deus.

24 E, agora, orai ao Deus de todas as coisas, que fez grandes coisas pela terra toda, que multiplicou nossos dias desde o seio materno, e usou de misericórdia para conosco.

circa illum corona fratrum: quasi plantatio cedri in monte Libano,

14sic circa illum steterunt quasi rami palmæ: et omnes filii Aaron in gloria sua.

15Oblatio autem Domini in manibus ipsorum coram omni synagoga Israël: et consummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelsi Regis,

16porrexit manum suam in libatione, et libavit de sanguine uvæ.

17Effudit in fundamento altaris odorem divinum excelso Principi.

18Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis productilibus sonuerunt: et auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo.

19Tunc omnis populus simul properaverunt, et ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum Deum suum, et dare preces omnipotenti Deo excelso.

20Et amplificaverunt psallentes in vocibus suis, et in magna domo auctus est sonus suavitatis plenus.

21Et rogavit populus Dominum excelsum in prece, usque dum perfectus est honor Domini, et munus suum perfecerunt.

22Tunc descendens, manus suas extulit in omne congregationem filiorum Israël, dare gloriam Deo a labiis suis, et in nomine ipsius gloriari:

23et iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.

24Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros a ventre matris nostræ, et fecit nobiscum secundum suam misericordiam:

25det nobis jucunditatem cordis, et fieri pacem in diebus nostris in Israël per dies sempiternos:

26credere Israël nobiscum esse Dei misericordiam, ut liberet nos in diebus suis.

27Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens quam oderim:

[25] Que ele nos conceda a alegria do coração, e que a paz esteja com Israel agora e para sempre;

[26] para que Israel creia que a misericórdia de Deus está conosco, e que nos liberte quando chegar o dia.

[27] Há dois povos que minha alma abomina, e o terceiro, que aborreço, nem sequer é um povo:

[28] aqueles que vivem no monte Seir, os filisteus, e o povo insensato que habita em Siquém.

[29] Jesus, filho de Sirac de Jerusalém, escreveu neste livro uma doutrina de sabedoria e ciência, e derramou nele a sabedoria de seu coração.

[30] Feliz aquele que se entregar a essas boas palavras; aquele que as guardar no coração será sempre sábio;

[31] pois, se ele as cumprir, será capaz de todas as coisas, porque a luz de Deus guiará os seus passos.

[28]qui sedent in monte Seir, et Philisthiim, et stultus populus qui habitat in Sichimis.

[29]Doctrinam sapientiæ et disciplinæ scripsit in codice isto Jesus, filius Sirach, Jerosolymita, qui renovavit sapientiam de corde suo.

[30]Beatus qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper.

[31]Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit, quia lux Dei vestigium ejus est.

## Eclesiástico 51

[1] Eu vos glorificarei, ó Senhor e rei, eu vos louvarei, ó Deus, meu salvador.

[2] Glorificarei o vosso nome, porque fostes meu auxílio e meu protetor.

[3] Livrastes meu corpo da perdição, das ciladas da língua injusta, e dos lábios dos forjadores de mentira. Fostes meu apoio contra aqueles que me acusavam.

[4] Libertastes-me conforme a extensão da misericórdia de vosso nome, dos rugidos dos animais ferozes, prestes a me devorar;

[5] da mão daqueles que atacavam a minha vida, do assalto das tribulações que me aturdiam,

[6] e da violência das chamas que me rodeavam. Em meio ao fogo não me queimei.

[7] Libertastes-me das profundas entranhas da morada dos mortos, da língua maculada, das palavras mentirosas, do rei iníquo e da língua injusta.

## Ecclesiasticus 51

[1]Oratio Jesu filii Sirach. Confitebor tibi, Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum.

[2]Confitebor nomini tuo, quoniam adjutor et protector factus es mihi,

[3]et liberasti corpus meum a perditione: a laqueo linguæ iniquæ, et a labiis operantium mendacium: et in conspectu astantium factus es mihi adjutor.

[4]Et liberasti me, secundum multitudinem misericordiæ nominis tui, a rugientibus præparatis ad escam:

[5]de manibus quærentium animam meam, et de portis tribulationum quæ circumdederunt me;

[6]a pressura flammæ quæ circumdedit me, et in medio ignis non sum æstuatus;

[17] Aqueles que se santificam e se purificam para ir aos jardins, conduzidos por alguém que se encontra no meio deles, aqueles que comem carne de porco, de animais rasteiros e ratos, verão cessar ao mesmo tempo suas

[6]Vox populi de civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.

[7]Antequam parturiret, peperit; antequam veniret partus ejus, peperit masculum.

[8]Quis audivit umquam tale? et quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die una, aut parietur gens simul, quia parturivit et peperit Sion filios suos?

[9]Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus. Si ego, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero? ait Dominus Deus tuus.

[10]Lætamini cum Jerusalem et exsultate in ea, omnes qui diligitis eam; gaudete cum ea gaudio, universi qui lugetis super eam:

[11]ut sugatis et repleamini ab ubere consolationis ejus; ut mulgeatis et deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus.

[12]Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis: ad ubera portabimini, et super genua blandientur vobis.

[13]Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in Jerusalem consolabimini.

[14]Videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt: et cognoscetur manus Domini servis ejus, et indignabitur inimicis suis.

[15]Quia ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadrigæ ejus, reddere in indignatione furorem suum et increpationem suam in flamma ignis:

[16]quia in igne Dominus dijudicabit, et in gladio suo ad omnem carnem; et multiplicabuntur interfecti a Domino,

[17]qui sanctificabantur et mundos se putabant in hortis post januam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, et abominationem et murem: simul consumentur, dicit Dominus.

[18]Ego autem opera eorum et cogitationes eorum venio ut congregem, cum omnibus

maneiras de agir e de pensar, declara o Senhor.

[18] E virei para reunir os homens de todas as nações e de todas as línguas; todos virão e verão minha glória.

[19] Executarei no meio deles um prodígio e enviarei às nações aqueles dentre eles que tiverem escapado (a Társis, Put e Lud, Mosoc e Ros, Tubal e Javã), às ilhas longínquas que nunca ouviram falar de mim e não viram minha glória; eles farão conhecer às nações a minha glória.

[20] De cada uma das nações trarão todos os vossos irmãos como oferenda ao Senhor, a cavalo, em carros, em liteiras, em lombo de mulas e de dromedários, ao meu monte santo, a Jerusalém, diz o Senhor, tal como os filhos de Israel trazem sua oferenda em vasos purificados à casa do Senhor.

[21] Escolherei mesmo entre eles sacerdotes e levitas, diz o Senhor.

[22] Pois, assim como os novos céus e a nova terra que vou criar devem subsistir diante de mim, declara o Senhor, assim devem subsistir vossa raça e vosso nome.

[23] E assim, cada mês, à lua nova, e cada semana, aos sábados, todos virão prostrar-se diante de mim, diz o Senhor.

[24] E quando se virarem, poderão ver os cadáveres daqueles que se revoltaram contra mim, porque o verme deles não morrerá e seu fogo não se extinguirá, e para todos serão um espetáculo horripilante”.

gentibus et linguis: et venient, et videbunt gloriam meam.

[19]Et ponam in eis signum, et mittam ex eis qui salvati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, et Lydiam, tendentes sagittam; in Italiam et Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, et non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus;

[20]et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino, in equis, et in quadrigis, et in lecticis, et in mulis, et in carrucis, ad montem sanctum meum Jerusalem, dicit Dominus: quomodo si inferant filii Israël munus in vase mundo in domum Domini.

[21]Et assumam ex eis in sacerdotes et Levitas, dicit Dominus.

[22]Quia sicut cæli novi et terra nova, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrum et nomen vestrum.

[23]Et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato: veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit Dominus.

[24]Et egredientur, et videbunt cadavera virorum qui prævaricati sunt in me; vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur: et erunt usque ad satietatem visionis omni carni.

# Jeremias

## Jeremias 1

[1] Palavras de Jeremias, filho de Helcias, um dos sacerdotes que viviam em Anatot, na terra de Benjamim.

[2] A palavra do Senhor foi-lhe dirigida no tempo de Josias, filho de Amon, rei de Judá, no décimo terceiro ano de seu reinado.

[3] Foi-lhe ainda dirigida no tempo de Joaquin, filho de Josias, rei de Judá, até o fim do décimo primeiro ano do reinado de Sedecias, filho de Josias, rei de Judá, até a deportação dos habitantes de Jerusalém, no quinto mês.

[4] Foi-me dirigida nestes termos a palavra do Senhor:

[5] Antes que no seio fosses formado, eu já te conhecia; antes de teu nascimento, eu já te havia consagrado, e te havia designado profeta das nações.

[6] E eu respondi: "Ah! Senhor JAVÉ, eu nem sei falar, pois que sou apenas uma criança".

[7] Replicou, porém, o Senhor: Não digas: "Sou apenas uma criança": porquanto irás procurar todos aqueles aos quais te enviar, e a eles dirás o que eu te ordenar.

[8] Não deverás temê-los porque estarei contigo para livrar-te – oráculo do Senhor.

[9] E o Senhor, estendendo em seguida a sua mão, tocou-me na boca. E assim me falou: "Eis que coloco minhas palavras nos teus lábios.

[10] Vê: dou-te hoje poder sobre as nações e sobre os reinos para arrancares e demolires, para arruinares e destruíres, para edificares e plantares".

[11] Nestes termos foi-me dirigida a pa-lavra do Senhor: "Que vês, Jeremias?" – E eu respondi –: "Vejo um ramo de amendoeira."

[12] "Viste bem" – disse-me o Senhor –, "porque velo sobre minha palavra para que se cumpra."

[13] Pela segunda vez dirigiu-se a mim a palavra do Senhor, e assim falou: "Que estás

# Jeremias

## Jeremias 1

[1]Verba Jeremiæ filii Helciæ, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin.

[2]Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Josiæ filii Amon, regis Juda, in tertiodecimo anno regni ejus.

[3]Et factum est in diebus Joakim filii Josiæ, regis Juda, usque ad consummationem undecimi anni Sedeciæ, filii Josiæ, regis Juda, usque ad transmigrationem Jerusalem, in mense quinto.

[4]Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

[5]Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in gentibus dedi te.

[6]Et dixi: A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

[7]Et dixit Dominus ad me: Noli dicere: Puer sum: quoniam ad omnia quæ mittam te ibis, et universa quæcumque mandavero tibi loqueris.

[8]Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum ut eruam te, dicit Dominus.

[9]Et misit Dominus manum suam, et tetigit os meum, et dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo:

[10]ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et ædifices, et plantes.

[11]Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides, Jeremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video.

[12]Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbo meo, ut faciam illud.

[13]Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam ego video, et faciem ejus a facie aquilonis.

vendo?". "Vejo" – respondi – "uma caldeira fervente cujo vapor toma a direção norte-sul."

14 Disse-me o Senhor: "É do norte que vai transbordar a desgraça sobre todos os habitantes da terra.

15 Pois vou convocar todos os povos dos reinos do norte – oráculo do Senhor. Eles virão, e cada um estabelecerá seu sólio diante das portas de Jerusalém, em torno de suas muralhas, e de todas as cidades de Judá.

16 Eu os condenarei pelos males que cometeram, por me haverem abandonado, ofertando incenso a outros deuses e adorando a obra de suas mãos.

17 Tu, porém, cinge-te com o teu cinto e levanta-te para dizer-lhes tudo quanto te ordenar. Não temas a presença deles; senão, eu te aterrorizarei à vista deles;

18 quanto a mim, desde hoje, faço de ti uma fortaleza, coluna de ferro e muro de bronze, erguido) diante de toda nação, diante dos reis de Judá e seus chefes, diante de seus sacerdotes e de todo o povo da nação.

19 Eles te combaterão, mas não conseguirão vencer-te, porque estou contigo, para livrar-te" – oráculo do Senhor.

14Et dixit Dominus ad me: Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ:

15quia ecce ego convocabo omnes cognationes regnorum aquilonis, ait Dominus: et venient, et ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalem, et super omnes muros ejus in circuitu, et super universas urbes Juda:

16et loquar judicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, et libaverunt diis alienis, et adoraverunt opus manuum suarum.

17Tu ergo, accinge lumbos tuos, et surge, et loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum.

18Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum æreum, super omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, et sacerdotibus, et populo terræ.

19Et bellabunt adversum te, et non prævalebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.

## Jeremias 2

1 A palavra do Senhor foi-me dirigida nestes termos:

2 "Vai e clama aos ouvidos de Jerusalém estas palavras – oráculo do Senhor: Lembro-me de tua afeição quando eras jovem, de teu amor de noivado, no tempo em que me seguias ao deserto, à terra sem sementeiras.

3 Era, então, Israel, propriedade sagrada do Senhor. As primícias de sua colheita, todos quantos dela comiam, carregavam-lhe a culpa, e o mal lhes advinha – oráculo do Senhor.

4 Escutai a palavra do Senhor, casa de Jacó, e vós, famílias todas que sois da casa de Israel –

## Jeremias 2

1Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

2Vade, et clama in auribus Jerusalem, dicens: Hæc dicit Dominus: Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, et caritatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur.

3Sanctus Israël Domino, primitiæ frugum ejus: omnes qui devorant eum delinquunt: mala venient super eos, dicit Dominus.

4Audite verbum Domini, domus Jacob, et omnes cognationes domus Israël.

5Hæc dicit Dominus: Quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia

[5] oráculo do Senhor: Que injustiça em mim encontraram vossos pais para que de mim se afastassem correndo após o que é nada, e tornando-se a si mesmos vãos,

[6] por haverem cessado de dizer: 'Onde está o Senhor que nos fez sair do Egito, guiando-nos através do deserto, terra de desolação e de abismos, terra de aridez e de trevas, terra por onde nenhum homem atravessa, onde homem algum habita?'.

[7] Encaminhei-vos a uma terra de vergéis, para lhe comerdes os frutos e saborear-lhe os bens; tão logo chegastes, maculastes-me a terra; e transformastes minha herança em lugar que me causa horror.

[8] Não haviam dito os sacerdotes: 'Onde está o Senhor?'. Os depositários da lei não me conheceram; revoltaram-se contra mim os pastores, e os profetas proferiram oráculos em nome de Baal. Puseram-se a seguir aqueles deuses que nenhum socorro lhes dão.

[9] Por isso – oráculo do Senhor –, entro agora em juízo contra vós e contra os filhos de vossos filhos.

[10] Passai, portanto, às ilhas de Cetim e olhai: enviai homens a Cedar e observai bem, vede se lá existe algo semelhante.

[11] Troca uma nação seus deuses? Os quais nem são deuses! Meu povo, contudo, trocou aquele que é sua glória por aquele que nada é.

[12] Ó céus, pasmai, tremei de espanto e horror – oráculo do Senhor.

[13] Porque meu povo cometeu uma dupla perversidade: abandonou-me, a mim, fonte de água viva, para cavar cisternas, cisternas fendidas que não retêm a água.

[14] Israel é servo, porventura? É escravo nascido na própria casa? Por que foi entregue à pilhagem?

[15] Rugiram contra ele os leões enfurecidos; transformando a região em deserto, as cidades foram entregues às chamas, e já não possuem habitantes.

elongaverunt a me, et ambulaverunt post vanitatem, et vani facti sunt?

[6]Et non dixerunt: Ubi est Dominus qui ascendere nos fecit de terra Ægypti; qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem et inviam, per terram sitis, et imaginem mortis, per terram in qua non ambulavit vir, neque habitavit homo?

[7]Et induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructum ejus et optima illius: et ingressi contaminastis terram meam, et hæreditatem meam posuistis in abominationem.

[8]Sacerdotes non dixerunt: Ubi est Dominus? et tenentes legem nescierunt me, et pastores prævaricati sunt in me, et prophetæ prophetaverunt in Baal, et idola secuti sunt.

[9]Propterea adhuc judicio contendam vobiscum, ait Dominus, et cum filiis vestris disceptabo.

[10]Transite ad insulas Cethim, et videte: et in Cedar mittite, et considerate vehementer: et videte si factum est hujuscemodi:

[11]si mutavit gens deos suos, et certe ipsi non sunt dii: populus vero meus mutavit gloriam suam in idolum.

[12]Obstupescite, cæli, super hoc, et portæ ejus, desolamini vehementer, dicit Dominus.

[13]Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quia continere non valent aquas.

[14]Numquid servus est Israël, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam?

[15]Super eum rugierunt leones, et dederunt vocem suam: posuerunt terram ejus in solitudinem. Civitates ejus exustæ sunt, et non est qui habitet in eis.

[16]Filii quoque Mempheos et Taphnes constupraverunt te usque ad verticem.

[17]Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam?

[16] Até os homens de Mênfis e de Táfnis te raparam a cabeça.

[17] Não te aconteceu tudo isso por haveres abandonado o Senhor, teu Deus, quando te guiava pelo caminho?

[18] E agora, por que tomas a rota do Egito para ir beber a água do Nilo? Para que tomas o caminho da Assíria, a fim de beber a água do Eufrates?

[19] Valeu-te este castigo tua malícia, e tuas infidelidades atraíram sobre ti a punição. Sabe, portanto, e vê quanto te foi funesto e amargo abandonar o Senhor, teu Deus, e não ter tido mais temor algum de mim – oráculo do Senhor JAVÉ dos exércitos.

[20] Há muito rompeste o jugo e quebraste os laços; disseste, então: 'Não quero mais ser dominado'. Sobre todas as colinas elevadas, debaixo de todas as árvores verdejantes, qual cortesã te reclinavas.

[21] E eu que te havia plantado de vides escolhidas, todas de boa cepa; como te transformaste em sarmentos bastardos de uma videira estranha?

[22] Ainda que te lavasses com potassa, e usasses muito sabão, continuaria teu pecado a macular-te a meus olhos – oráculo do Senhor JAVÉ.

[23] Como podes dizer: 'Não me profanei nem andei atrás dos Baal?'. Olha para os sinais de teus passos no vale, vê tudo o que fizeste. Dromedária leviana, a correr sem rumo,

[24] jumenta selvagem habituada ao deserto, aspirando o vento no calor da paixão, quem a deterá em seus ardores? Aqueles que a procuram não se afadigarão, pois que a encontrarão no mês do seu cio.

[25] Toma cuidado que teu pé se não descalce e tua garganta não se resseque: 'Não vale a pena' – dizes –. 'Não! Amo os estrangeiros e quero segui-los'.

[26] Assim como se embaraça o ladrão ao ser pego em flagrante, assim também serão confundidos os homens da casa de Israel, eles, seus reis e seus chefes, seus sacerdotes e profetas

[18]Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? et quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis?

[19]Arguet te malitia tua, et aversio tua increpabit te. Scito et vide quia malum et amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, et non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.

[20]A sæculo confregisti jugum meum: rupisti vincula mea, et dixisti: Non serviam. In omni enim colle sublimi, et sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix.

[21]Ego autem plantavi te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conversa es mihi in pravum, vinea aliena?

[22]Si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.

[23]Quomodo dicis: Non sum polluta; post Baalim non ambulavi? Vide vias tuas in convalle; scito quid feceris: cursor levis explicans vias suas.

[24]Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui: nullus avertet eam: omnes qui quærunt eam non deficient: in menstruis ejus invenient eam.

[25]Prohibe pedem tuum a nuditate, et guttur tuum a siti. Et dixisti: Desperavi: nequaquam faciam: adamavi quippe alienos, et post eos ambulabo.

[26]Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israël, ipsi et reges eorum, principes, et sacerdotes, et prophetæ eorum,

[27]dicentes ligno: Pater meus es tu: et lapidi: Tu me genuisti. Verterunt ad me tergum et non faciem, et in tempore afflictionis suæ dicent: Surge, et libera nos.

[28]Ubi sunt dii tui quos fecisti tibi? surgant, et liberent te in tempore afflictionis tuæ: secundum numerum quippe civitatum tuarum erant dii tui, Juda.

[29]Quid vultis mecum judicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus.

[27] que dizem à madeira: 'Tu és meu pai', e à pedra: 'Foste tu que me geraste'. Voltam-me as costas, e não o semblante. E depois exclamam, no dia da calamidade: 'Salvai-nos, Senhor'.

[28] Onde estão os deuses que havias feito? Que se levantem, se podem salvar-te no dia da desgraça. Pois que tens tantos deuses quantas cidades, ó Judá.

[29] Por que discutis comigo? Vós todos me fostes infiéis – oráculo do Senhor.

[30] Em vão castiguei vossos filhos, nem deram atenção à reprimenda. A espada dizimou vossos profetas qual leão devastador.

[31] Que raça que sois! Considerai o que diz o Senhor: 'Tenho eu sido para Israel um deserto, ou terra envolta em trevas?'. Por que clama o meu povo: 'Eis que somos nossos senhores, e não voltaremos mais para vós?'.

[32] Esquece a jovem seus ornatos, ou a noiva seu cinto? Meu povo, porém, esqueceu-me, desde dias sem conta.

[33] Bem sabes encontrar o caminho, a fim de procurar o que amas! Assim foi que ensinaste a teus pés o caminho do crime.

[34] Até na orla de tua veste vê-se o sangue dos pobres inocentes, que, entretanto, não havias surpreendido em falta.

[35] E ainda dizes: 'Sou inocente; por isso afastou-se de mim a sua cólera'. Eis, porém, que te vou processar, já que dizes: 'Não pequei!'.

[36] Com que pressa mudas de caminho! Serás desiludida pelo Egito, como o foste pela Assíria.

[37] De lá sairás também com a cabeça entre as mãos, porquanto o Senhor repele aqueles em quem confias, e seu apoio não te trará bom êxito".

## Jeremias 3

[1] A palavra do Senhor foi-me dirigida nestes termos: "Se um homem repudia a mulher, e ela o abandona para tornar-se mulher de

[30]Frustra percussi filios vestros: disciplinam non receperunt. Devoravit gladius vester prophetas vestros: quasi leo vastator

[31]generatio vestra. Videte verbum Domini: numquid solitudo factus sum Israëli, aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus: Recessimus; non veniemus ultra ad te?

[32]Numquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.

[33]Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper et malitias tuas docuisti vias tuas,

[34]et in alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum et innocentum? non in fossis inveni eos, sed in omnibus quæ supra memoravi.

[35]Et dixisti: Absque peccato et innocens ego sum, et propterea avertatur furor tuus a me. Ecce ego judicio contendam tecum, eo quod dixeris: Non peccavi.

[36]Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas! et ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur.

[37]Nam et ab ista egredieris, et manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtrivit Dominus confidentiam tuam, et nihil habebis prosperum in ea.

## Jeremias 3

[1]Vulgo dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, et recedens ab eo duxerit virum alterum, numquid revertetur ad eam ultra?

outro, tornará o marido a recebê-la? Não ficará esta terra gravemente profanada? E tu, após haveres pecado com inúmeros amantes, voltarás para mim? – oráculo do Senhor.

2 Ergue os olhos para os lugares altos e vê: onde não te prostituíste? Sentavas à beira dos caminhos a espreitá-los, qual árabe no deserto; e profanaste a terra com teus vícios e devassidões.

3 Assim foram-te as chuvas recusadas, e as águas da primavera não caíram; tu, porém, com semblante lascivo, não quiseste envergonhar-te.

4 E agora clamas: 'Pai, amigo de minha juventude!

5 Ficará ele para sempre irritado? E guardará de mim eterno rancor?'. Eis o que dizes, ainda que persistindo em praticar o mal".

6 No tempo do rei Josias, disse-me o Senhor: "Viste o que fez Israel, a Revoltada? Andou pelas montanhas altaneiras e sob as árvores verdejantes, para entregar-se à prostituição.

7 E eu pensei comigo mesmo: depois de haver cometido todos esses crimes, ela voltará para mim... Porém, não voltou! Soube disso sua irmã, a Pérfida Judá.

8 E viu como repudiei a Revoltada Israel e lhe concedi a carta de divórcio, em razão de seus adultérios. Contudo, sua irmã, a Pérfida Judá, não se atemorizou, mas também ela se tornou prostituta!

9 E com sua ardente luxúria maculou a terra, adulterando-se com a pedra e com a madeira.

10 Não obstante tudo isso, sua irmã, a Pérfida Judá, não voltou para mim na inteireza do seu coração. Era apenas hipocrisia" – oráculo do Senhor.

11 Disse-me em seguida o Senhor: "A Revoltada Israel afigura-se inocente em face da Pérfida Judá. Arrependimento do povo eleito

12 Vai, inclina-te para o norte e profere em altas vozes: volta, Israel, Revoltada –

numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit Dominus, et ego suscipiam te.

2Leva oculos tuos in directum, et vide ubi non prostrata sis. In viis sedebas, exspectans eos quasi latro in solitudine: et polluisti terram in fornicationibus tuis, et in malitiis tuis.

3Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluviarum, et serotinus imber non fuit. Frons mulieris meretricis facta est tibi; noluisti erubescere.

4Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es:

5numquid irasceris in perpetuum, aut perseverabis in finem? ecce locuta es, et fecisti mala, et potuisti.

6Et dixit Dominus ad me in diebus Josiæ regis: Numquid vidisti quæ fecerit aversatrix Israël? Abiit sibimet super omnem montem excelsum, et sub omni ligno frondoso, et fornicata est ibi.

7Et dixi, cum fecisset hæc omnia: Ad me revertere: et non est reversa. Et vidit prævaricatrix soror ejus Juda

8quia pro eo quod mœchata esset aversatrix Israël, dimisissem eam, et dedissem ei libellum repudii: et non timuit prævaricatrix Juda soror ejus, sed abiit, et fornicata est etiam ipsa:

9et facilitate fornicationis suæ contaminavit terram, et mœchata est cum lapide et ligno:

10et in omnibus his non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus.

11Et dixit Dominus ad me: Justificavit animam suam aversatrix Israël, comparatione prævaricatricis Judæ.

12Vade, et clama sermones istos contra aquilonem, et dices: Revertere, aversatrix Israël, ait Dominus, et non avertam faciem meam a vobis, quia sanctus ego sum, dicit Dominus, et non irascar in perpetuum.

13Verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum prævaricata es, et

oráculo do Senhor; não te mostrarei mais um semblante enfurecido, pois que sou benigno – oráculo do Senhor; não guardo rancor eterno.

13 Reconhece apenas a tua falta; foste infiel ao Senhor, teu Deus; vagaste à procura de (deuses) estrangeiros sob todas as árvores verdejantes; não escutaste minha voz – oráculo do Senhor.

14 Voltai, filhos rebeldes – oráculo do Senhor –, pois que sou vosso Senhor. Eu vos tomarei, um de cada cidade e dois de cada família e vos reconduzirei a Sião.

15 Eu vos darei pastores segundo o meu coração, os quais vos apascentarão com inteligência e sabedoria.

16 Quando vos multiplicardes e numerosos vos tornardes na terra, naqueles dias – oráculo do Senhor – não mais se falará da arca da aliança do Senhor; nem mais se pensará nela, perdendo-se a lembrança e a saudade; nem a ela se há de referir.

17 Naquele tempo, Jerusalém será chamada trono do Senhor e todas as nações lá se reunirão em nome do Senhor, sem mais persistir na obstinação do seu coração perverso.

18 Naqueles dias, a casa de Judá se unirá à de Israel, e das regiões do norte voltarão juntas à terra, cuja posse concedi a seus pais".

19 "Que lugar" – dissera eu – "vou conceder-te entre meus filhos, que terra de delícias vou dar-te como herança, a mais bela joia das nações! E eu acrescentara: Tu me chamarás: meu pai, e não te desviarás de mim.

20 Mas, qual a mulher que trai aquele que a ama, assim me traíste, casa de Israel – oráculo do Senhor.

21 Nas colinas ressoa um clamor: suspiros de súplica dos israelitas, porque seguiram caminhos tortuosos, esquecendo-se do Senhor, seu Deus.

22 Voltai, filhos rebeldes, e eu sanarei as consequências de vossas revoltas. Aqui

dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, et vocem meam non audisti, ait Dominus.

14Convertimini, filii revertentes, dicit Dominus, quia ego vir vester: et assumam vos unum de civitate, et duos de cognatione, et introducam vos in Sion.

15Et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina.

16Cumque multiplicati fueritis, et creveritis in terra in diebus illis, ait Dominus, non dicent ultra: Arca testamenti Domini: neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet ultra.

17In tempore illo vocabunt Jerusalem solium Domini: et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, et non ambulabunt post pravitatem cordis sui pessimi.

18In diebus illis ibit domus Juda ad domum Israël, et venient simul de terra aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris.

19Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, et tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis.

20Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israël, dicit Dominus.

21Vox in viis audita est, ploratus et ululatus filiorum Israël: quoniam iniquam fecerunt viam suam; obliti sunt Domini Dei sui.

22Convertimini, filii revertentes, et sanabo aversiones vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster.

23Vere mendaces erant colles, et multitudo montium: vere in Domino Deo nostro salus Israël.

24Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra: greges eorum, et armenta eorum, filios eorum, et filias eorum.

25Dormiemus in confusione nostra, et operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccavimus nos, et

estamos dizeis, voltamos para vós, porque sois o Senhor, nosso Deus."

[23] Em verdade, é ilusório o culto nas colinas, as festas tumultuosas nas montanhas; é realmente no Senhor, nosso Deus, que se encontra a salvação de Israel.

[24] O ídolo infame devora, desde nossa juventude, o produto do labor de nossos pais, o gado e os rebanhos, seus filhos e suas filhas.

[25] Deitemo-nos em nossa vergonha, e que nos sirva de coberta nossa ignomínia, pois pecamos, nós e nossos pais, desde a juventude até o dia de hoje, contra o Senhor, nosso Deus, e não escutamos a voz do Senhor, nosso Deus.

patres nostri, ab adolescentia nostra usque ad diem hanc: et non audivimus vocem Domini Dei nostri.

## Jeremias 4

[1] "Se tu, Israel, voltares – oráculo do Senhor, se voltares para mim, se ante meu olhar te despojares de tuas práticas abomináveis; se não andares a vaguear de um lado para outro,

[2] se pela vida do Senhor jurares, lealmente, com retidão e justiça, então as nações te incluirão em suas bênçãos, e almejarão partilhar de tua glória.

[3] Assim fala o Senhor aos homens de Judá e Jerusalém: 'Desbravai um novo campo, evitai semear entre espinhos, ó homens de Judá e Jerusalém.

[4] Circuncidai-vos em honra do Senhor, tirai os prepúcios de vossos corações, para que meu furor se não converta em fogo, e não vos consuma, sem que ninguém possa extingui-lo, por causa da perversidade de vossos atos'."

[5] Dai o alarme ao povo de Judá, avisai Jerusalém; mandai soar a trombeta pela terra inteira; gritai em altas vozes! Proclamai: "Reuni-vos! Retiremo-nos para as cidades fortificadas!".

[6] Erguei um estandarte dos lados de Sião! Abrigai-vos, não vos detenhais! Pois que vou desencadear do norte uma desgraça, catástrofe imensa.

## Jeremias 4

[1]Si reverteris, Israël, ait Dominus, ad me convertere: si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoveberis.

[2]Et jurabis: Vivit Dominus in veritate, et in judicio, et in justitia: et benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt.

[3]Hæc enim dicit Dominus viro Juda et Jerusalem: Novate vobis novale, et nolite serere super spinas.

[4]Circumcidimini Domino, et auferte præputia cordium vestrorum, viri Juda, et habitatores Jerusalem: ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum.

[5]Annuntiate in Juda, et in Jerusalem auditum facite: loquimini, et canite tuba in terra, clamate fortiter, et dicite: Congregamini, et ingrediamur civitates munitas.

[6]Levate signum in Sion; confortamini, nolite stare: quia malum ego adduco ab aquilone, et contritionem magnam.

[7]Ascendit leo de cubili suo, et prædo gentium se levavit: egressus est de loco suo ut ponat terram tuam in solitudinem: civitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore.

[7] Do seu covil parte um leão, e qual demolidor de nações se põe a caminho, saindo de seu refúgio para transformar em deserto a tua terra, e as cidades em desolação, onde ninguém mais habitará.

[8] Revesti-vos, pois, de saco, chorai e gemei, pois que a tremenda cólera do Senhor não se afastou de nós.

[9] Naquele dia – oráculo do Senhor –, faltará a coragem tanto ao rei como aos chefes; os sacerdotes serão tomados de terror; e os profetas, de espanto.

[10] Alguém dirá: "Ah! Senhor JAVÉ! Na verdade, enganastes este povo e Jerusalém, quando lhe dissestes: Tereis a paz, no momento em que a espada ia feri-los de morte".

[11] Naquele tempo, se dirá a esse povo e a Jerusalém: "Qual vento abrasador desencadeado das colinas do deserto; incapaz de joeirar e purificar, assim é o proceder da filha do meu povo;

[12] vento impetuoso chega de lá até mim, mas, por minha vez, vou agora pronunciar minha sentença".

[13] Eis que alguém se levanta, como nuvens tempestuosas. São seus carros semelhantes ao furacão, seus cavalos, mais ligeiros que águias. Ai de nós! Estamos perdidos!

[14] Jerusalém, limpa o coração da maldade, a fim de que consigas a salvação. Até quando abrigarás no coração pensamentos que te são funestos?

[15] Eis que uma voz, vinda de Dã, dá o alarme, e desde os montes de Efraim anuncia a calamidade.

[16] Proclamai-a às nações, ei-la! Levai a notícia até Jerusalém: assaltantes chegam de terra longínqua, lançando clamores contra as cidades de Judá.

[17] Quais guardiães de campo, circundam a cidade, por se haver ela revoltado contra mim – oráculo do Senhor.

[18] É o teu proceder, são os teus atos que te acarretam essas desgraças. Eis o fruto de

[8]Super hoc accingite vos ciliciis; plangite, et ululate: quia non est aversa ira furoris Domini a nobis.

[9]Et erit in die illa, dicit Dominus: peribit cor regis, et cor principum, et obstupescent sacerdotes, et prophetæ consternabuntur.

[10]Et dixi: Heu! heu! heu! Domine Deus, ergone decepisti populum istum et Jerusalem, dicens: Pax erit vobis: et ecce pervenit gladius usque ad animam?

[11]In tempore illo dicetur populo huic et Jerusalem: Ventus urens in viis quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum et ad purgandum.

[12]Spiritus plenus ex his veniet mihi, et nunc ego loquar judicia mea cum eis.

[13]Ecce quasi nubes ascendet, et quasi tempestas currus ejus: velociores aquilis equi illius. Væ nobis, quoniam vastati sumus.

[14]Lava a malitia cor tuum, Jerusalem, ut salva fias: usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?

[15]Vox enim annuntiantis a Dan, et notum facientis idolum de monte Ephraim.

[16]Dicite gentibus: Ecce auditum est in Jerusalem custodes venire de terra longinqua, et dare super civitates Juda vocem suam:

[17]quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro, quia me ad iracundiam provocavit, dicit Dominus.

[18]Viæ tuæ et cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.

[19]Ventrem meum, ventrem meum doleo; sensus cordis mei turbati sunt in me. Non tacebo, quoniam vocem buccinæ audivit anima mea, clamorem prælii.

[20]Contritio super contritionem vocata est, et vastata est omnis terra: repente vastata sunt tabernacula mea; subito pelles meæ.

[21]Usquequo videbo fugientem; audiam vocem buccinæ?

[22]Quia stultus populus meus me non cognovit: filii insipientes sunt et vecordes:

tua malícia, uma amargura que te fere o coração.

[19] Minhas entranhas! Minhas entranhas! Sofro! Oh! As fibras de meu coração! O coração me bate, não me posso calar! Ouço o som das trombetas e o fragor da batalha.

[20] Anunciam-se desastres sobre desastres, todo o país foi devastado. Foram de repente destruídas minhas tendas; num instante, meus pavilhões.

[21] Até quando verei o estandarte, e ouvirei o som da trombeta?

[22] Está louco o meu povo; nem mais me conhece. São filhos insensatos, desprovidos de inteligência, hábeis em praticar o mal, incapazes do bem.

[23] Olho para a terra: tudo é caótico e deserto; para o céu: dele desapareceu toda a luz.

[24] Olho para as montanhas e as vejo vacilar; e as colinas todas estremecem.

[25] Olho: já não há nenhum ser humano; todas as aves do céu fugiram.

[26] Olho: tornaram-se desertos os campos; todas as cidades foram destruídas diante do Senhor, ante a fúria de sua cólera.

[27] Porque toda a terra será devastada – oráculo do Senhor –, mas não a exterminarei completamente.

[28] Eis a razão pela qual a terra cobriu-se de luto, e o céu, lá no alto, revestiu-se de negror. Pois que eu disse, e assim decretei: não voltarei atrás e não me retratarei.

[29] Ao grito de: "Cavaleiros! Arqueiros!", toda a terra desandou em fuga. Lançaram-se nos esconderijos e galgaram rochedos, as cidades foram abandonadas e os habitantes desapareceram.

[30] E tu, devastada, para que revestir-te de púrpura, engalanar-te com ornamentos de ouro, e alongar-te os olhos com pinturas? Em vão tentas ser bela; desprezam-te os amantes. É tua vida que odeiam.

[31] Ouço gritos como os da mulher ao dar à luz, gritos de angústia quais os do primeiro parto. São os clamores da filha de Sião;

sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.

[23]Aspexi terram, et ecce vacua erat et nihili; et cælos, et non erat lux in eis.

[24]Vidi montes, et ecce movebantur: et omnes colles conturbati sunt.

[25]Intuitus sum, et non erat homo: et omne volatile cæli recessit.

[26]Aspexi, et ecce Carmelus desertus, et omnes urbes ejus destructæ sunt a facie Domini, et a facie iræ furoris ejus.

[27]Hæc enim dicit Dominus: Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam.

[28]Lugebit terra, et mœrebunt cæli desuper, eo quod locutus sum. Cogitavi, et non pœnituit me, nec aversus sum ab eo.

[29]A voce equitis et mittentis sagittam fugit omnis civitas: ingressi sunt ardua, et ascenderunt rupes: universæ urbes derelictæ sunt, et non habitat in eis homo.

[30]Tu autem vastata, quid facies? cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, et pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris: contempserunt te amatores tui; animam tuam quærent.

[31]Vocem enim quasi parturientis audivi, angustias ut puerperæ: vox filiæ Sion intermorientis, expandentisque manus suas: Væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos!

geme e ergue as mãos: "Desgraçada de mim! Desfaleço ante os algozes".

## Jeremias 5

[1] Percorrei as ruas de Jerusalém, olhai, perguntai; procurai nas praças, vede se nelas encontrais um homem, um só homem que pratique a justiça e que seja leal; então, eu perdoarei a cidade.

[2] Mesmo quando juram: "Pela vida de Deus!", é para prestar falso juramento.

[3] Senhor, não se compraz o vosso olhar em contemplar a lealdade? Vós os feris, e eles não sentem a dor; vós os abateis, e recusam aceitar a correção. Mais duro que o rochedo apresentam o semblante, recusando converter-se.

[4] E a mim mesmo eu dizia: são apenas vulgares e insensatos, porque não conhecem os caminhos do Senhor, a Lei do seu Deus.

[5] Irei procurar os grandes para falar-lhes, pois que eles conhecem as sendas do Senhor, a Lei do seu Deus. Mas todos esses também quebraram o jugo, e romperam os laços.

[6] Eis por que o leão da floresta os ferirá e o lobo da estepe os dizimará; a pantera os espreitará em suas cidades; e aquele que dela sair será despedaçado, porquanto numerosos são os seus delitos, e sem conta suas revoltas.

[7] Por que perdoar-te? Teus filhos abandonaram-me; juram por deuses que não o são. Cumulei-os de dons; e eles cometem o adultério, acercando-se das casas de devassidão.

[8] Garanhões bem nutridos, no calor do cio, cada qual relincha ante a mulher do próximo.

[9] E não os punirei por esses crimes? – oráculo do Senhor. Não se vingaria minha alma de semelhante nação?

[10] Escalai muros (de minha videira), destruí-a, mas não a aniquileis

## Jeremias 5

[1]Circuite vias Jerusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, et quærentem fidem: et propitius ero ei.

[2]Quod si etiam: Vivit Dominus, dixerint, et hoc falso jurabunt.

[3]Domine, oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, et non doluerunt; attrivisti eos, et renuerunt accipere disciplinam: induraverunt facies suas supra petram, et noluerunt reverti.

[4]Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt et stulti, ignorantes viam Domini, judicium Dei sui.

[5]Ibo igitur ad optimates, et loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, judicium Dei sui: et ecce magis hi simul confregerunt jugum; ruperunt vincula.

[6]Idcirco percussit eos leo de silva; lupus ad vesperam vastavit eos: pardus vigilans super civitates eorum: omnis qui egressus fuerit ex eis capietur: quia multiplicatæ sunt prævaricationes eorum; confortatæ sunt aversiones eorum.

[7]Super quo propitius tibi esse potero? filii tui dereliquerunt me, et jurant in his qui non sunt dii. Saturavi eos, et mœchati sunt, et in domo meretricis luxuriabantur.

[8]Equi amatores et emissarii facti sunt: unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat.

[9]Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, et in gente tali non ulciscetur anima mea?

[10]Ascendite muros ejus, et dissipate: consummationem autem nolite facere: auferte propagines ejus, quia non sunt Domini.

[11]Prævaricatione enim prævaricata est in me domus Israël, et domus Juda, ait Dominus.

completamente. Arrancai-lhe os sarmentos, porquanto não pertencem ao Senhor.

11 A casa de Israel e a casa de Judá foram-me infiéis – oráculo do Senhor.

12 Renegaram o Senhor, e exclamaram: “Não há Deus! Nenhum mal nos advirá, não veremos a espada e a fome.

13 São apenas vento os profetas, de ninguém são arautos; assim lhes aconteça a eles mesmos”.

14 Por isso, o Senhor, Deus dos exércitos, vos diz: “Já que tendes essa linguagem, vou introduzir minhas palavras como fogo em tua boca, e desse povo fazer lenha que a chama devorará.

15 Ó casa de Israel, vou lançar contra vós uma nação que vem de longe – oráculo do Senhor –, nação antiga e poderosa, da qual não compreendes a linguagem, e ignoras a fala.

16 Sua aljava é qual sepulcro escancarado, e seus homens todos são valentes;

17 ela devorará tuas searas e teu pão, devorará teus filhos e tuas filhas, devorará teus rebanhos e teu gado, devorará tuas vinhas e tuas figueiras, à ponta da espada conquistará as praças fortes nas quais depositas tua confiança”.

18 “Mesmo, porém, naqueles dias” – disse o Senhor –, “não vos exterminarei de todo.”

19 E, quando disserdes: “Por que assim nos tratou o Senhor Deus?” – responderás –: “Assim como me abandonastes para servir em vossa terra a deuses estrangeiros, assim também servireis a es- trangeiros em terra que não é a vossa”.

20 Anunciai isto à casa de Jacó, proclamai o que segue à terra de Judá:

21 “Escutai bem, povo insensato e sem inteligência: vós que tendes olhos para não ver e ouvidos para não ouvir:

22 Não temeis a minha face? – oráculo do Senhor. Não tremeis diante de mim, eu que fixei a areia como limite ao mar, barreira eterna que não será ultrapassada? Por mais

12Negaverunt Dominum, et dixerunt: Non est ipse: neque veniet super nos malum: gladium et famem non videbimus.

13Prophetæ fuerunt in ventum locuti, et responsum non fuit in eis: hæc ergo evenient illis.

14Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Quia locuti estis verbum istud, ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, et populum istum in ligna, et vorabit eos.

15Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, domus Israël, ait Dominus: gentem robustam, gentem antiquam, gentem cujus ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

16Pharetra ejus quasi sepulchrum patens; universi fortes.

17Et comedet segetes tuas et panem tuum; devorabit filios tuos et filias tuas; comedet gregem tuum et armenta tua; comedet vineam tuam et ficum tuam: et conteret urbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.

18Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.

19Quod si dixeritis: Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquistis me, et servistis deo alieno in terra vestra, sic servietis alienis in terra non vestra.

20Annuntiate hoc domui Jacob, et auditum facite in Juda, dicentes:

21Audi, popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos, non videtis; et aures, et non auditis.

22Me ergo non timebitis, ait Dominus, et a facie mea non dolebitis? qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit: et commovebuntur, et non poterunt; et intumescent fluctus ejus, et non transibunt illud.

23Populo autem huic factum est cor incredulum et exasperans: recesserunt, et abierunt.

24Et non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis

que se lhe agitem as ondas, são impotentes, murmuram, mas não vão além;

23 enquanto tiver esse povo um coração indócil e rebelde, recuará e irá embora".

24 E em seu coração não dirá: "Temamos ao Senhor, nosso Deus, que no tempo devido nos manda a chuva do outono e a chuva da primavera, e nos garante as semanas destinadas à colheita".

25 Foram vossas iniquidades que alteraram essa ordem, vossos pecados que vos privaram desses bens.

26 Porquanto perversos se encontram no seio de meu povo, que espreitam, de tocaia, como caçadores de pássaros, armando laços para apanhar os homens.

27 À semelhança de uma gaiola cheia de pássaros, assim estão suas casas repletas de fruto de suas presas. Por esta forma tornam-se ricos e poderosos,

28 e se apresentam nutridos e reluzentes; ultrapassam, porém, os limites do mal. Não procedem com justiça para com o órfão, mas prosperam! E não fazem justiça aos infelizes!

29 Como não repreender tamanhos excessos – oráculo do Senhor –, e não vingar-me de semelhante nação?

30 Coisas horríveis, espantosas, ocorreram nesta terra:

31 mentem os profetas em seus oráculos, os sacerdotes dominam pela força. E meu povo mostra-se satisfeito! Que fareis vós, quando chegar o fim?

pluviam temporaneam et serotinam in tempore suo, plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.

25Iniquitates vestræ declinaverunt hæc, et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis:

26quia inventi sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes et pedicas ad capiendos viros.

27Sicut decipula plena avibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt et ditati.

28Incrassati sunt et impinguati, et præterierunt sermones meos pessime. Causam viduæ non judicaverunt, causam pupilli non direxerunt, et judicium pauperum non judicaverunt.

29Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut super gentem hujuscemodi non ulciscetur anima mea?

30Stupor et mirabilia facta sunt in terra:

31prophetæ prophetabant mendacium, et sacerdotes applaudebant manibus suis, et populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in novissimo ejus?

## Jeremias 6

1 Fugi, filhos de Benjamim, para longe de Jerusalém! Tocai as trombetas em Técua, erguei uma flâmula no alto de Bet-Acarem! Porque dos lados do setentrião surge uma desgraça, uma grande calamidade.

2 A bela e delicada filha de Sião, eu a destruo.

3 Para ela caminham pastores e rebanhos, que armam ao redor as suas tendas; cada um apascenta o seu quinhão.

## Jeremias 6

1Confortamini, filii Benjamin, in medio Jerusalem: et in Thecua clangite buccina, et super Bethacarem levate vexillum, quia malum visum est ab aquilone, et contritio magna.

2Speciosæ et delicatæ assimilavi filiam Sion.

3Ad eam venient pastores et greges eorum; fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt.

[4] Declarai-lhe guerra! De pé! Cavalguemos em pleno dia! Desgraçados que somos! O dia cai, estendem-se as sombras da noite.

[5] Ergamo-nos. Travemos combate à noite, e lhe destruamos os palácios!

[6] Eis o que diz o Senhor dos exércitos: “Abatei as árvores, erguei plataformas contra Jerusalém! É ela a cidade que deve ser castigada, pois que se intumesceu de violências.

[7] Como a nascente faz brotar a água, assim ela expande sua maldade; nela apenas soam palavras de violência e ruína, e só se veem chagas e feridas.

[8] Corrige-te, Jerusalém, para que de ti não se afaste minha alma, e eu não te transforme em deserto, terra sem habitantes”.

[9] Eis o que diz o Senhor dos exércitos: “Os restos de Israel se rebuscarão como numa vinha; põe lá de novo tua mão como o vindimador ao sarmento”.

[10] A quem falar? Quem tomar por testemunha para que me escutem? Estão-lhes os ouvidos incircuncidados, e são incapazes de atenção. A palavra do Senhor tornou-se-lhes objeto de tédio, e nela não encontram prazer algum.

[11] Estou, porém, possuído do furor do Senhor, cansado de contê-lo. Difunde-o à criança que vagueia pelas ruas e à assembleia dos jovens, porque todos serão presos, o marido e a mulher, o ancião e aquela que é cumulada de dias.

[12] A outros passarão suas moradas, assim como os campos e as mulheres; pois que vou estender a mão sobre os habitantes desta terra – oráculo do Senhor.

[13] Na verdade, do maior ao menor, todos se entregam aos ganhos desonestos; desde o profeta ao sacerdote praticam todos a mentira;

[14] tratam com negligência as feridas do meu povo, e exclamam: “Tudo vai bem! Tudo vai bem!”, quando tudo vai mal.

[15] Assim serão confundidos pelo procedimento abominável, mas a vergonha

[4]Sanctificate super eam bellum: consurgite, et ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinavit dies; quia longiores factæ sunt umbræ vesperi!

[5]Surgite, et ascendamus in nocte, et dissipemus domus ejus.

[6]Quia hæc dicit Dominus exercituum: Cædite lignum ejus, et fundite circa Jerusalem aggerem. Hæc est civitas visitationis: omnis calumnia in medio ejus.

[7]Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam. Iniquitas et vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas et plaga.

[8]Erudire, Jerusalem, ne forte recedat anima mea a te; ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem.

[9]Hæc dicit Dominus exercituum: Usque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israël. Converte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum.

[10]Cui loquar, et quem contestabor ut audiat? ecce incircumcisæ aures eorum, et audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, et non suscipient illud.

[11]Idcirco furore Domini plenus sum; laboravi sustinens. Effunde super parvulum foris, et super consilium juvenum simul: vir enim cum muliere capietur; senex cum pleno dierum.

[12]Et transibunt domus eorum ad alteros, agri et uxores pariter, quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus:

[13]a minore quippe usque ad majorem omnes avaritiæ student, et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.

[14]Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax! et non erat pax.

[15]Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, et erubescere nescierunt. Quam ob rem cadent inter ruentes: in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

lhes é desconhecida, e já não sabem o que seja enrubescer; cairão, portanto, com os que tombarem, e perecerão no dia em que os castigar – oráculo do Senhor.

16 Assim fala o Senhor: "Sustai vossos passos e escutai; informai-vos sobre os caminhos de outrora, vede qual a senda da salvação; segui-a, e encontrareis a quietude para vossas almas". Responderam, porém: "Não a seguiremos!".

17 Coloquei sentinelas junto de vós, ficai atentos ao som das trombetas. E eles responderam: "Não lhes prestaremos ouvidos!".

18 Portanto, escutai, ó nações: saiba a assembleia o que lhe vai acontecer.

19 Terra, escuta: vou mandar sobre esse povo uma desgraça, fruto de suas maquinações, já que não ouviu as minhas palavras, e desprezou os meus ensinamentos.

20 Que me importam o incenso de Sabá e as canas aromáticas de longínquos países? Não me agradam vossos holocaustos, nem me comprazem os sacrifícios.

21 Eis por que, assim fala o Senhor: "Vou criar obstáculos a esse povo onde pais e filhos tropeçarão. E vizinho e amigo encontrarão neles a morte".

22 Assim fala o Senhor: "Eis que do norte surge um povo, e dos confins do mundo ergue-se uma grande nação.

23 Manejam o arco e o dardo, e são cruéis e sem compaixão. Seus urros assemelham-se ao bramido do mar; e montarão em cavalos, dispostos a combater como um só homem contra ti, filha de Sião".

[19]Civitates austri clausæ sunt, et non est qui aperiat: translata est omnis Juda transmigratione perfecta.

[19] As cidades do sul estão fechadas, e não há quem as abra. Judá foi arrebatada; completou-se a deportação.

[20] Ergue os olhos; vê os que chegam do norte. Onde está o rebanho que te fora confiado, onde os carneiros que constituíam tua glória?

[21] Que dirás, quando Deus te der por senhores aqueles que exercitaste contra ti? E acaso não se apossarão de ti dores quais as da mulher que está de parto?

[22] Se vieres a dizer em teu coração: "Por que me acontecem tais coisas?". É por causa da enormidade de tua falta que foram levantadas as tuas vestes e puseram brutalmente teu calcanhar a nu.

[23] Pode um etíope mudar a própria pele? Ou um leopardo apagar as malhas de que se reveste? E vós, como podereis praticar o bem, se estais impregnados de maldade?

[24] Eu os dispersarei como palha que o vento do deserto arrebata.

[25] Tal é teu destino, a partilha que receberás de mim – oráculo do Senhor –, porque te esqueceste de mim, confiando no que é apenas mentira.

[26] Até a cabeça erguerei tuas vestes, a fim de expor aos olhares tua nudez!

[27] Teus adultérios e desregramentos, e tua luxúria infame nas colinas e nos campos, todas essas abominações, eu as vi. Desgraçadas de ti, Jerusalém! Por quanto tempo, ainda, permanecerás impura?

[20]Levate oculos vestros et videte, qui venitis ab aquilone: ubi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?

[21]Quid dices cum visitaverit te? tu enim docuisti eos adversum te, et erudisti in caput tuum. Numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem?

[22]Quod si dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ revelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ.

[23]Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

[24]Et disseminabo eos quasi stipulam quæ vento raptatur in deserto.

[25]Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ a me, dicit Dominus, quia oblita es mei, et confisa es in mendacio.

[26]Unde et ego nudavi femora tua contra faciem tuam, et apparuit ignominia tua:

[27]adulteria tua, et hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ: super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi, Jerusalem! non mundaberis post me: usquequo adhuc?

## Jeremias 14

[1] Eis o que diz o Senhor a Jeremias, a propósito da seca:

[2] Judá está coberta de luto, e às suas portas enlanguesce o povo, a cabeça pendida para a terra. De Jerusalém se levanta um clamor de angústia.

[3] Os grandes da cidade enviaram os servos à procura de água. Encaminham-se estes às cisternas; água, porém, não encontram, e voltam com os recipientes vazios,

## Jeremias 14

[1]Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam, de sermonibus siccitatis.

[2]Luxit Judæa, et portæ ejus corruerunt, et obscuratæ sunt in terra, et clamor Jerusalem ascendit.

[3]Majores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum. Non invenerunt aquam: reportaverunt vasa sua vacua. Confusi sunt, et afflicti, et operuerunt capita sua.

envergonhados, confundidos, cobertas as cabeças.

4 Fende-se o solo todo, porque a chuva não rega a terra. Decepcionam-se os lavradores e cobrem suas cabeças.

5 Até a corça no campo abandona a cria, por falta de pastagem.

6 Mantêm-se nos montes os asnos selvagens, aspirando o ar como chacais. Seus olhos perderam o brilho, pois que não há erva.

7 Ó Senhor, se nos acusam nossas iniquidades, agi de acordo com a honra de vosso nome. São, na verdade, numerosas nossas infidelidades; pecamos contra vós.

8 Senhor, esperança de Israel, vós que sois o seu salvador no tempo da desgraça, por que sois qual estrangeiro nessa terra, viajante de uma noite apenas?

9 Por que sois como um homem desvairado, como um guerreiro que não nos pode mais defender? No entanto, Senhor, permaneceis entre nós, e é o vosso nome que trazemos. Não nos abandoneis!

10 Eis o que diz o Senhor acerca desse povo: "Compraz-se ele em vaguear, e não sabe deter os seus pés. Deles o Senhor não se agrada". Lembrando-se de suas iniquidades, castiga-o por causa de seus pecados.

11 Disse-me o Senhor em seguida: "Não intercedas em favor desse povo.

12 Se jejuar, não escutarei seus lamentos, e se oferecer holocaustos e oblações não os aceitarei. Quero destruí-los pela espada, pela fome e pela peste".

13 Eu, porém, lhe respondi: "Ah, Senhor JAVÉ, olhai para o que dizem os profetas: a espada não vos atingirá e não sofrereis fome, pois que nesse lugar eu vos darei paz e segurança".

14 Replicou, porém, o Senhor: "São mentiras que proferiram os profetas em meu nome. Não os enviei, não lhes dei ordem, e nem mesmo lhes falei. Visões de mentiras,

4Propter terræ vastitatem, quia non venit pluvia in terram, confusi sunt agricolæ: operuerunt capita sua.

5Nam et cerva in agro peperit, et reliquit, quia non erat herba.

6Et onagri steterunt in rupibus; traxerunt ventum quasi dracones: defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.

7Si iniquitates nostræ responderint nobis, Domine, fac propter nomen tuum: quoniam multæ sunt aversiones nostræ: tibi peccavimus.

8Exspectatio Israël, salvator ejus in tempore tribulationis, quare quasi colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum?

9quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non potest salvare? Tu autem in nobis es, Domine, et nomen tuum invocatum est super nos: ne derelinquas nos.

10Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes suos, et non quievit, et Domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, et visitabit peccata eorum.

11Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum.

12Cum jejunaverint, non exaudiam preces eorum, et si obtulerint holocautomata et victimas, non suscipiam ea: quoniam gladio, et fame, et peste consumam eos.

13Et dixi: A, a, a, Domine Deus: prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, et fames non erit in vobis: sed pacem veram dabit vobis in loco isto.

14Et dicit Dominus ad me: Falso prophetæ vaticinantur in nomine meo: non misi eos, et non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Visionem mendacem, et divinationem, et fraudulentiam, et seductionem cordis sui, prophetant vobis.

15Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius et fames non erit in terra hac: In gladio et fame consumentur prophetæ illi.

adivinhações vãs, invenções de suas mentes, eis o que profetizam!”.

15 Por isso, eis o que diz o Senhor: “Acerca dos profetas que em meu nome proferem oráculos, quando missão alguma lhes confiei, e que proclamam não haver espadas, nem fome nesta terra, serão eles que hão de perecer pela espada e pela fome.

16 E os homens aos quais se dirigem serão lançados nas ruas de Jerusalém, vítimas da espada e da fome, sem que ninguém os venha sepultar, nem eles, nem suas mulheres, nem seus filhos e filhas; e sobre eles farei recair o mal que praticaram”.

17 E tu lhes dirás: Que se me fundam em lágrimas os olhos, noite e dia sem descanso, porquanto de um golpe horrível foi ferida a virgem, filha de meu povo, e sua chaga não tem cura!

18 Se saio pelos campos, encontro homens atravessados pela espada; e se regresso à cidade, eu vejo outros passando pelo tormento da fome. Até o profeta e o sacerdote perambulam sem rumo pela terra.

19 Repelistes Judá, de verdade, e vossa alma se desgostou de Sião? Por que nos feristes de mal incurável? Esperamos a salvação; nada, porém, existe de bom; aguardamos a era de soerguimento, mas só vemos o terror!

20 Senhor! Conhecemos nossa malícia e a iniquidade de nossos pais. Bem sabemos que pecamos contra vós.

21 Pela honra, porém, de vosso nome, não nos abandoneis, nem desonreis o vosso trono de glória. Lembrai-vos! E não rompais o pacto que conosco firmastes.

22 Haverá, entre os vãos ídolos dos pagãos, algum que provoque a chuva? Ou é o céu que proporciona os aguaceiros? Não! Sois vós, Senhor, nosso Deus, vós, em quem depositamos nossa esperança; vós, que todas essas coisas haveis criado.

# Jeremias 15

16Et populi quibus prophetant erunt projecti in viis Jerusalem præ fame et gladio, et non erit qui sepeliat eos: ipsi et uxores eorum, filii et filiæ eorum: et effundam super eos malum suum.

17Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lacrimam per noctem et diem, et non taceant, quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer.

18Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: et si introiero in civitatem, ecce attenuati fame. Propheta quoque et sacerdos abierunt in terram quam ignorabant.

19Numquid projiciens abjecisti Judam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos ita ut nulla sit sanitas? Exspectavimus pacem, et non est bonum: et tempus curationis, et ecce turbatio.

20Cognovimus, Domine, impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccavimus tibi.

21Ne des nos in opprobrium, propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solii gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.

22Numquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant? aut cæli possunt dare imbres? nonne tu es Dominus Deus noster, quem exspectavimus? tu enim fecisti omnia hæc.

# Jeremias 15

[1] Disse-me, então, o Senhor: “Mesmo que Moisés e Samuel se apresentassem diante de mim, meu coração não se voltaria para esse povo. Expulsai-o para longe de minha presença! Que se afaste de mim!

[2] E se te perguntarem: Para onde iremos? Tu lhes dirás: oráculo do Senhor: Para a peste, os que são para a peste! Para a espada, os que são para a espada! Para a fome, os que são para a fome! Ao cativeiro, os que são para o cativeiro.

[3] Eu lhes destinarei – oráculo do Senhor – quatro flagelos: a espada para degolá-los, os cães para arrastá-los, e as aves do céu e os animais da terra para devorá-los e destruí-los.

[4] Farei deles objeto de horror para todos os reinos da terra, por causa de Manassés, filho de Ezequias, rei de Judá, por tudo o que ele fez em Jerusalém”.

[5] Quem de ti se apiedará, Jerusalém? Quem te lastimará? Quem se afastará de sua rota para perguntar por ti?

[6] Abandonaste-me – oráculo do Senhor –, voltaste-me as costas. Por isso, sobre ti estendi a mão para perder-te, cansado como estou de perdoar.

[7] Eu os joeirei com o crivo às portas da terra; privei de filhos o meu povo, e o deixei perecer. Seu proceder, porém, não mudou.

[8] Mais numerosas serão as viúvas do que a areia do mar. Conduzirei contra a mãe do jovem guerreiro, em pleno meio-dia, o devastador. E sobre eles, de súbito, deixarei cair a agonia e o terror.

[9] Desfalece aquela que deu à luz sete filhos, pronta a entregar a alma. Antes que findasse o dia, deitou-se-lhe o sol, e de vergonha e consternação se cobriu. O que deles restar, entregarei à espada de seus inimigos – oráculo do Senhor.

[10] Ai de mim, ó minha mãe, que me geraste, para tornar-se objeto de disputa e de discórdia em toda a terra! Não sou credor nem devedor, e, no entanto, todos me maldizem.

[1]Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ejice illos a facie mea, et egrediantur.

[2]Quod si dixerint ad te: Quo egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem, et qui ad gladium, ad gladium, et qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem, ad captivitatem.

[3]Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus: gladium ad occisionem, et canes ad lacerandum, et volatilia cæli et bestias terræ ad devorandum et dissipandum.

[4]Et dabo eos in fervorem universis regnis terræ, propter Manassen filium Ezechiæ regis Juda, super omnibus quæ fecit in Jerusalem.

[5]Quis enim miserebitur tui, Jerusalem, aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

[6]Tu reliquisti me, dicit Dominus; retrorsum abiisti: et extendam manum meam super te, et interficiam te: laboravi rogans.

[7]Et dispergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci et disperdidi populum meum, et tamen a viis suis non sunt reversi.

[8]Multiplicatæ sunt mihi viduæ ejus super arenam maris: induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie: misi super civitates repente terrorem.

[9]Infirmata est quæ peperit septem; defecit anima ejus: occidit ei sol cum adhuc esset dies: confusa est, et erubuit: et residuos ejus in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus.

[10]Væ mihi, mater mea! quare genuisti me, virum rixæ, virum discordiæ in universa terra? Non fœneravi, nec fœneravit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi.

[11]Dicit Dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, et in tempore tribulationis adversus inimicum.

[12]Numquid fœderabitur ferrum ferro ab aquilone, et æs?

[11] Na verdade, diz o Senhor, eu te livrarei para o teu bem. O inimigo virá implorar-te no dia da desgraça e da aflição.

[12] Poderá o ferro quebrar o ferro do norte e o bronze?

[13] Entrego gratuitamente à pilhagem teus bens e tesouros, por todos os teus pecados, na terra inteira.

[14] Eu os farei passar com seus inimigos para um país que não conheces, porquanto inflamou-se um fogo em minhas narinas, que arderá para vos consumir.

[15] E vós que tudo sabeis, Senhor, lembrai-vos de mim, amparai-me, e vingai-me de meus perseguidores. Não deixeis que eu pereça por vossa paciência para com eles.

[16] Vede: é por vós que sofro ultrajes da parte daqueles que desprezam vossas palavras. Aniquilai-os. Vossa palavra constitui minha alegria e as delícias do meu coração, porque trago o vosso nome, ó Senhor, Deus dos exércitos!

[17] Não me assentei entre os escarnecedores, para entre eles encontrar o meu prazer. Apoiado em vossa mão, assentei-me à parte, porque me havíeis enchido de indignação.

[18] Por que não tem fim a minha dor, e não cicatriza a minha chaga, rebelde ao tratamento? Ai! Sereis para mim qual riacho enganador, fonte de água com que não se pode contar?

[19] Eis a razão pela qual diz o Senhor: “Se voltares, farei de ti o servo que está a meu serviço. Se apartares o precioso do que é vil serás como a minha boca. Serão eles, então, que virão a ti, e não tu que irás a eles.

[20] Então, erguerei ante esse povo sólida muralha como o bronze. Será atacada, mas não conseguirão vencê-la, pois estarei a teu lado para proteger-te e te livrar – oráculo do Senhor.

[21] Eu te arrebatarei da mão dos maus e te libertarei do poder dos violentos”.

# Jeremias 16

[13]Divitias tuas et thesauros tuos in direptionem dabo gratis, in omnibus peccatis tuis, et in omnibus terminis tuis.

[14]Et adducam inimicos tuos de terra quam nescis, quia ignis succensus est in furore meo: super vos ardebit.

[15]Tu scis, Domine: recordare mei, et visita me, et tuere me ab his qui persequuntur me. Noli in patientia tua suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobrium.

[16]Inventi sunt sermones tui, et comedi eos: et factum est mihi verbum tuum in gaudium et in lætitiam cordis mei, quoniam invocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.

[17]Non sedi in concilio ludentium, et gloriatus sum a facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam comminatione replesti me.

[18]Quare factus est dolor meus perpetuus, et plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.

[19]Propter hoc hæc dicit Dominus: Si converteris, convertam te, et ante faciem meam stabis: et si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris: convertentur ipsi ad te, et tu non converteris ad eos.

[20]Et dabo te populo huic in murum æreum fortem: et bellabunt adversum te, et non prævalebunt, quia ego tecum sum ut salvem te, et eruam te, dicit Dominus:

[21]et liberabo te de manu pessimorum, et redimam te de manu fortium.

# Jeremias 16

[1] Foi-me dirigida a palavra do Senhor nestes termos:

[2] "Não tomarás esposa, nem terás filho ou filha neste lugar,

[3] porquanto eis o que diz o Senhor a respeito dos filhos e das filhas que nasceram neste lugar, das mães que os conceberam e dos pais a quem devem a vida nesta terra:

[4] Perecerão todos de moléstias mortais, sem pranto nem sepulturas. Qual esterco jazerão sobre o solo; perecerão pela espada e pela fome, e seus cadáveres servirão de pasto às aves do céu e aos animais da terra".

[5] E disse, ainda, o Senhor: "Não entres em casa em que haja luto, para chorar com seus moradores, porque – oráculo do Senhor – desse povo retiro a minha paz, minha proteção e minha misericórdia.

[6] Grandes e pequenos morrerão nesta terra, e ficarão sem lamentações e sem sepulturas, e não se farão incisões, nem rasparão os cabelos.

[7] O pão não será repartido para consolar o enlutado que chora um defunto, nem se lhe oferecerá a taça do consolo pela morte de seus pais.

[8] Não entrarás, igualmente, na casa em que houver uma festa, sentando-te à mesa com os convivas.

[9] Pois assim fala o Senhor dos exércitos, o Deus de Israel: "Vou abafar em tal lugar, ante vossos olhos, diante de vós, os gritos de alegria, cânticos de júbilo e os hinos do esposo e a canção da esposa.

[10] Assim que tiveres levado ao povo essa mensagem e te perguntarem: Por que decretou o Senhor contra nós todos esses flagelos? Qual é o pecado, qual o crime que cometemos contra o Senhor, nosso Deus?

[11] Tu lhe dirás: é porque vossos pais me abandonaram – oráculo do Senhor –, para correr atrás de outros deuses, rendendo-lhes um culto e ante eles se prosternando, porque me abandonaram e deixaram de observar a minha Lei; e

[1]Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

[2]Non accipies uxorem, et non erunt tibi filii et filiæ in loco isto.

[3]Quia hæc dicit Dominus super filios et filias qui generantur in loco isto, et super matres eorum, quæ genuerunt eos, et super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac:

[4]Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, et non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ erunt, et gladio et fame consumentur: et erit cadaver eorum in escam volatilibus cæli et bestiis terræ.

[5]Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos, quia abstuli pacem meam a populo isto, dicit Dominus, misericordiam et miserationes.

[6]Et morientur grandes et parvi in terra ista: non sepelientur, neque plangentur, et non se incident, neque calvitium fiet pro eis.

[7]Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo, et non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo et matre.

[8]Et domum convivii non ingrediaris, ut sedeas cum eis, et comedas, et bibas.

[9]Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce ego auferam de loco isto, in oculis vestris, et in diebus vestris, vocem gaudii et vocem lætitiæ, vocem sponsi et vocem sponsæ.

[10]Et cum annuntiaveris populo huic omnia verba hæc, et dixerint tibi: Quare locutus est Dominus super nos omne malum grande istud? quæ iniquitas nostra, et quod peccatum nostrum, quod peccavimus Domino Deo nostro?

[11]dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus, et abierunt post deos alienos, et servierunt eis, et adoraverunt eos, et me dereliquerunt, et legem meam non custodierunt.

[12] porque vós mesmos fizestes pior que vossos pais, cada qual, sem me ouvir, obstinando-se em seguir as más tendências de seus corações.

[13] Assim, eu vos expulsarei desta terra para vos lançar numa terra que não conhecestes, nem vós nem vossos pais. Lá, dia e noite, rendereis culto aos deuses estranhos, porque eu não vos perdoarei".

[14] "Eis por que virão dias – oráculo do Senhor –, em que não mais se dirá: Viva Deus, que tirou do Egito os israelitas!

[15] Mas sim: Viva Deus, que fez com que regressassem os israelitas do norte e de todos os países pelos quais os havia dispersado! Eu os farei regressar à terra que dei a seus pais.

[16] Vou mandar – oráculo do Senhor – pescadores em grande número para que pesquem. Depois enviarei numerosos caçadores para que cacem pelas montanhas e colinas e até nas cavidades dos rochedos.

[17] Porquanto, sob o meu olhar tenho seus atos que não me são ocultos, e suas iniquidades não se podem esquivar a meus olhares.

[18] Primeiramente, eu lhes pagarei em dobro o salário de sua iniquidade e do seu pecado, por haverem profanado a minha terra com os restos imundos de seus ídolos e enchido minha herança de abominações."

[19] Senhor, minha força e amparo, refúgio no dia da desgraça, virão nações dos confins do mundo, exclamando: "O que nossos pais receberam em partilha não passa de um nada, vaidades que para nada poderão servir".

[20] Poderá o homem fabricar deuses para si? Não serão deuses, porém!

[21] "Então, vou mostrar-lhes, sim, desta feita vou mostrar-lhes minha mão e meu poder, a fim de que saibam que meu nome é o Senhor."

## Jeremias 17

[12]Sed et vos pejus operati estis quam patres vestri: ecce enim ambulat unusquisque post pravitatem cordis sui mali, ut me non audiat.

[13]Et ejiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis, vos et patres vestri: et servietis ibi diis alienis, die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.

[14]Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, et non dicetur ultra: Vivit Dominus qui eduxit filios Israël de terra Ægypti,

[15]sed: Vivit Dominus qui eduxit filios Israël de terra aquilonis, et de universis terris ad quas ejeci eos: et reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.

[16]Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, et piscabuntur eos: et post hæc mittam eis multos venatores, et venabuntur eos de omni monte, et de omni colle, et de cavernis petrarum.

[17]Quia oculi mei super omnes vias eorum: non sunt absconditæ a facie mea, et non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis.

[18]Et reddam primum duplices iniquitates et peccata eorum, quia contaminaverunt terram meam in morticinis idolorum suorum, et abominationibus suis impleverunt hæreditatem meam.

[19]Domine, fortitudo mea, et robur meum, et refugium meum in die tribulationis, ad te gentes venient ab extremis terræ, et dicent: Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit.

[20]Numquid faciet sibi homo deos, et ipsi non sunt dii?

[21]Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, et virtutem meam, et scient quia nomen mihi Dominus.

## Jeremias 17

[1] Acha-se inscrito o pecado de Judá com estilete de ferro; e gravado com ponta de diamante sobre a pedra de seu coração,

[2] nos ângulos de seus altares. Lembrando-se de seus filhos, pensam em suas estelas e marcos sagrados, junto das árvores verdejantes no alto das colinas elevadas.

[3] Entregarei à pilhagem a minha montanha que domina a planície, assim como os teus bens e tesouros, e os lugares altos em que pecas pela terra inteira.

[4] Deixarás ao abandono a herança que te conferira, e eu te farei o escravo dos teus inimigos, em terra que desconheces, porquanto acendeste o fogo de minha cólera que não mais cessará de flamejar.

[5] Eis o que diz o Senhor: “Maldito o homem que confia em outro homem, que da carne faz o seu apoio e cujo coração vive distante do Senhor!

[6] Assemelha-se ao cardo da charneca e nem percebe a chegada do bom tempo, habitando o solo calcinado do deserto, terra salobra em que ninguém reside.

[7] Bendito o homem que deposita a confiança no Senhor, e cuja esperança é o Senhor.

[8] Assemelha-se à árvore plantada perto da água, que estende as raízes para o arroio; se vier o calor, ela não temerá, e sua folhagem continuará verdejante; não a inquieta a seca de um ano, pois ela continua a produzir frutos.

[9] Nada mais ardiloso e irremediavelmente mau que o coração. Quem o poderá compreender?

[10] Eu, porém, que sou o Senhor, sondo os corações e escruto os rins, a fim de recompensar a cada um segundo o seu comportamento e os frutos de suas ações.

[11] Qual perdiz a chocar ovos que não pôs, tal é aquele que pela fraude se enriqueceu; em meio à vida, precisa deixá-los; demonstra, pelo seu fim, ser insensato”.

[12] Trono sublime de glória antiga, ó santuário nosso,

[1]Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, et in cornibus ararum eorum.

[2]Cum recordati fuerint filii eorum ararum suarum, et lucorum suorum, lignorumque frondentium, in montibus excelsis,

[3]sacrificantes in agro: fortitudinem tuam, et omnes thesauros tuos in direptionem dabo; excelsa tua propter peccata in universis finibus tuis.

[4]Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, et servire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem succendisti in furore meo: usque in æternum ardebit.

[5]Hæc dicit Dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a Domino recedit cor ejus.

[6]Erit enim quasi myricæ in deserto, et non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis et inhabitabili.

[7]Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus.

[8]Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, et non timebit cum venerit æstus: et erit folium ejus viride, et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.

[9]Pravum est cor omnium, et inscrutabile: quis cognoscet illud?

[10]Ego Dominus scrutans cor, et probans renes: qui do unicuique juxta viam suam, et juxta fructum adinventionum suarum.

[11]Perdix fovit quæ non peperit: fecit divitias, et non in judicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, et in novissimo suo erit insipiens.

[12]Solium gloriæ altitudinis a principio, locus sanctificationis nostræ.

[13]Exspectatio Israël, Domine, omnes qui te derelinquunt confundentur: recedentes a te, in terra scribentur, quoniam

[13] Senhor, que sois a esperança de Israel, confundidos serão todos os que vos abandonam, e de vergonha serão cobertos os que de vós se afastam, por haverem deixado o Senhor, fonte das águas vivas.

[14] Curai-me, Senhor, e ficarei curado; salvai-me, e serei salvo, porque sois a minha glória.

[15] Ei-los que clamam: "Que é feito dos oráculos do Senhor? Que eles se cumpram!".

[16] Eu, porém, nunca vos incitei a enviar a desgraça, nem desejei o dia da catástrofe. Bem conheceis as palavras que me saíram da boca: elas estão em vossa presença.

[17] Não me sejais objeto de espanto, vós que, no dia da desgraça, sois meu refúgio.

[18] Sejam envergonhados meus perseguidores, e não eu! Sejam consternados, não eu! Fazei recair sobre eles o dia da aflição, esmagai-os com dupla desgraça.

[19] Eis o que me diz o Senhor: "Vai colocar-te à porta dos filhos do povo, por onde entram e saem os reis de Judá, e a todas as portas de Jerusalém.

[20] Tu lhes dirás: Escutai a palavra do Senhor, reis de Judá, povo de Judá, e vós todos, habitantes de Jerusalém, que entrais por estas portas.

[21] Assim fala o Senhor: Evitai carregar – pois disso depende vossa vida – fardos no dia de sábado, fazendo-os atravessar as portas de Jerusalém.

[22] Abstende-vos de transportar fardo algum para fora de vossas casas em dia de sábado. Não vos entregueis a trabalho algum, mas santificai o dia de sábado, como ordenei a vossos pais.

[23] Eles, porém, não prestaram ouvidos, e endureceram a cerviz para não ouvirem, nem se deixarem instruir.

[24] Se verdadeiramente me escutardes – oráculo do Senhor –, se não deixardes passar carga nenhuma pelas portas desta cidade em dia de sábado, e se santificardes

dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum.

[14]Sana me, Domine, et sanabor: salvum me fac, et salvus ero: quoniam laus mea tu es.

[15]Ecce ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Domini? veniat:

[16]et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: et diem hominis non desideravi, tu scis: quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

[17]Non sis tu mihi formidini: spes mea tu in die afflictionis.

[18]Confundantur qui me persequuntur, et non confundar ego: paveant illi, et non paveam ego: induc super eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos.

[19]Hæc dicit Dominus ad me: Vade, et sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Juda, et egrediuntur, et in cunctis portis Jerusalem:

[20]et dices ad eos: Audite verbum Domini, reges Juda, et omnis Juda, cunctique habitatores Jerusalem, qui ingredimini per portas istas.

[21]Hæc dicit Dominus: Custodite animas vestras, et nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Jerusalem:

[22]et nolite ejicere onera de domibus vestris in die sabbati, et omne opus non facietis: sanctificate diem sabbati, sicut præcepi patribus vestris.

[23]Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam: sed induraverunt cervicem suam, ne audirent me, et ne acciperent disciplinam.

[24]Et erit: si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die sabbati: et si sanctificaveritis diem sabbati, ne faciatis in eo omne opus:

[25]ingredientur per portas civitatis hujus reges et principes, sedentes super solium David, et ascendentes in curribus et equis, ipsi et principes eorum, viri Juda, et habitatores Jerusalem: et habitabitur civitas hæc in sempiternum.

esse dia, abstendo-vos de desempenhar qualquer trabalho,

25 então pelas portas da cidade entrarão, conduzidos em carros e montados a cavalo, reis e príncipes que ocuparão o trono de Davi, assim como seus oficiais, a gente de Judá e os habitantes de Jerusalém. E esta cidade será povoada para sempre!

26 E outros virão das cidades de Judá, dos arredores de Jerusalém, das terras de Benjamim e das planícies e montes, assim como do Negueb, para oferecerem holocaustos, sacrifícios, oblações, incenso e sacrifícios de ações de graças na casa do Senhor.

27 Se, porém, não observardes meus preceitos acerca da santificação do sábado, e a respeito da abstenção de transportar fardos pelas portas da cidade no dia de sábado, porei fogo nessas portas, e ele consumirá os palácios de Jerusalém, sem que ninguém possa extingui-lo".

26Et venient de civitatibus Juda, et de circuitu Jerusalem, et de terra Benjamin, et de campestribus, et de montuosis, et ab austro, portantes holocaustum, et victimam, et sacrificium, et thus, et inferent oblationem in domum Domini.

27Si autem non audieritis me ut sanctificetis diem sabbati, et ne portetis onus, et ne inferatis per portas Jerusalem in die sabbati, succendam ignem in portis ejus, et devorabit domos Jerusalem, et non extinguetur.

## Jeremias 18

1 Foi dirigida a Jeremias a palavra do Senhor nestes termos:

2 "Vai e desce à casa do oleiro, e ali te farei ouvir minha palavra".

3 Desci, então, à casa do oleiro, e o encontrei ocupado a trabalhar no torno.

4 Quando o vaso que estava a modelar não lhe saía bem, como costuma acontecer nos trabalhos de cerâmica, punha-se a trabalhar em outro à sua maneira.

5 Foi esta, então, a linguagem do Senhor: "casa de Israel, não poderei fazer de vós o que faz esse oleiro? – oráculo do Senhor.

6 O que é a argila em suas mãos, assim sois vós nas minhas, casa de Israel.

7 Ora anuncio a uma nação ou a um reino que vou arrancá-lo e destruí-lo.

8 Mas se essa nação, contra a qual me pronunciei, se afastar do mal que cometeu, arrependo-me da punição com que resolvera castigá-la.

## Jeremias 18

1Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens:

2Surge, et descende in domum figuli, et ibi audies verba mea.

3Et descendi in domum figuli, et ecce ipse faciebat opus super rotam.

4Et dissipatum est vas quod ipse faciebat e luto manibus suis: conversusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis ejus ut faceret.

5Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

6Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israël? ait Dominus: ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israël.

7Repente loquar adversum gentem et adversus regnum, ut eradicem, et destruam, et disperdam illud:

8si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum adversus eam, agam et

[9] Outras vezes, em relação a um povo ou reino, resolvo edificá-lo e plantá-lo.

[10] Se, porém, tal nação proceder mal diante de meus olhos e não escutar minha palavra, recuarei do bem que lhe decidira fazer.

[11] Assim, portanto, dirige-te agora nestes termos à gente de Judá e aos habitantes de Jerusalém: Eis o que diz o Senhor: nutro o desígnio de lançar-vos uma desgraça, tenciono um projeto contra vós. Voltai todos, portanto, do mau caminho, emendai vosso proceder e vossos atos.

[12] É inútil, responderão eles, seguiremos nossas ideias e cada um de nós agirá de acordo com as más inclinações de seu coração obstinado".

[13] Eis por que assim fala o Senhor: "Interrogai as nações pagãs: quem jamais ouviu semelhante coisa? Foi perversidade sem nome a cometida pela virgem de Israel.

[14] Acaso será abandonado o rochedo que domina a planície pela neve do Líbano? E se esgotarão as águas fluentes, que, frescas, correm das montanhas?

[15] No entanto, o meu povo me esqueceu! Incensa ídolos quiméricos, que o fazem tropeçar pelo caminho, o caminho de outrora, conduzindo-o por veredas tortuosas de caminhos não trilhados.

[16] A um deserto será reduzida a terra, objeto de perpétuo assobio; e o que por ele passar, estupefato, meneará a cabeça.

[17] À semelhança do vento de leste, eu o dispersarei ante seus inimigos. E lhe voltarei as costas e não a face no dia da desgraça".

[18] "Vinde" – disseram então –, "e tramemos uma conspiração contra Jeremias! Por falta de um sacerdote não perecerá a Lei, nem pela falta de um sábio, o conselho, ou pela falta de um profeta, a palavra divina. Vinde e firamo-lo com a língua, não lhe demos ouvidos às palavras!"

[19] Senhor, ouvi-me! Escutai o que dizem meus inimigos.

ego pœnitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei.

[9]Et subito loquar de gente et de regno, ut ædificem et plantem illud.

[10]Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei.

[11]Nunc ergo dic viro Juda, et habitatoribus Jerusalem, dicens: Hæc dicit Dominus: Ecce ego fingo contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem: revertatur unusquisque a via sua mala, et dirigite vias vestras et studia vestra.

[12]Qui dixerunt: Desperavimus: post cogitationes enim nostras ibimus, et unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus.

[13]Ideo hæc dicit Dominus: Interrogate gentes: Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israël?

[14]Numquid deficiet de petra agri nix Libani? aut evelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, et defluentes?

[15]Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, et impingentes in viis suis, in semitis sæculi, ut ambularent per eas in itinere non trito,

[16]ut fieret terra eorum in desolationem, et in sibilum sempiternum: omnis qui præterierit per eam obstupescet, et movebit caput suum.

[17]Sicut ventus urens dispergam eos coram inimico: dorsum, et non faciem, ostendam eis in die perditionis eorum.

[18]Et dixerunt: Venite, et cogitemus contra Jeremiam cogitationes: non enim peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapiente, nec sermo a propheta: venite, et percutiamus eum lingua, et non attendamus ad universos sermones ejus.

[19]Attende, Domine, ad me, et audi vocem adversariorum meorum.

[20]Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? Recordare quod steterim in conspectu tuo ut loquerer

[20] É assim que pagam o bem com o mal? Abrem uma cova para atentar-me contra a vida. Lembrai-vos de que ante vós me apresentei, a fim de por eles interceder e deles afastar a vossa cólera.

[21] Assim, entregai-lhes os filhos à fome e a eles próprios a fio de espada. Percam suas mulheres os filhos e maridos, morram os homens pela peste, e os jovens caiam sob a espada nos combates.

[22] Quando, de súbito, sobre eles lançardes hordas armadas, ouçam-se os clamores partidos de suas casas, já que cavaram uma fossa para prender-me, e armaram laços a meus pés.

[23] Vós, porém, Senhor, que bem conheceis suas conspirações de morte contra mim, não lhes perdoeis tal iniquidade. Que a vossos olhos o seu pecado permaneça indelével e caiam diante de vós. Agi contra eles no dia de vossa cólera.

pro eis bonum, et averterem indignationem tuam ab eis.

[21]Propterea da filios eorum in famem, et deduc eos in manus gladii: fiant uxores eorum absque liberis, et viduæ: et viri earum interficiantur morte: juvenes eorum confodiantur gladio in prælio:

[22]audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repente, quia foderunt foveam ut caperent me, et laqueos absconderunt pedibus meis.

[23]Tu autem, Domine, scis omne consilium eorum adversum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, et peccatum eorum a facie tua non deleatur: fiant corruentes in conspectu tuo; in tempore furoris tui abutere eis.

## Jeremias 19

[1] Eis o que me diz o Senhor: “Vai à casa do oleiro e compra um vaso de barro. Tomarás então contigo anciãos do povo e anciãos dos sacerdotes,

[2] e te dirigirás ao vale de Ben-Enom, próximo da saída da Porta dos Cacos. E lá pronunciarás o oráculo que te ditar.

[3] Tu lhes dirás, então: Escutai a palavra do Senhor, reis de Judá e vós todos, habitantes de Jerusalém. Eis o que diz o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: Sobre este lugar vou mandar desgraça tamanha que fará tinir os ouvidos a quem dela ouvir falar.

[4] Abandonaram-me, profanaram este lugar e ofereceram incenso a outros deuses que nem eles conheceram nem seus pais e nem os reis de Judá. Macularam este lugar com o sangue dos inocentes,

[5] e ergueram o lugar alto a Baal para, em honra dele, queimarem os seus filhos em holocausto. Tais coisas não as prescrevi, delas não falei e nem ao pensamento me vieram.

## Jeremias 19

[1]Hæc dicit Dominus: Vade, et accipe lagunculam figuli testeam a senioribus populi et a senioribus sacerdotum,

[2]et egredere ad vallem filii Ennom, quæ est juxta introitum portæ fictilis: et prædicabis ibi verba quæ ego loquar ad te.

[3]Et dices: Audite verbum Domini, reges Juda, et habitatores Jerusalem. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita ut omnis qui audierit illam, tinniant aures ejus,

[4]eo quod dereliquerint me, et alienum fecerint locum istum, et libaverunt in eo diis alienis quos nescierunt, ipsi et patres eorum, et reges Juda: et repleverunt locum istum sanguine innocentum,

[5]et ædificaverunt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.

[6]Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, et non vocabitur amplius locus

[6] Por tudo isso, virão dias – oráculo do Senhor – em que este lugar não mais se chamará Tofet, nem vale de Ben-Enom, mas sim, vale da Matança.

[7] Aí aniquilarei os planos de Judá e Jerusalém, e ordenarei que caiam seus habitantes sob a espada dos inimigos e pelas mãos daqueles que odeiam a sua vida. Entregarei seus cadáveres como pasto às aves do céu e aos animais da terra.

[8] Farei dessa cidade objeto de assombro, causa de zombaria. E a vista de suas chagas será motivo de escárnio a quem por ela passar.

[9] Na angústia e na miséria a que a reduzirão os inimigos que lhe odeiam a vida, se verá mesmo compelida a comer a carne de seus filhos e de suas filhas; e eles se devorarão uns aos outros.

[10] Em seguida, sob o olhar dos que forem contigo, partirás a bilha,

[11] exclamando: Eis o que diz o Senhor dos exércitos: quebrarei este povo e a cidade como se parte um vaso de barro, sem que possa ser refeito. (E, por falta de outro local, será enterrado em Tofet.)

[12] Eis o que farei desse lugar – oráculo do Senhor – e dos seus habitantes: de tal modo o farei, que o tornarei semelhante a Tofet.

[13] As casas de Jerusalém e os palácios dos reis de Judá ficarão imundos como o solo de Tofet, casas sobre cujos tetos foi queimado o incenso às milícias dos céus e oferecidas libações a deuses estranhos".

[14] Regressou então Jeremias de Tofet, aonde o Senhor o enviara a profetizar. De pé, no átrio do Templo do Senhor, exclamou à multidão:

[15] "Eis o que diz o Senhor dos exércitos, o Deus de Israel: Vou despejar sobre esta cidade e sobre as aldeias de sua jurisdição os flagelos de que as ameacei, porque seus habitantes endureceram a cerviz para não acatar minhas palavras".

## Jeremias 20

iste Topheth, et vallis filii Ennom, sed vallis occisionis.

[7]Et dissipabo consilium Juda et Jerusalem in loco isto, et subvertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, et in manu quærentium animas eorum: et dabo cadavera eorum escam volatilibus cæli et bestiis terræ.

[8]Et ponam civitatem hanc in stuporem, et in sibilum: omnis qui præterierit per eam obstupescet, et sibilabit super universa plaga ejus.

[9]Et cibabo eos carnibus filiorum suorum et carnibus filiarum suarum: et unusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, et in angustia in qua concludent eos inimici eorum, et qui quærunt animas eorum.

[10]Et conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum,

[11]et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum istum, et civitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra instaurari: et in Topheth sepelientur, eo quod non sit alius locus ad sepeliendum.

[12]Sic faciam loco huic, ait Dominus, et habitatoribus ejus, et ponam civitatem istam sicut Topheth.

[13]Et erunt domus Jerusalem, et domus regum Juda, sicut locus Topheth, immundæ, omnes domus in quarum domatibus sacrificaverunt omni militiæ cæli, et libaverunt libamina diis alienis.

[14]Venit autem Jeremias de Topheth, quo miserat eum Dominus ad prophetandum, et stetit in atrio domus Domini, et dixit ad omnem populum:

[15]Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce ego inducam super civitatem hanc, et super omnes urbes ejus, universa mala quæ locutus sum adversum eam, quoniam induraverunt cervicem suam ut non audirent sermones meos.

## Jeremias 20

[1] Tendo o sacerdote Fassur, filho de Emer, que era superintendente do templo, ouvido o profeta Jeremias pronunciar esse oráculo,

[2] mandou espancá-lo e pô-lo em grilhões na porta superior de Benjamim, que se encontra no Templo do Senhor.

[3] No dia seguinte, quando Fassur mandou libertá-lo, disse-lhe Jeremias: "Não é mais Fassur que te chama o Senhor, mas sim Magor-Missabib.

[4] Pois assim diz o Senhor: Vou fazer de ti objeto de pavor, para ti mesmo e teus amigos, os quais, sob teu olhar, perecerão à espada de seus inimigos. Entregarei Judá nas mãos do rei da Babilônia, que os deportará para Babilônia, onde os ferirá à espada.

[5] E entregarei todas as riquezas desta cidade, todo o produto de seu trabalho, todas as suas reservas preciosas e todos os tesouros dos reis de Judá, nas mãos de seus inimigos, que os tomarão como presa, e os levarão para Babilônia.

[6] E tu, Fassur, serás arrastado, com tua família, para o cativeiro. Ireis a Babilônia para lá morrerem e serem enterrados, tu e teus amigos, aos quais proferiste falsos oráculos".

[7] Seduzistes-me, Senhor; e eu me deixei seduzir! Dominastes-me e obtivestes o triunfo. Sou objeto de contínua irrisão, e todos zombam de mim.

[8] Cada vez que falo é para proclamar a aproximação da violência e da devastação. E dia a dia a palavra do Senhor converte-se para mim em insultos e escárnios.

[9] E, a mim mesmo, eu disse: Não mais o mencionarei, nem falarei em seu nome. Mas em meu seio havia um fogo devorador que se me encerrara nos ossos. Esgotei-me em refreá-lo, e não o consegui.

[10] Ouço as invectivas da multidão: "Cerca-nos o terror! Denunciai-o! Vamos denunciá-lo!". Os que eram meus amigos espiam-me agora os passos. "Se cair em abusos, tiraremos vantagem, e dele nos vingaremos."

[1]Et audivit Phassur filius Emmer, sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Jeremiam prophetantem sermones istos.

[2]Et percussit Phassur Jeremiam prophetam, et misit eum in nervum quod erat in porta Benjamin superiori, in domo Domini.

[3]Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Jeremiam de nervo, et dixit ad eum Jeremias: Non Phassur vocavit Dominus nomen tuum, sed Pavorem undique.

[4]Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo te in pavorem, te et omnes amicos tuos: et corruent gladio inimicorum suorum, et oculi tui videbunt: et omnem Judam dabo in manum regis Babylonis, et traducet eos in Babylonem, et percutiet eos gladio.

[5]Et dabo universam substantiam civitatis hujus, et omnem laborem ejus, omneque pretium, et cunctos thesauros regum Juda dabo in manu inimicorum eorum: et diripient eos, et tollent, et ducent in Babylonem.

[6]Tu autem, Phassur, et omnes habitatores domus tuæ, ibitis in captivitatem: et in Babylonem venies, et ibi morieris, ibique sepelieris tu, et omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium.

[7]Seduxisti me, Domine, et seductus sum: fortior me fuisti, et invaluisti: factus sum in derisum tota die; omnes subsannant me.

[8]Quia jam olim loquor, vociferans iniquitatem, et vastitatem clamito: et factus est mihi sermo Domini in opprobrium, et in derisum tota die.

[9]Et dixi: Non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine illius: et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis, et defeci, ferre non sustinens.

[10]Audivi enim contumelias multorum, et terrorem in circuitu: Persequimini, et persequamur eum, ab omnibus viris qui erant pacifici mei, et custodientes latus meum: si quomodo decipiatur, et prævaleamus adversus eum, et consequamur ultionem ex eo.

[11] O Senhor, porém, está comigo, qual poderoso guerreiro. Por isso, longe de triunfar, serão esmagados meus perseguidores. Sua queda os mergulhará na confusão. Será, então, a vergonha eterna, inesquecível.

[12] Senhor, Deus dos exércitos, vós que sondais o justo, e que escrutais os rins e os corações, concedei-me o poder de contemplar a vingança que deles ides tirar! Pois em vossas mãos depositei a minha causa.

[13] Cantai ao Senhor, glorificai-o, porque salvou a vida do miserável das mãos do mau.

[14] Maldito o dia em que nasci! Nem abençoado seja o dia em que minha mãe me deu à luz.

[15] Maldito o homem que levou a notícia a meu pai e que o cumulou de felicidade ao dizer-lhe: "Nasceu-te um menino!".

[16] A ele suceda o que às cidades aconteceu, que o Senhor sem piedade aniquilou! Desde o alvorecer ouça os gritos de alarme e o fragor da batalha ao meio-dia.

[17] Por que não me matou, antes de eu sair do ventre materno?! Minha mãe teria sido meu túmulo e eu ficaria para sempre guardado em suas entranhas!

[18] Por que saí do seu seio? Para só contemplar tormentos e misérias, e na vergonha consumir meus dias?

[11]Dominus autem mecum est, quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me cadent, et infirmi erunt: confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur.

[12]Et tu, Domine exercituum, probator justi, qui vides renes et cor, videam, quæso, ultionem tuam ex eis: tibi enim revelavi causam meam.

[13]Cantate Domino, laudate Dominum, quia liberavit animam pauperis de manu malorum.

[14]Maledicta dies in qua natus sum! dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta!

[15]Maledictus vir qui annuntiavit patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus, et quasi gaudio lætificavit eum!

[16]Sit homo ille ut sunt civitates quæ subvertit Dominus, et non pœnituit eum: audiat clamorem mane, et ululatum in tempore meridiano,

[17]qui non me interfecit a vulva, ut fieret mihi mater mea sepulchrum, et vulva ejus conceptus æternus!

[18]Quare de vulva egressus sum, ut viderem laborem et dolorem, et consumerentur in confusione dies mei?

## Jeremias 21

[1] Eis o que disse o Senhor a Jeremias, quando o rei Sedecias lhe enviou Fassur, filho de Melquias, e o sacerdote Sofonias, filho de Maasias, para dizerem a ele:

[2] "Consulta o Senhor em nosso nome porque Nabucodonosor, rei da Babilônia, nos ataca. Talvez o Senhor queira renovar seus milagres a nosso favor, fazendo com que ele se afaste de nós".

[3] "Eis" – respondeu-lhes Jeremias – "o que transmitireis a Sedecias:

## Jeremias 21

[1]Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiæ, et Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens:

[2]Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor, rex Babylonis, præliatur adversum nos: si forte faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, et recedat a nobis.

[3]Et dixit Jeremias ad eos: Sic dicetis Sedeciæ:

[4] Oráculo do Senhor, Deus de Israel: as armas que empunhais para o combate, fora dos muros, contra o rei da Babilônia e os caldeus que vos sitiam, vou reuni-las no interior desta cidade.

[5] Então, com toda a força de meu braço vigoroso, com furor, indignação e cólera, combaterei contra vós.

[6] Ferirei os habitantes desta cidade, homens e animais, que serão vítimas de grande peste.

[7] Em seguida – oráculo do Senhor –, Sedecias, rei de Judá, seus servos e o povo, e tudo quanto escapar da peste, da espada e da fome, eu os entregarei a Nabucodonosor, rei da Babilônia, a esses inimigos que lhes odeiam a vida. E eles os passarão a fio de espada, sem perdão, nem piedade ou misericórdia.

[8] Dirás então ao povo – oráculo do Senhor: eis que vos coloco na encruzilhada dos caminhos da vida e da morte.

[9] Aquele que ficar na cidade perecerá pela espada, pela fome ou pela peste; aquele que sair para entregar-se aos caldeus, que vos sitiam, viverá, e a vida a salvo será seu espólio.

[10] Fixei meus olhares sobre esta cidade, para sua desgraça e não para o bem – oráculo do Senhor. Cairá ela nas mãos do rei da Babilônia, e este a entregará às chamas.”

[11] Eis o que dirás acerca da casa de Judá: Escutai a palavra do Senhor!

[12] Casa de Davi, eis o que diz o Senhor: Praticai a justiça desde o nascer do dia, livrai o oprimido das mãos do opressor, para que meu furor não se inflame como o fogo, braseiro que não se pode extinguir, por causa da maldade de vosso procedimento.

[13] Eis-me aqui contra ti, habitante do vale, rochedo que dominas a planície. A vós que dizeis: “Quem nos virá atacar? Quem penetrará em nossos refúgios?”.

[14] Eu vos castigarei – oráculo do Senhor –, deitarei fogo à sua floresta e seus arredores serão devorados.

[1]Sermo qui factus est ad Jeremiam a Domino, postquam dimissus est a Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Jerusalem et Juda, et ducebantur in Babylonem.

[2]Tollens ergo princeps militiæ Jeremiam, dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum:

[3]et adduxit, et fecit Dominus sicut locutus est, quia peccastis Domino, et non audistis vocem ejus: et factus est vobis sermo hic.

[4]Nunc ergo ecce solvi te hodie de catenis quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi ut venias mecum in Babylonem, veni, et ponam oculos meos super te: si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem, reside: ecce omnis terra in conspectu tuo est: quod elegeris, et quo placuerit tibi ut vadas, illuc perge:

[5]et mecum noli venire, sed habita apud Godoliam filium Ahicam filii Saphan, quem præposuit rex Babylonis civitatibus Juda: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocumque placuerit tibi ut vadas, vade. Dedit quoque ei magister militiæ cibaria et munuscula, et dimisit eum.

[6]Venit autem Jeremias ad Godoliam filium Ahicam in Masphath, et habitavit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra.

[7]Cumque audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones,

mulheres, crianças e pobres que não haviam sido deportados, vieram os chefes das tropas, que se tinham dispersado pela terra,

8 procurar o governador, com seus companheiros, em Masfa. Eram eles, Ismael, filho de Natanias, Joanã e Jônatas, filhos de Carea, Sareas, filho de Teneumet, os filhos de Ofi, de Netofa, e Jesonias, filho de Maacati, e suas gentes.

9 Godolias, filho de Aicam, filho de Safã, declarou-lhes sob juramento: "Não tenhais receio de servir aos caldeus. Ficai na terra submissos ao rei da Babilônia, e nada vos acontecerá.

10 Ficarei em Masfa para estar às ordens dos caldeus que para aqui vierem. Recolhei, pois, o vinho, as frutas e o óleo, fazendo deles provisão. E instalai-vos nas cidades para onde voltais".

11 Sabendo, a seu turno, que o rei da Babilônia deixara em Judá o resto do povo, sob as ordens de Godolias, filho de Aicam, filho de Safã, todos os judeus, que estavam em Moab e entre os filhos de Amon, ou em Edom e nas demais regiões,

12 deixaram esses lugares por onde andavam dispersos e vieram à terra de Judá para junto de Godolias, em Masfa, e lá fizeram abundante colheita de vinho e de frutos.

13 Joanã, filho de Carea, e todos os chefes de tropas, disseminados pelas províncias, vieram procurar Godolias em Masfa.

14 "Sabes" – disseram-lhe então – "que Baalis, rei dos filhos de Amon, encarregou Ismael, filho de Natanias, de tirar-te a vida?" Não quis, porém, Godolias acreditar nisso.

15 Então Joanã, filho de Carea, tomou à parte Godolias, em Masfa, e lhe disse: "E se eu fosse matar Ismael, filho de Natanias, sem que pessoa alguma o soubesse? Por que permitir que te matem? Seria isso a dispersão de todos os judeus que se reuniram em torno de ti e o aniquilamento do que resta de Judá".

ipsi et socii eorum, quod præfecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ, et quod commendasset ei viros, et mulieres, et parvulos, et de pauperibus terræ, qui non fuerant translati in Babylonem,

8venerunt ad Godoliam in Masphath, et Ismahel filius Nathaniæ, et Johanan et Jonathan filii Caree, et Sareas filius Thanehumeth, et filii Ophi, qui erant de Netophathi, et Jezonias filius Maachathi, ipsi et viri eorum.

9Et juravit eis Godolias filius Ahicam filii Saphan, et comitibus eorum, dicens: Nolite timere servire Chaldæis: habitate in terra, et servite regi Babylonis, et bene erit vobis.

10Ecce ego habito in Masphath, ut respondeam præcepto Chaldæorum qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, et messem, et oleum, et condite in vasis vestris, et manete in urbibus vestris quas tenetis.

11Sed et omnes Judæi qui erant in Moab, et in filiis Ammon, et in Idumæa, et in universis regionibus, audito quod dedisset rex Babylonis reliquias in Judæa, et quod præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filii Saphan,

12reversi sunt, inquam, omnes Judæi de universis locis ad quæ profugerant, et venerunt in terram Juda ad Godoliam in Masphath, et collegerunt vinum et messem multam nimis.

13Johanan autem filius Caree, et omnes principes exercitus qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphath,

14et dixerunt ei: Scito quod Baalis, rex filiorum Ammon, misit Ismahel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam.

15Johanan autem filius Caree dixit ad Godoliam seorsum in Masphath, loquens: Ibo, et percutiam Ismahel filium Nathaniæ, nullo sciente, ne interficiat animam tuam, et dissipentur omnes Judæi qui congregati sunt ad te, et peribunt reliquiæ Juda.

[16] Godolias, filho de Aicam, disse porém a Joanã, filho de Carea: “Não faças isso. É falso o que dizes de Ismael”.

## Jeremias 41

[1] Decorria o sétimo mês. Ismael, filho de Natanias, filho de Elisama, de linhagem real e um dos grandes do rei, apresentou-se, acompanhado de dez homens, diante de Godolias, filho de Aicam, em Masfa, e juntos comeram.

[2] Então Ismael, filho de Natanias, e seus dez companheiros, a golpes de espada, atentaram contra a vida de Godolias, filho de Aicam, filho de Safã. E assim mataram aquele que o rei da Babilônia nomeara governador da terra,

[3] bem como todos os judeus que estavam com ele. Ismael matou, igualmente, todos os guerreiros caldeus que lá se encontravam.

[4] Dois dias depois da morte de Godolias, quando ainda todos a ignoravam,

[5] chegou a Siquém, de Silo e de Samaria um grupo de oitenta homens, de barba raspada, vestes rasgadas e o rosto desfigurado. Traziam oferendas e incenso para a casa do Senhor.

[6] Ismael, filho de Natanias, saiu de Masfa ao encontro deles, banhado em lágrimas. Quando, afinal, os encontrou, disse-lhes: “Vinde a Godolias, filho de Aicam”.

[7] Apenas, porém, chegaram ao meio da cidade, mandou Ismael decapitá-los, e lançar seus corpos em uma cisterna.

[8] Entre as vítimas, contudo, encontravam-se dez homens que disseram a Ismael: “Não nos mates. Temos no campo provisões escondidas de trigo, cevada, azeite e mel”. Diante disso, suspendeu Ismael o massacre e não os matou como os demais, seus irmãos.

[9] A cisterna em que Ismael lançara os cadáveres dos homens que matara era imensa e fora perfurada pelo rei Asa, quando se defendia contra Baasa, rei de

[16]Et ait Godolias filius Ahicam ad Johanan filium Caree: Noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel.

## Jeremias 41

[1]Et factum est in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filii Elisama, de semine regali, et optimates regis, et decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam, in Masphath, et comederunt ibi panes simul in Masphath.

[2]Surrexit autem Ismahel filius Nathaniæ, et decem viri qui cum eo erant, et percusserunt Godoliam filium Ahicam filii Saphan gladio, et interfecerunt eum quem præfecerat rex Babylonis terræ.

[3]Omnes quoque Judæos qui erant cum Godolia in Masphath, et Chaldæos qui reperti sunt ibi, et viros bellatores, percussit Ismahel.

[4]Secundo autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente,

[5]venerunt viri de Sichem, et de Silo, et de Samaria, octoginta viri, rasi barba, et scissis vestibus, et squallentes: et munera et thus habebant in manu, ut offerrent in domo Domini.

[6]Egressus ergo Ismahel filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphath, incedens et plorans ibat: cum autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Ahicam.

[7]Qui cum venissent ad medium civitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipse et viri qui erant cum eo.

[8]Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel: Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro, frumenti, et hordei, et olei, et mellis: et cessavit, et non interfecit eos cum fratribus suis.

[9]Lacus autem in quem projecerat Ismahel omnia cadavera virorum quos percussit propter Godoliam, ipse est quem fecit rex Asa propter Baasa regem Israël: ipsum replevit Ismahel filius Nathaniæ occisis.

Israel. Foi essa cisterna que Ismael encheu de cadáveres.

10 Em seguida, aprisionou quantos ainda restavam em Masfa, as princesas reais e toda a população que lá ficara, entregue por Nebuzardã, chefe dos guardas, aos cuidados de Godolias, filho de Aicam. Conduzindo seus cativos, pôs-se Ismael a caminho das terras dos filhos de Amon.

11 Ante a notícia de todo o mal que cometera Ismael, filho de Natanias, Joanã, filho de Carea, e os oficiais de guerra que o acompanhavam

12 reuniram todos os seus homens, a fim de atacar Ismael, filho de Natanias. Alcançaram-no perto da piscina de Gabaon.

13 Quando todo o povo que estava com Ismael avistou Joanã, filho de Carea, e todos os oficiais de guerra que vinham com ele, encheu-se de alegria.

14 E a multidão que Ismael trouxera de Masfa abandonou-o e foi unir-se a Joanã, filho de Carea.

15 Entretanto, Ismael, filho de Natanias, conseguiu escapar de Joanã, com mais oito homens, fugindo para a terra dos filhos de Amon.

16 Então, Joanã, filho de Carea, e os oficiais que o acompanhavam, puseram-se à testa da tropa de sobreviventes de que Ismael, filho de Natanias, se apoderara em Masfa, após o assassínio de Godolias, filho de Aicam. Guerreiros, mulheres, crianças e eunucos, fê-los todos regressar de Gabaon.

17 Puseram-se então a caminho, detendo-se em Caamã, nas proximidades de Belém, para de lá se retirarem para o Egito.

18 Queriam assim furtar-se aos caldeus, dos quais receavam represálias, dado que Ismael, filho de Natanias, assassinara Godolias, filho de Aicam, nomeado para governar a terra pelo rei da Babilônia.

## Jeremias 42

1 Foram, então, todos os oficiais, Joanã, filho de Carea, e Azarias, filho de Osaías, bem

10Et captivas duxit Ismahel omnes reliquias populi qui erant in Masphath, filias regis, et universum populum qui remanserat in Masphath, quos commendaverat Nabuzardan princeps militiæ, Godoliæ filio Ahicam: et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ, et abiit ut transiret ad filios Ammon.

11Audivit autem Johanan filius Caree, et omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ,

12et assumptis universis viris, profecti sunt ut bellarent adversum Ismahel filium Nathaniæ: et invenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Gabaon.

13Cumque vidisset omnis populus qui erat cum Ismahel Johanan filium Caree, et universos principes bellatorum qui erant cum eo, lætati sunt:

14et reversus est omnis populus quem ceperat Ismahel, in Masphath, reversusque abiit ad Johanan filium Caree.

15Ismahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris a facie Johanan, et abiit ad filios Ammon.

16Tulit ergo Johanan filius Caree, et omnes principes bellatorum qui erant cum eo, universas reliquias vulgi quas reduxerat ab Ismahel filio Nathaniæ de Masphath, postquam percussit Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad prælium, et mulieres, et pueros, et eunuchos, quos reduxerat de Gabaon.

17Et abierunt, et sederunt peregrinantes in Chamaam, quæ est juxta Bethlehem, ut pergerent, et introirent Ægyptum,

18a facie Chaldæorum: timebant enim eos, quia percusserat Ismahel filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quem præposuerat rex Babylonis in terra Juda.

## Jeremias 42

1Et accesserunt omnes principes bellatorum, et Johanan filius Caree, et

como o povo, desde os grandes até os pequenos,

[2] dizer ao profeta Jeremias: "Ouve a nossa súplica, e intercede por nós, junto ao Senhor, em favor do que resta de nós. De muitos que éramos, bem podes ver a quão poucos fomos reduzidos.

[3] Que o Senhor, teu Deus, nos indique o caminho que devemos seguir e o que devemos fazer".

[4] "Ouço o que me dizeis" – respondeu Jeremias – "e o que desejais vou solicitar ao Senhor, vosso Deus. O que me disser o Senhor vo-lo transmitirei fielmente."

[5] Clamaram então: "Que o Senhor seja testemunha fiel e verdadeira contra nós se não fizermos o que o Senhor, teu Deus, te encarregar de nos transmitir!

[6] Seja-nos favorável ou adverso, obedeceremos à ordem do Senhor, nosso Deus, junto ao qual te delegamos, a fim de que nos seja propícia a submissão às ordens do Senhor, nosso Deus".

[7] Decorridos dez dias, a palavra do Senhor foi dirigida a Jeremias.

[8] Convocou este então Joanã, filho de Carea, todos os oficiais e o povo, grandes e pequenos.

[9] "Eis" – disse-lhes Jeremias – "o que me falou o Senhor, Deus de Israel, junto ao qual me delegastes, a fim de apresentar-lhe a vossa súplica:

[10] Se quiserdes permanecer nesta terra, nela vos restaurarei, e não vos destruirei. Eu vos plantarei e dela não vos arrancarei. Pesa-me o mal que vos fiz.

[11] Não tenhais receio do rei da Babilônia que tanto temeis! Não o temais – oráculo do Senhor –, porque estou convosco para salvar-vos e livrar-vos de suas mãos.

[12] Eu vos conseguirei as suas graças, e ele terá piedade de vós, devolvendo-vos a posse de vossa terra.

[13] Se, porém, desobedecendo à voz do Senhor, disserdes: Não permaneceremos aqui;

Jezonias filius Osaiæ, et reliquum vulgus, a parvo usque ad magnum,

[2]dixeruntque ad Jeremiam prophetam: Cadat oratio nostra in conspectu tuo, et ora pro nobis ad Dominum Deum tuum, pro universis reliquiis istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur:

[3]et annuntiet nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, et verbum quod faciamus.

[4]Dixit autem ad eos Jeremias propheta: Audivi. Ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum secundum verba vestra: omne verbum quodcumque responderit mihi indicabo vobis, nec celabo vos quidquam.

[5]Et illi dixerunt ad Jeremiam: Sit Dominus inter nos testis veritatis et fidei, si non juxta omne verbum in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus:

[6]sive bonum est, sive malum, voci Domini Dei nostri, ad quem mittimus te, obediemus, ut bene sit nobis cum audierimus vocem Domini Dei nostri.

[7]Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Jeremiam,

[8]vocavitque Johanan filium Caree, et omnes principes bellatorum qui erant cum eo, et universum populum, a minimo usque ad magnum.

[9]Et dixit ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Israël, ad quem misistis me ut prosternerem preces vestras in conspectu ejus:

[10]Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, et non destruam: plantabo, et non evellam: jam enim placatus sum super malo quod feci vobis.

[11]Nolite timere a facie regis Babylonis, quem vos pavidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus, quia vobiscum sum ego ut salvos vos faciam, et eruam de manu ejus:

[12]et dabo vobis misericordias, et miserebor vestri, et habitare vos faciam in terra vestra.

[14] iremos para o Egito, onde não teremos mais guerras, nem ouviremos mais o som da trombeta e onde o pão não nos faltará mais, e lá nos instalaremos –,

[15] então, escutai a palavra do Senhor, sobreviventes de Judá. Eis o que disse o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: Obstinando-vos em partir para o Egito, a fim de lá habitar,

[16] sereis atingidos no Egito pela espada que temeis, pela fome que vos aterroriza, e lá morrereis.

[17] Quantos se obstinarem em ir para o Egito perecerão pela espada, fome e peste, e nenhum escapará ao flagelo que contra eles lançarei.

[18] Porquanto, eis o que diz o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: Assim como o furor de minha cólera se lançou sobre os habitantes de Jerusalém, também contra vós se lançará, se fordes para o Egito. Servireis de exemplo de execração, sereis objeto de horror, de maldição e vergonha, e jamais tornareis a ver esses lugares.

[19] Eis o que vos diz o Senhor, sobreviventes de Judá: Não entreis no Egito, e sabei que hoje vos dou solene aviso.

[20] Seria enganar-vos a vós mesmos o delegar-me junto ao Senhor, vosso Deus, dizendo: Intercedei por nós junto ao Senhor, nosso Deus. Faremos quanto disserdes que nos foi ordenado pelo Senhor, nosso Deus.

[21] Hoje eu vo-lo digo: não escutastes a voz do Senhor, vosso Deus, nem coisa alguma do que me encarregou de transmitir-vos.

[22] Sabei, pois, que morrereis pela espada, fome e peste nessa terra onde quereis ir estabelecer-vos".

[13]Si autem dixeritis vos: Non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri,

[14]dicentes: Nequaquam, sed ad terram Ægypti pergemus, ubi non videbimus bellum, et clangorem tubæ non audiemus, et famem non sustinebimus, et ibi habitabimus:

[15]propter hoc nunc audite verbum Domini, reliquiæ Juda: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Si posueritis faciem vestram ut ingrediamini Ægyptum, et intraveritis ut ibi habitetis,

[16]gladius quem vos formidatis ibi comprehendet vos in terra Ægypti: et fames, pro qua estis solliciti, adhærebit vobis in Ægypto, et ibi moriemini.

[17]Omnesque viri qui posuerunt faciem suam ut ingrediantur Ægyptum, ut habitent ibi, morientur gladio, et fame, et peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet a facie mali quod ego afferam super eos.

[18]Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Sicut conflatus est furor meus et indignatio mea super habitatores Jerusalem, sic conflabitur indignatio mea super vos cum ingressi fueritis Ægyptum: et eritis in jusjurandum, et in stuporem, et in maledictum, et in opprobrium, et nequaquam ultra videbitis locum istum.

[19]Verbum Domini super vos, reliquiæ Juda: Nolite intrare Ægyptum: scientes scietis, quia obtestatus sum vos hodie,

[20]quia decepistis animas vestras. Vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum, dicentes: Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, et juxta omnia quæcumque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuntia nobis, et faciemus.

[21]Et annuntiavi vobis hodie, et non audistis vocem Domini Dei vestri super universis pro quibus misit me ad vos.

[22]Nunc ergo scientes scietis quia gladio, et fame, et peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare ut habitaretis ibi.

## Jeremias 43

[1] Assim que Jeremias acabou de dizer ao povo o que o Senhor lhe tinha encarregado de transmitir,

[2] Azarias, filho de Osaías, Joanã, filho de Carea, e todos aqueles orgulhosos exclamaram: “São mentiras o que proferes. Não te deu o Senhor, nosso Deus, o encargo de nos dizer que não fôssemos morar no Egito.

[3] É Baruc, filho de Neerias, que te lança contra nós com o fim de nos entregar aos caldeus para a morte e para a deportação à Babilônia”.

[4] E assim Joanã, filho de Carea, os chefes e os sobreviventes do povo mostraram-se surdos à voz do Senhor que lhes ordenara permanecerem em Judá.

[5] Joanã, filho de Carea, e os chefes conduziram os sobreviventes judeus que haviam regressado dos países em que se tinham dispersado, a fim de habitarem novamente na terra de Judá.

[6] Eram homens, mulheres e crianças, as princesas reais, todos os que Nebuzardã, chefe dos guardas, havia deixado junto de Godolias, filho de Aicam, filho de Safã, entre eles o profeta Jeremias e Baruc, filho de Neerias.

[7] Desobedecendo, assim, à voz do Senhor, partiram para o Egito e alcançaram Táfnis.

[8] Em Táfnis, foi dirigida a Jeremias a palavra do Senhor nestes termos:

[9] “Toma em tuas mãos pedras bem grandes e, ante os olhos dos judeus, introduze-as na calçada em frente à porta do palácio do faraó, em Táfnis.

[10] E, em seguida, lhes dirás: Eis o que diz o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: Vou mandar chamar aqui meu servo Nabucodonosor, rei da Babilônia. Eu lhe colocarei o trono sobre as pedras introduzidas neste lugar, e sobre elas estenderá ele também o seu tapete.

## Jeremias 43

[1]Factum est autem, cum complesset Jeremias loquens ad populum universos sermones Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc,

[2]dixit Azarias filius Osaiæ, et Johanan filius Caree, et omnes viri superbi, dicentes ad Jeremiam: Mendacium tu loqueris: non misit te Dominus Deus noster, dicens: Ne ingrediamini Ægyptum ut habitetis illuc.

[3]Sed Baruch filius Neriæ incitat te adversum nos, ut tradat nos in manus Chaldæorum, ut interficiat nos, et traduci faciat in Babylonem.

[4]Et non audivit Johanan filius Caree, et omnes principes bellatorum, et universus populus, vocem Domini, ut manerent in terra Juda.

[5]Sed tollens Johanan filius Caree, et universi principes bellatorum, universos reliquiarum Juda, qui reversi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerant ante dispersi, ut habitarent in terra Juda,

[6]viros, et mulieres, et parvulos, et filias regis, et omnem animam quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam filii Saphan, et Jeremiam prophetam, et Baruch filium Neriæ:

[7]et ingressi sunt terram Ægypti, quia non obedierunt voci Domini, et venerunt usque ad Taphnis.

[8]Et factus est sermo Domini ad Jeremiam in Taphnis, dicens:

[9]Sume lapides grandes in manu tua, et abscondes eos in crypta quæ est sub muro latericio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris Judæis:

[10]et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce ego mittam et assumam Nabuchodonosor regem Babylonis, servum meum: et ponam thronum ejus super lapides istos quos abscondi, et statuet solium suum super eos:

[11] Ele virá aqui e ferirá o Egito. O que é para a morte, à morte! O que é para o cativeiro, ao cativeiro! O que é para a espada, à espada!

[12] Lançará fogo aos templos dos deuses do Egito, e os queimará, levando cativos (os seus ídolos). Despojará o Egito, qual pastor a limpar seu manto, e regressará triunfante.

[13] E destruirá os obeliscos do templo do Sol, no Egito, e entregará às chamas todos os templos dos seus deuses".

[11]veniensque percutiet terram Ægypti, quos in mortem, in mortem, et quos in captivitatem, in captivitatem, et quos in gladium, in gladium:

[12]et succendet ignem in delubris deorum Ægypti, et comburet ea, et captivos ducet illos, et amicietur terra Ægypti sicut amicitur pastor pallio suo, et egredietur inde in pace:

[13]et conteret statuas domus solis quæ sunt in terra Ægypti, et delubra deorum Ægypti comburet igni.

## Jeremias 44

[1] Eis a palavra que foi dirigida a Jeremias a propósito de todos os judeus, residentes no Egito, em Magdol, em Táfnis, em Mênfis e na região sul:

[2] "Eis o que diz o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: vistes todas as calamidades que fiz recair sobre Jerusalém e sobre todas as cidades de Judá. Converteram-se, agora, em desertos inabitáveis.

[3] Tudo isso aconteceu por causa do mal que cometeram, irritando-me por incensarem e renderem culto a deuses estranhos que não conheciam, nem vós nem vossos pais.

[4] Desde o início, contudo, jamais cessei de enviar-vos os profetas, meus servos, a fim de dizer-vos que não devíeis cometer tão detestáveis abominações.

[5] Não me escutaram, porém, e nem deram ouvidos, recusando abandonar sua maldade e cessar de oferecer incenso a deuses estranhos.

[6] Assim, sobre eles recaiu toda a minha cólera, consumindo as cidades de Judá e as ruas de Jerusalém, que ficaram reduzidas ao estado de devastação, como hoje se apresentam.

[7] E, agora, eis o que diz o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: Por que trabalhais assim contra vós mesmos, causando desse modo no seio de Judá a exterminação dos homens, das mulheres, das crianças e dos

## Jeremias 44

[1]Verbum quod factum est per Jeremiam ad omnes Judæos qui habitabant in terra Ægypti, habitantes in Magdalo, et in Taphnis, et in Memphis, et in terra Phatures, dicens:

[2]Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Jerusalem, et super omnes urbes Juda: et ecce desertæ sunt hodie, et non est in eis habitator,

[3]propter malitiam quam fecerunt ut me ad iracundiam provocarent, et irent ut sacrificarent, et colerent deos alienos quos nesciebant, et illi, et vos, et patres vestri.

[4]Et misi ad vos omnes servos meos prophetas, de nocte consurgens, mittensque et dicens: Nolite facere verbum abominationis hujuscemodi, quam odivi.

[5]Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam, ut converterentur a malis suis, et non sacrificarent diis alienis.

[6]Et conflata est indignatio mea et furor meus, et succensa est in civitatibus Juda, et in plateis Jerusalem: et versæ sunt in solitudinem et vastitatem secundum diem hanc.

[7]Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Quare vos facitis malum grande hoc contra animas vestras, ut intereat ex vobis vir et mulier, parvulus et lactens, de medio Judæ, nec relinquatur vobis quidquam residuum:

meninos de peito, a tal ponto que de vosso povo ninguém sobreviverá,

8 dado que me irritastes pela vossa vida, ofertando incenso a deuses estranhos, aqui no Egito, aonde viestes estabelecer-vos? Por que perecer e tornar-vos entre todas as nações da terra um tema de maldição e objeto de vergonha?

9 Esquecestes os crimes de vossos pais, os dos reis de Judá e das mulheres de vossa terra, vossos próprios crimes e os de vossas mulheres, cometidos na terra de Judá e nas ruas de Jerusalém?

10 Nenhum arrependimento até hoje sentiram, nem temor tiveram. Não observaram minha Lei, nem os mandamentos que vos havia imposto assim como a vossos pais.

11 Eis por que, assim disse o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: Vou desviar de vós a minha face para vossa desgraça e extermínio de Judá.

12 E tomarei o resto de Judá que quis vir habitar no Egito. Perecerão todos, vítimas da espada e da fome. Perecerão pequenos e grandes, pela espada e pela fome; serão citados como execráveis, e constituirão objeto de espanto, de maldição e de opróbrio.

13 Castigarei os que residem no Egito, como o fiz em Jerusalém, pela espada, pela fome e pela peste.

14 Dos que vieram de Judá estabelecer-se no Egito, nenhum escapará nem sobreviverá para regressar à Judeia, local a que aspiram voltar para lá de novo habitar. Ninguém voltará, a não ser alguns fugitivos".

15 Então, todos os homens, cientes de que suas mulheres ofereciam incenso aos deuses estranhos, todas as mulheres em grande número lá reunidas e todo o povo residente na região sul no Egito, responderam a Jeremias:

16 "O que nos dizes em nome do Senhor não o aceitamos.

17 Cumpriremos, porém, todas as promessas que fizemos de queimar incenso

8provocantes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando diis alienis in terra Ægypti, in quam ingressi estis ut habitetis ibi: et dispereatis, et sitis in maledictionem et in opprobrium cunctis gentibus terræ?

9Numquid obliti estis mala patrum vestrorum, et mala regum Juda, et mala uxorum ejus, et mala vestra, et mala uxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Juda, et in regionibus Jerusalem?

10Non sunt mundati usque ad diem hanc: et non timuerunt, et non ambulaverunt in lege Domini, et in præceptis meis quæ dedi coram vobis et coram patribus vestris.

11Ideo hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: et disperdam omnem Judam.

12Et assumam reliquias Judæ, qui posuerunt facies suas ut ingrederentur terram Ægypti, et habitarent ibi, et consumentur omnes in terra Ægypti: cadent in gladio, et in fame, et consumentur a minimo usque ad maximum: in gladio et in fame morientur, et erunt in jusjurandum, et in miraculum, et in maledictionem, et in opprobrium.

13Et visitabo super habitatores terræ Ægypti sicut visitavi super Jerusalem, in gladio, et fame, et peste:

14et non erit qui effugiat, et sit residuus de reliquiis Judæorum qui vadunt ut peregrinentur in terra Ægypti, et revertantur in terram Juda, ad quam ipsi elevant animas suas ut revertantur, et habitent ibi: non revertentur, nisi qui fugerint.

15Responderunt autem Jeremiæ omnes viri scientes quod sacrificarent uxores eorum diis alienis, et universæ mulieres quarum stabat multitudo grandis, et omnis populus habitantium in terra Ægypti in Phatures, dicentes:

16Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te:

17sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, ut

à rainha do céu e de lhe oferecer libações, como o fazíamos, nós e nossos pais, nossos reis e chefes, nas cidades de Judá e nas ruas de Jerusalém. Então, tínhamos pão em fartura, vivíamos na abundância e não sabíamos o que fosse a desgraça.

18 Ora, depois que cessamos de queimar incenso à rainha do céu e de lhe oferecer libações, tudo nos falta, e perecemos pela espada e pela fome.

19 Além disso, quando queimamos incenso à rainha do céu e lhe oferecemos libações, é, porventura, sem o consentimento de nossos maridos que ofertamos torta à sua efígie e lhe rendemos libações?".

20 Dirigiu-se então Jeremias à multidão, aos homens e mulheres e a quantos lhe haviam assim respondido:

21 "Do incenso que queimastes" – disse-lhes – "nas cidades de Judá e nas ruas de Jerusalém, vós, vossos pais, vossos reis e chefes, assim como o povo, não se terá recordado o Senhor e nisso não terá pensado?

22 Não tendo o Senhor podido suportar mais tempo a maldade de vossos atos e abominações, foi nossa terra reduzida ao estado de solidão, devastada e amaldiçoada, onde ninguém mais habita, como hoje se apresenta.

23 E, se a calamidade presente vos adveio, é porque oferecestes o incenso desse modo, pecando contra o Senhor, e porque lhe recusastes ouvir a voz e observar suas leis e preceitos".

24 Jeremias acrescentou, a respeito do povo e das mulheres: "Escutai a palavra do Senhor, povo de Judá que reside no Egito.

25 Eis o que diz o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: Vós e vossas mulheres fazeis com as mãos o que diz a vossa boca. Dizeis: Cumpriremos as promessas de oferecer incenso e libações em honra da rainha do céu. – Pois bem! Cumpri vossos votos, mantende vossas promessas.

26 Escutai, porém, a palavra do Senhor, judeus que habitais no Egito. Eis, diz o

sacrificemus reginæ cæli, et libemus ei libamina, sicut fecimus nos et patres nostri, reges nostri et principes nostri, in urbibus Juda, et in plateis Jerusalem: et saturati sumus panibus, et bene nobis erat, malumque non vidimus.

18Ex eo autem tempore quo cessavimus sacrificare reginæ cæli, et libare ei libamina, indigemus omnibus, et gladio et fame consumpti sumus.

19Quod si nos sacrificamus reginæ cæli, et libamus ei libamina, numquid sine viris nostris fecimus ei placentas ad colendum eam, et libandum ei libamina?

20Et dixit Jeremias ad omnem populum, adversum viros, et adversum mulieres, et adversum universam plebem, qui responderant ei verbum, dicens:

21Numquid non sacrificium quod sacrificastis in civitatibus Juda, et in plateis Jerusalem, vos et patres vestri, reges vestri, et principes vestri, et populus terræ, horum recordatus est Dominus, et ascendit super cor ejus?

22Et non poterat Dominus ultra portare propter malitiam studiorum vestrorum, et propter abominationes quas fecistis: et facta est terra vestra in desolationem, et in stuporem, et in maledictum, eo quod non sit habitator, sicut est dies hæc.

23Propterea quod sacrificaveritis idolis, et peccaveritis Domino, et non audieritis vocem Domini, et in lege, et in præceptis, et in testimoniis ejus non ambulaveritis, idcirco evenerunt vobis mala hæc, sicut est dies hæc.

24Dixit autem Jeremias ad omnem populum, et ad universas mulieres: Audite verbum Domini, omnis Juda qui estis in terra Ægypti.

25Hæc inquit Dominus exercituum, Deus Israël, dicens: Vos et uxores vestræ locuti estis ore vestro, et manibus vestris implestis, dicentes: Faciamus vota nostra quæ vovimus, ut sacrificemus reginæ cæli, et libemus ei libamina. Implestis vota vestra, et opere perpetrastis ea.

Senhor, pelo meu grande nome eu juro! Esse nome não será mais pronunciado em todo o Egito por nenhum homem de Judá, dizendo: Pela vida do Senhor Javé!

27 Vou ocupar-me com eles para a desgraça e não para o bem. Todos os judeus que residem no Egito perecerão pela espada e pela fome, até o total aniquilamento.

28 O pequeno número deles que escapar à espada voltará do Egito para Judá. Os sobreviventes de Judá que vierem estabelecer-se no Egito saberão que predição se há de consumar, se a minha, ou a deles.

29 Eis o sinal – oráculo do Senhor – pelo qual reconhecereis que, aqui mesmo, me lançarei contra vós, a fim de que saibais que minha predição se há de cumprir com certeza para a vossa desgraça.

30 Eis o que diz o Senhor: Vou entregar o faraó Hofra, rei do Egito, aos seus inimigos e àqueles que lhe querem roubar a vida, assim como entreguei Sedecias, rei de Judá, ao poder de Nabucodonosor, rei da Babilônia, seu inimigo, e que lhe procurava tirar a vida".

26Ideo audite verbum Domini, omnis Juda qui habitatis in terra Ægypti: Ecce ego juravi in nomine meo magno, ait Dominus, quia nequaquam ultra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Judæi, dicentis: Vivit Dominus Deus, in omni terra Ægypti.

27Ecce ego vigilabo super eos in malum, et non in bonum: et consumentur omnes viri Juda qui sunt in terra Ægypti gladio et fame, donec penitus consumantur.

28Et qui fugerint gladium, revertentur de terra Ægypti in terram Juda viri pauci: et scient omnes reliquiæ Juda, ingredientium terram Ægypti ut habitent ibi, cujus sermo compleatur, meus an illorum.

29Et hoc vobis signum, ait Dominus, quod visitem ego super vos in loco isto, ut sciatis quia vere complebuntur sermones mei contra vos in malum:

30hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum ejus, et in manu quærentium animam illius, sicut tradidi Sedeciam regem Juda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, et quærentis animam ejus.

## Jeremias 45

1 Eis a mensagem que o profeta Jeremias enviou a Baruc, filho de Neerias, quando este escreveu todos estes oráculos, ditados pelo profeta, no quarto ano do reinado de Joaquin, filho de Josias, rei de Judá:

2 "Eis o que diz o Senhor, Deus de Israel, a teu respeito, Baruc:

3 Tu exclamas: Desgraçado de mim, porque o Senhor acumula sobre mim tristezas e dores! Desfaço-me em gemidos e não encontro repouso.

4 Eis o que lhe dirás: Oráculo do Senhor: Vou destruir o que havia construído; arrancar o que havia plantado e isso em toda esta terra.

5 E tu reclamarias para ti grandes favores? Não os peças, porque sobre todas as criaturas vou fazer recair o flagelo – oráculo do Senhor. Mas, eu te conservarei a vida,

## Jeremias 45

1Verbum quod locutus est Jeremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Jeremiæ, anno quarto Joakim filii Josiæ regis Juda, dicens:

2Hæc dicit Dominus Deus Israël ad te, Baruch:

3Dixisti: Væ misero mihi! quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu meo, et requiem non inveni.

4Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos ædificavi, ego destruo, et quos plantavi, ego evello, et universam terram hanc:

5et tu quæris tibi grandia? noli quærere, quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus, et dabo tibi

como espólio, em todos os lugares para aonde fores”.

## Jeremias 46

[1] Palavra do Senhor dirigida ao profeta Jeremias, contra as nações pagãs.

[2] Sobre o Egito. – Contra o exército do faraó Necao, rei do Egito, que se encontrava nas margens do rio Eufrates, em Carquemis, e que foi batido por Nabucodonosor, rei da Babilônia, no quarto ano do reinado de Joaquin, filho de Josias, rei de Judá.

[3] Preparai o escudo e o pavês! Ao combate!

[4] Atrelai os cavalos! Cavaleiros, montai! Ponde os capacetes! Em forma! Empunhai as lanças! Revesti vossas couraças!

[5] Mas, que vejo? Estão aterrados, e em plena derrota. São batidos seus guerreiros, e fogem, desvairados, sem olhar para trás. De todos os lados o terror – oráculo do Senhor.

[6] O mais ágil não se pode salvar, e não escapará o mais forte. Ao norte, às margens do Eufrates, cambaleantes, enlouquecem!

[7] Quem surge ao longe, semelhante ao Nilo, qual rio de águas encapeladas?

[8] É o Egito que sobe, semelhante ao Nilo, qual rio de águas encapeladas. E ele clama: “Dilato-me e inundarei a terra, tragando cidades e habitantes”.

[9] Avante, cavalos! Carros, precipitai-vos! Em marcha, guerreiros! Homens da Etiópia e da Lídia que empunhais o escudo, e vós, lídios, que retesais o arco!

[10] Chegou o dia do Senhor Javé dos exércitos, dia da vingança em que arruinará seus inimigos. Devorará a espada até fartar-se, abeberando-se de sangue. É a imolação ao Senhor Javé dos exércitos, ao norte, às margens do Eufrates.

[11] Sobe a Galaad, em busca de bálsamo, virgem, filha do Egito. É em vão que aplicas remédios, pois que para teu mal não há cura.

[12] Conhecem as nações tua vergonha, e se espalham pela terra teus clamores.

animam tuam in salutem in omnibus locis ad quæcumque perrexeris.

## Jeremias 46

[1]Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra gentes.

[2]Ad Ægyptum, adversum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat juxta fluvium Euphraten in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Joakim filii Josiæ regis Juda.

[3]Præparate scutum et clypeum, et procedite ad bellum.

[4]Jungite equos, et ascendite, equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.

[5]Quid igitur? vidi ipsos pavidos, et terga vertentes, fortes eorum cæsos: fugerunt conciti, nec respexerunt: terror undique, ait Dominus.

[6]Non fugiat velox, nec salvari se putet fortis: ad aquilonem juxta flumen Euphraten victi sunt, et ruerunt.

[7]Quis est iste, qui quasi flumen ascendit, et veluti fluviorum intumescunt gurgites ejus?

[8]Ægyptus fluminis instar ascendit, et velut flumina movebuntur fluctus ejus, et dicet: Ascendens operiam terram: perdam civitatem, et habitatores ejus.

[9]Ascendite equos, et exsultate in curribus, et procedant fortes, Æthiopia et Libyes tenentes scutum, et Lydii arripientes et jacientes sagittas.

[10]Dies autem ille Domini Dei exercituum dies ultionis, ut sumat vindictam de inimicis suis: devorabit gladius, et saturabitur, et inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra aquilonis juxta flumen Euphraten.

[11]Ascende in Galaad, et tolle resinam, virgo filia Ægypti: frustra multiplicas medicamina: sanitas non erit tibi.

[12]Audierunt gentes ignominiam tuam, et ululatus tuus replevit terram: quia fortis impegit in fortem, et ambo pariter conciderunt.

Chocam-se guerreiro contra guerreiro, e ambos se arruínam.

13 Eis a palavra do Senhor que foi dirigida ao profeta Jeremias, referente à vinda de Nabucodonosor, rei da Babilônia, ao Egito para atacá-lo:

14 Anunciai no Egito, clamai em Magdol, em Mênfis e em Táfnis: Erguei-vos! Estai prontos! Pois que a espada faz devastações em torno de vós.

15 Por que foram derribados os teus valentes? Não puderam eles resistir, pois era o Senhor quem os precipitava.

16 Multiplicou os que oscilavam, fazendo-os cair uns sobre os outros, a exclamar: "Vamos reunir nosso povo, nossa terra natal, a fim de fugir da espada devastadora".

17 E bradam: "O faraó, rei do Egito, está perdido! Deixou passar o tempo favorável!".

18 Pela minha vida – oráculo do rei cujo nome é Senhor dos exércitos: como o Tabor se realça entre as montanhas, qual o Carmelo dominando o mar, aproxima-se (o inimigo).

19 Prepara tua bagagem para o exílio, filha do Egito, que moras nesses lugares, porque Mênfis vai tornar-se deserto, lugar devastado e ermo.

20 A uma novilha formosa assemelha-se o Egito. Mas eis que do norte a mosca sugadora precipita-se sobre ela.

21 Os mercenários que aí viviam como bezerros cevados fogem também em massa, impotentes, porque o dia da desgraça veio sobre eles. É a hora do castigo.

22 Sua voz assemelha-se à da serpente que sibila, quando chegam em tropel abatendo-se sobre ela com machados, quais lenhadores.

23 E abaterão suas florestas – oráculo do Senhor – de árvores sem conta. São, porém, mais numerosos que gafanhotos, e ninguém pode contá-los.

24 Confundida encontra-se a filha do Egito, entregue assim nas mãos de um povo do Norte.

13Verbum quod locutus est Dominus ad Jeremiam prophetam, super eo quod venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, et percussurus terram Ægypti:

14Annuntiate Ægypto, et auditum facite in Magdalo, et resonet in Memphis, et in Taphnis: dicite: Sta, et præpara te, quia devorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt.

15Quare computruit fortis tuus? non stetit, quoniam Dominus subvertit eum.

16Multiplicavit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum, et dicent: Surge, et revertamur ad populum nostrum, et ad terram nativitatis nostræ, a facie gladii columbæ.

17Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti: tumultum adduxit tempus.

18Vivo ego, inquit Rex (Dominus exercituum nomen ejus), quoniam sicut Thabor in montibus, et sicut Carmelus in mari, veniet.

19Vasa transmigrationis fac tibi, habitatrix filia Ægypti: quia Memphis in solitudinem erit, et deseretur, et inhabitabilis erit.

20Vitula elegans atque formosa Ægyptus, stimulator ab aquilone veniet ei.

21Mercenarii quoque ejus, qui versabantur in medio ejus quasi vituli saginati, versi sunt, et fugerunt simul, nec stare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.

22Vox ejus quasi æris sonabit: quoniam cum exercitu properabunt, et cum securibus venient ei quasi cædentes ligna.

23Succiderunt saltum ejus, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, et non est eis numerus.

24Confusa est filia Ægypti, et tradita in manu populi aquilonis.

25Dixit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ, et super Pharaonem, et super Ægyptum, et super deos ejus, et super reges ejus, et super Pharaonem, et super eos qui confidunt in eo:

[25] Disse o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: "Vou lançar-me contra Amon de Tebas, e contra o faraó, o Egito, seus deuses e reis; contra o faraó e os que nele confiam.

[26] Eu os entregarei nas mãos daqueles que lhes querem roubar a vida: Nabucodonosor, rei da Babilônia, e sua gente. E depois disso, como outrora, será ainda habitado o Egito – oráculo do Senhor.

[27] Tu, porém, Jacó, servo meu, não temas Israel, não te enchas de pavor! Vou trazer-te da terra longínqua, e livrarei tua raça da terra do exílio. Jacó tornará a viver em segurança, sem que ninguém mais o inquiete.

[28] E tu, Jacó, meu servo, não te aflijas, pois estou contigo – oráculo do Senhor. Aniquilarei todas as nações para onde te desterrei. A ti, porém, não te aniquilarei, mas eu te castigarei com equidade, e não te inocentarei."

[26]et dabo eos in manu quærentium animam eorum, et in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manu servorum ejus: et post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus.

[27]Et tu ne timeas, serve meus Jacob, et ne paveas, Israël: quia ecce ego salvum te faciam de longinquo, et semen tuum de terra captivitatis tuæ: et revertetur Jacob, et requiescet, et prosperabitur, et non erit qui exterreat eum.

[28]Et tu noli timere, serve meus Jacob, ait Dominus, quia tecum ego sum: quia ego consumam cunctas gentes ad quas ejeci te, te vero non consumam: sed castigabo te in judicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

## Jeremias 47

[1] Eis a palavra do Senhor, dirigida ao profeta Jeremias acerca dos filisteus, antes que o faraó se apoderasse de Gaza.

[2] Assim fala o Senhor: "Vede as águas que se levantam do Norte, semelhantes a uma torrente que transborda, submergindo a terra e o quanto ela contém, a cidade e seus habitantes. Lançam gritos os homens e clama a população inteira,

[3] ao estrépito das patas dos corcéis, do estrondo dos carros e do ranger das rodas. Os próprios pais nem olham mais para os filhos e, alquebrados, deixam pender os braços.

[4] É que surgiu o dia da destruição dos filisteus, e de Tiro e Sidônia será tirado o que lhes resta de aliados, porque o Senhor vai arruinar os filisteus, e os restos da ilha de Caftor.

[5] Gaza raspou a cabeça, Ascalon está aniquilada como o vale que a cerca. Até quando farás em ti incisões?

## Jeremias 47

[1]Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra Palæstinos, antequam percuteret Pharao Gazam.

[2]Hæc dicit Dominus: Ecce aquæ ascendunt ab aquilone, et erunt quasi torrens inundans, et operient terram et plenitudinem ejus, urbem et habitatores ejus. Clamabunt homines, et ululabunt omnes habitatores terræ,

[3]a strepitu pompæ armorum, et bellatorum ejus, a commotione quadrigarum ejus, et multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis,

[4]pro adventu diei in quo vastabuntur omnes Philisthiim, et dissipabitur Tyrus et Sidon cum omnibus reliquis auxiliis suis: depopulatus est enim Dominus Palæstinos, reliquias insulæ Cappadociæ.

[5]Venit calvitium super Gazam; conticuit Ascalon, et reliquiæ vallis earum: usquequo concideris?

[6] Quando repousarás, espada do Senhor? Entra na tua bainha, acalma-te, não te agites mais!

[7] Como descansará, porém, se o Senhor lhe deu ordens? É contra Ascalon e as costas do mar que a dirigiu".

[6]O mucro Domini, usquequo non quiesces? ingredere in vaginam tuam, refrigerare, et sile.

[7]Quomodo quiescet, cum Dominus præceperit ei adversus Ascalonem, et adversus maritimas ejus regiones, ibique condixerit illi?

## Jeremias 48

[1] Contra Moab. – Eis o que diz o Senhor dos exércitos, Deus de Israel: "Ai de Nebo, porque chegou a sua ruína! Cariatarim, tomada de assalto, cobriu-se de vergonha; a praça forte ficou em tumulto e desvairada.

[2] Findou-se a glória de Moab! Em Hesebon conspira-se contra ela: 'Vamos riscar esse povo do número das nações!'. E tu também, Madmena, serás reduzida ao silêncio, porque a espada te persegue.

[3] Gritos elevam-se de Horonaim: Devastação! Catástrofe!

[4] Moab foi abatido; gritam seus filhinhos.

[5] Pela encosta de Luit chora-se; sobe-se em prantos, e pela descida de Horonaim ouvem-se clamores de angústia.

[6] Fugi! Salvai-vos! Sede qual zimbro no deserto!".

[7] Porque puseste a confiança nos teus ídolos e nos teus tesouros, tu também serás tomada. E será levado para o exílio Camos com seus sacerdotes e chefes!

[8] Em todas as cidades penetrará o devastador; nenhuma será poupada. Será destruído o vale, e o planalto devastado, como disse o Senhor.

[9] Dai asas a Moab para que tome voo, porque suas cidades se transformarão em deserto.

[10] Maldito aquele que faz com negligência a obra do Senhor! Maldito o que recusa o sangue à sua espada!

[11] Desde a juventude, Moab vivia em paz, repousando sobre a borra, sem ser transvasada, nem exilada. Assim o sabor lhe ficou, e intato o aroma.

## Jeremias 48

[1]Ad Moab. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Væ super Nabo, quoniam vastata est, et confusa! capta est Cariathaim, confusa est fortis, et tremuit.

[2]Non est ultra exsultatio in Moab contra Hesebon: cogitaverunt malum: Venite, et disperdamus eam de gente. Ergo silens conticesces, sequeturque te gladius.

[3]Vox clamoris de Oronaim, vastitas et contritio magna.

[4]Contrita est Moab: annuntiate clamorem parvulis ejus.

[5]Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu, quoniam in descensu Oronaim hostes ululatum contritionis audierunt.

[6]Fugite, salvate animas vestras, et eritis quasi myricæ in deserto:

[7]pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis et in thesauris tuis, tu quoque capieris: et ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes ejus et principes ejus simul.

[8]Et veniet prædo ad omnem urbem, et urbs nulla salvabitur: et peribunt valles, et dissipabuntur campestria, quoniam dixit Dominus:

[9]Date florem Moab, quia florens egredietur: et civitates ejus desertæ erunt, et inhabitabiles.

[10]Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.

[11]Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, et requievit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas, et in transmigrationem non abiit: idcirco permansit gustus ejus in eo, et odor ejus non est immutatus.

[12] Dias, porém, virão – oráculo do Senhor –, em que lhe enviarei transvasadores que o trasfegarão, esvaziando os tonéis e quebrando os odres.

[13] E Moab se envergonhará de Camos, como Israel envergonhou-se de Betel que constituía sua esperança.

[14] Como podeis dizer: "Somos bravos, valentes guerreiros?".

[15] Moab está devastado; escalaram suas cidades. A flor de sua mocidade desce para a matança – oráculo do rei, cujo nome é Senhor dos exércitos.

[16] A ruína de Moab é iminente, deles se aproxima a largos passos a desgraça.

[17] Chorai-a vós, seus vizinhos, e dizei vós, que lhe conheceis o nome: "Como se partiu esse cetro poderoso, esse cetro cheio de glórias?".

[18] Desce de tua glória, assenta-te no solo ressecado, filha de Dibon, que moras neste lugar, porque o devastador de Moab sobe contra ti, para destruir tuas muralhas.

[19] Detém-te no caminho e espreita, habitante de Aroer; interroga o que foge e o que escapa, perguntando-lhes: "O que aconteceu?".

[20] Moab em ruínas cobre-se de vergonha: gritai, gemei! Anunciai ao norte de Arnon que Moab foi destruído.

[21] Foi o julgamento executado sobre a terra da planície, sobre Helon, Jasa, Mefaat,

[22] Dibon, Nebo e Bet-Deblataim;

[23] sobre Cariatarim, Bet-Gamul, Bet-Maon,

[24] Cariot e Bosra, e sobre todas as cidades, próximas ou distantes da terra de Moab.

[25] Foi abatido o poderio de Moab, seu braço foi partido – oráculo do Senhor.

[26] Embriagai Moab, porque desafiou o Senhor. Ele se debaterá no próprio vômito. E, por sua vez, se tornará objeto de zombaria.

[27] Não era Israel alvo de teu escárnio? Foi ele surpreendido entre ladrões, para que, ao falar dele, sempre abanasses a cabeça?

[12]Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, et mittam ei ordinatores et stratores laguncularum: et sternent eum, et vasa ejus exhaurient, et lagunculas eorum collident.

[13]Et confundetur Moab a Chamos sicut confusa est domus Israël a Bethel, in qua habebat fiduciam.

[14]Quomodo dicitis: Fortes sumus, et viri robusti ad præliandum?

[15]Vastata est Moab, et civitates illius succiderunt, et electi juvenes ejus descenderunt in occisionem, ait Rex: Dominus exercituum nomen ejus.

[16]Prope est interitus Moab ut veniat, et malum ejus velociter accurret nimis.

[17]Consolamini eum, omnes qui estis in circuitu ejus: et universi qui scitis nomen ejus, dicite: Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus?

[43] Ponde em execução vossos prodígios para nos salvar, Senhor, e cobri vosso nome de glória.

[44] Que sejam então confundidos aqueles que maltratam vossos servos, que eles sofram a vergonha de ver a ruína de seu poderio e o aniquilamento de sua força.

[45] Assim, saberão que sois o Senhor, o Deus único e glorioso sobre toda a superfície da terra".

[46] Enquanto isso, os homens do rei, que os haviam lá jogado, não cessavam de alimentar a fornalha com nafta, estopa, resina e lenha seca.

[47] Então, as chamas, subindo a quarenta e nove côvados acima da fornalha,

[48] ultrapassaram a grade e queimaram os caldeus que se achavam perto.

[49] Mas o anjo do Senhor havia descido com Azarias e seus companheiros à fornalha e afastava o fogo.

[50] Fez do centro da fogueira como um lugar onde soprasse uma brisa matinal: o fogo nem mesmo os tocava, nem lhes fazia mal algum, nem lhes causava a menor dor.

[51] Então, os três jovens elevaram suas vozes em uníssono para louvar, glorificar e bendizer a Deus dentro da fornalha, neste cântico:

[52] Sede bendito, Senhor Deus de nossos pais, digno de louvor e de eterna glória! Que seja bendito o vosso santo nome glorioso, digno do mais alto louvor e de eterna exaltação!

[53] Sede bendito no templo de vossa glória santa, digno do mais alto louvor e de eterna glória!

[54] Sede bendito por penetrardes com o olhar os abismos, e por estardes sentado

[44]et confundantur omnes qui ostendunt servis tuis mala: confundantur in omni potentia tua, et robur eorum conteratur:

[45]et sciant quia tu es Dominus Deus solus, et gloriosus super orbem terrarum.

[46]Et non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, naphtha, et stuppa, et pice, et malleolis,

[47]et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem:

[48]et erupit, et incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldæis.

[49]Angelus autem Domini descendit cum Azaria, et sociis ejus in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace,

[50]et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, et non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit.

[51]Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant Deum in fornace, dicentes:

[52]Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum: et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum: et laudabile, et superexaltatum in omnibus sæculis.

[53]Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ: et superlaudabilis, et supergloriosus in sæcula.

[54]Benedictus es in throno regni tui: et superlaudabilis, et superexaltatus in sæcula.

[55]Benedictus es, qui intueris abyssos, et sedes super cherubim: et laudabilis, et superexaltatus in sæcula.

[56]Benedictus es in firmamento cæli: et laudabilis et gloriosus in sæcula.

[57]Benedicite, omnia opera Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

[58]Benedicite, angeli Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

[59]Benedicite, cæli, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

sobre os querubins, digno do mais alto louvor e de eterna exaltação!

55 Sede bendito sobre vosso régio trono, digno do mais alto louvor e de eterna exaltação!

56 Sede bendito no firmamento dos céus, digno do mais alto louvor e de eterna glória!

57 Obras do Senhor, bendizei todas o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

58 Céus, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

59 Anjos do Senhor, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

60 Águas e tudo o que está sobre os céus, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

61 Todos os poderes do Senhor, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

62 Sol e lua, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

63 Estrelas dos céus, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

64 Chuvas e orvalhos, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

65 Ó vós, todos os ventos, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

66 Fogo e calor, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

67 Frio e geada, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

68 Orvalhos e gelos, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

69 Frios e aragens, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

70 Gelos e neves, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

71 Noites e dias, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

72 Luz e trevas, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

73 Raios e nuvens, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

74 Que a terra bendiga o Senhor, e o louve e o exalte eternamente!

60Benedicite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

61Benedicite, omnes virtutes Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

62Benedicite, sol et luna, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

63Benedicite, stellæ cæli, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

64Benedicite, omnis imber et ros, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

65Benedicite, omnes spiritus Dei, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

66Benedicite, ignis et æstus, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

67Benedicite, frigus et æstus, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

68Benedicite, rores et pruina, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

69Benedicite, gelu et frigus, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

70Benedicite, glacies et nives, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

71Benedicite, noctes et dies, Domino laudate et superexaltate eum in sæcula.

72Benedicite, lux et tenebræ, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

73Benedicite, fulgura et nubes, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

74Benedicat terra Dominum: laudet et superexaltet eum in sæcula.

75Benedicite, montes et colles, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

76Benedicite, universa germinantia in terra, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

77Benedicite, fontes, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

78Benedicite, maria et flumina, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

79Benedicite, cete, et omnia quæ moventur in aquis, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

75 Montes e colinas, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

76 Tudo o que germina na terra, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

77 Mares e rios, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

78 Fontes, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

79 Monstros e animais que vivem nas águas, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

80 Pássaros todos do céu, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

81 Animais e rebanhos, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

82 E vós, homens, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

83 Que Israel bendiga o Senhor, e o louve e o exalte eternamente!

84 Sacerdotes, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

85 Vós que estais a serviço do templo, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

86 Espíritos e almas dos justos, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

87 Santos e humildes de coração, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente!

88 Hananias, Azarias e Misael, bendizei o Senhor, louvai-o e exaltai-o eternamente, porque ele nos livrou da permanência nas trevas, salvou-nos da mão da morte; tirou-nos da fornalha ardente, e arrancou-nos do meio das chamas.

89 Glorificai o Senhor porque ele é bom, porque eterna é a sua misericórdia.

90 Homens piedosos, bendizei o Senhor, Deus dos deuses, louvai-o, glorificai-o, porque é eterna a sua misericórdia!

91 Então Nabucodonosor, admirado, levantou-se precipitadamente, dizendo a seus conselheiros: “Não foram três homens amarrados que jogamos no fogo?”. “Certamente, majestade” – responderam –.

80Benedicite, omnes volucres cæli, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

81Benedicite, omnes bestiæ et pecora, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

82Benedicite, filii hominum, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

83Benedicat Israël Dominum: laudet et superexaltet eum in sæcula.

84Benedicite, sacerdotes Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

85Benedicite, servi Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

86Benedicite, spiritus et animæ justorum, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

87Benedicite, sancti et humiles corde, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

88Benedicite, Anania, Azaria, Misaël, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula: quia eruit nos de inferno, et salvos fecit de manu mortis: et liberavit nos de medio ardentis flammæ, et de medio ignis eruit nos.

89Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.

90Benedicite, omnes religiosi, Domino Deo deorum: laudate et confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia ejus.

91Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, et surrexit propere, et ait optimatibus suis: Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi, dixerunt: Vere, rex.

92Respondit, et ait: Ecce ego video quatuor viros solutos, et ambulantes in medio ignis, et nihil corruptionis in eis est, et species quarti similis filio Dei.

93Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, et ait: Sidrach, Misach, et Abdenago, servi Dei excelsi, egredimini, et venite. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, et Abdenago de medio ignis.

[92] "Pois bem" – replicou o rei – "eu vejo quatro homens soltos, que passeiam impunemente no meio do fogo; o quarto tem a aparência de um filho dos deuses".

[93] Dito isso, Nabucodonosor, aproximando-se da porta da fornalha, exclamou: "Sidrac, Misac, Abdênago, servos do Deus Altíssimo, saí, vinde!". Então Sidrac, Misac e Abdênago saíram do meio do fogo.

[94] Os sátrapas, os prefeitos, os governadores e os conselheiros do rei, em grupos à volta, verificaram que o fogo não tinha tocado nos corpos desses homens, que nenhum cabelo de suas cabeças tinha sido queimado, que suas vestes não tinham sido estragadas e que eles não traziam nem indício do odor de fogo!

[95] Nabucodonosor tomou a palavra: "Bendito seja" – disse – "o Deus de Sidrac, de Misac e de Abdênago! Ele enviou seu anjo para salvar seus servos, os quais, depositando nele toda a sua confiança, e transgredindo as ordens do rei, preferiram expor suas vidas a se prostrarem em adoração diante de um deus que não era o seu.

[96] Em consequência dou ordem, que todo homem, pertencente a qualquer povo, nação ou língua, que ousar falar mal, seja o que for, contra o Deus de Sidrac, Misac e Abdênago, seja despedaçado e sua casa reduzida a um montão de imundícies; porque não há outro deus capaz de realizar uma libertação assim!".

[97] Depois, o rei ainda melhorou a situação de Sidrac, Misac e Abdênago na província da Babilônia.

[98] Do rei Nabucodonosor a todos os povos, nações e pessoas de todas as línguas que habitam a terra, felicidade e prosperidade!

[99] Pareceu-me bom fazer-vos conhecer os milagres e prodígios que o Deus Altíssimo operou em mim.

[100] Oh! como são grandes seus milagres e Como são poderosos seus prodígios! Seu reinado é um reinado eterno, e sua dominação perdura de geração em geração.

[94]Et congregati satrapæ, et magistratus, et judices, et potentes regis contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, et capillus capitis eorum non esset adustus, et sarabala eorum non fuissent immutata, et odor ignis non transisset per eos.

[95]Et erumpens Nabuchodonosor, ait: Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, et Abdenago: qui misit angelum suum, et eruit servos suos, qui crediderunt in eum: et verbum regis immutaverunt, et tradiderunt corpora sua ne servirent, et ne adorarent omnem deum, excepto Deo suo.

[96]A me ergo positum est hoc decretum: ut omnis populus, tribus, et lingua, quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, et Abdenago, dispereat, et domus ejus vastetur: neque enim est alius deus, qui possit ita salvare.

[97]Tunc rex promovit Sidrach, Misach, et Abdenago in provincia Babylonis.

[98]Nabuchodonosor rex, omnibus populis, gentibus, et linguis, qui habitant in universa terra, pax vobis multiplicetur.

[99]Signa, et mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare

[100]signa ejus, quia magna sunt: et mirabilia ejus, quia fortia: et regnum ejus regnum sempiternum, et potestas ejus in generationem et generationem.

## Daniel 4

[1] Eu, Nabucodonosor, vivia tranquilo em minha casa e próspero em meu palácio.

[2] Tive um sonho que me assustou; os pensamentos que perpassavam pelo meu espírito quando no meu leito, bem como minhas visões, perturbaram-me.

[3] Dei ordem para que fizessem vir à minha presença todos os sábios da Babilônia, a fim de que me dessem a interpretação de meu sonho.

[4] Então acudiram os magos, os mágicos, os caldeus e os astrólogos, aos quais contei esse sonho, sem que eles todavia pudessem indicar-me o sentido.

[5] Finalmente, apresentou-se diante de mim Daniel, cognominado Baltazar, segundo o nome de meu deus, e em quem reside o espírito dos deuses santos. Narrei-lhe o sonho:

[6] "Baltazar" – disse-lhe –, "chefe dos magos, sei que reside em ti o espírito dos deuses santos e que nenhum mistério te confunde. Dize-me então as visões que tive em sonho; dá-me a explicação.

[7] Tais eram as visões do meu espírito, quando no meu leito: eu via, no meio da região, uma árvore de alto porte.

[8] Essa árvore cresceu, era vigorosa. O cimo tocava o céu, era avistada até nos confins da terra.

[9] Sua folhagem era bela, e seus abundantes frutos forneciam a todos o que comer. À sua sombra abrigavam-se os animais terrestres, nos seus ramos permaneciam os pássaros do céu e toda criatura tirava dela seu sustento!

[10] Nas visões de meu espírito, quando no meu leito, vi (também) um santo vigilante que descia do céu,

[11] e começou a gritar com voz possante; derrubai a árvore, desgalhai-a; fazei cair as folhas e dispersai seus frutos. Que os animais fujam de debaixo dela, que os pássaros abandonem seus ramos.

## Daniel 4

[1]Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, et florens in palatio meo:

[2]somnium vidi, quod perterruit me: et cogitationes meæ in strato meo, et visiones capitis mei conturbaverunt me.

[3]Et per me propositum est decretum ut introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, et ut solutionem somnii indicarent mihi.

[4]Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, et aruspices, et somnium narravi in conspectu eorum: et solutionem ejus non indicaverunt mihi,

[5]donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Baltassar secundum nomen dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso: et somnium coram ipso locutus sum.

[6]Baltassar, princeps ariolorum, quoniam ego scio quod spiritum sanctorum deorum habeas in te, et omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones somniorum meorum, quas vidi, et solutionem earum narra.

[7]Visio capitis mei in cubili meo: videbam, et ecce arbor in medio terræ, et altitudo ejus nimia.

[8]Magna arbor, et fortis, et proceritas ejus contingens cælum: aspectus illius erat usque ad terminos universæ terræ.

[9]Folia ejus pulcherrima, et fructus ejus nimius: et esca universorum in ea. Subter eam habitabant animalia et bestiæ, et in ramis ejus conversabantur volucres cæli: et ex ea vescebatur omnis caro.

[10]Videbam in visione capitis mei super stratum meum, et ecce vigil, et sanctus, de cælo descendit.

[11]Clamavit fortiter, et sic ait: Succidite arborem, et præcidite ramos ejus: excutite folia ejus, et dispergite fructus ejus: fugiant bestiæ, quæ subter eam sunt, et volucres de ramis ejus.

[12] Entretanto, deixai permanecer na terra o tronco e as raízes, mas atados por correntes de ferro e de bronze. Que seja molhado pelo orvalho do céu e tenha seu quinhão de erva com os animais terrestres.

[13] Que se mude seu espírito; que em lugar de um espírito humano lhe seja dado um espírito animal e sete tempos passem sobre ele!

[14] Esta sentença é um decreto dos vigilantes, esta resolução é uma ordem dos santos, a fim de que os vivos saibam que o Altíssimo domina sobre a realeza humana, e a confere a quem lhe apraz e pode a ela elevar o mais abjeto dos mortais.

[15] Eis o sonho que tive, eu, o rei Nabucodonosor. Portanto tu, Baltazar, dá-me a interpretação dele, porque nenhum dos sábios de meu reino foi capaz de fazê-lo. Tu o podes, porque em ti habita o espírito dos deuses santos."

[16] Então, Daniel (cognominado Baltazar) permaneceu alguns instantes perdido no tumulto de seus pensamentos, e o rei prosseguiu: "Baltazar, este sonho e sua significação não devem perturbar-te!". "Meu senhor" – replicou Daniel –, "possa o sonho ser para teus inimigos, e sua significação para teus adversários!

[17] A árvore que viste crescer e tornar-se bela, cujo cimo tocava o céu e era avistada dos confins da terra,

[18] esta árvore de bela folhagem, de frutos abundantes que a todos dava o que comer, sob a qual viviam os animais terrestres, e em cujos ramos abrigavam-se os pássaros do céu,

[19] esta árvore, és tu senhor, que te tornaste grande e poderoso, cuja altura crescente atingiu os astros, cuja dominação estende-se até os confins da terra.

[20] Por outro lado, o rei viu um santo vigilante descer do céu e exclamar: derrubai a árvore, desgalhai-a; mas deixai na terra o tronco e as raízes, se bem que atadas por correntes de ferro e de bronze no meio da erva do campo. Que seja molhado pelo

[12]Verumtamen germen radicum ejus in terra sinite, et alligetur vinculo ferreo et æreo in herbis quæ foris sunt, et rore cæli tingatur, et cum feris pars ejus in herba terræ.

[13]Cor ejus ab humano commutetur, et cor feræ detur ei: et septem tempora mutentur super eum.

[14]In sententia vigilum decretum est, et sermo sanctorum, et petitio: donec cognoscant viventes quoniam dominatur Excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit, dabit illud, et humillimum hominem constituet super eum.

[15]Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: tu ergo Baltassar interpretationem narra festinus, quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi: tu autem potes, quia spiritus deorum sanctorum in te est.

[16]Tunc Daniel, cujus nomen Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi una hora: et cogitationes ejus conturbabant eum. Respondens autem rex, ait: Baltassar, somnium et interpretatio ejus non conturbent te. Respondit Baltassar, et dixit: Domine mi, somnium his, qui te oderunt, et interpretatio ejus hostibus tuis sit.

[17]Arborem, quam vidisti sublimem atque robustam, cujus altitudo pertingit ad cælum, et aspectus illius in omnem terram;

[18]et rami ejus pulcherrimi, et fructus ejus nimius, et esca omnium in ea, subter eam habitantes bestiæ agri, et in ramis ejus commorantes aves cæli:

[19]tu es rex, qui magnificatus es, et invaluisti: et magnitudo tua crevit, et pervenit usque ad cælum, et potestas tua in terminos universæ terræ.

[20]Quod autem vidit rex vigilem, et sanctum descendere de cælo, et dicere: Succidite arborem, et dissipate illam, attamen germen radicum ejus in terra dimittite, et vinciatur ferro et ære in herbis foris, et rore cæli conspergatur, et cum feris sit pabulum

orvalho do céu e viva com os animais terrestres até que sete tempos hajam passado sobre ele. Eis o que isto significa:

21 trata-se aí, ó rei, de um decreto do Altíssimo concernente ao rei, meu senhor:

22 eles te expulsarão de entre os homens para te fazer habitar com os animais do campo; pastarás ervas como os bois e serás molhado pelo orvalho do céu. Sete tempos passarão sobre ti, até que reconheças o domínio do Altíssimo sobre a realeza humana o qual a confere a quem lhe apraz.

23 Se foi ordenado deixar intatos o tronco da árvore e suas raízes, é que tua realeza te será restituída logo que reconheças a soberania do céu.

24 Queiras então, ó rei, aceitar meu conselho: resgata teu pecado pela justiça, e tuas iniquidades pela piedade para com os infelizes; talvez com isso haja um prolongamento de tua prosperidade".

25 Tudo isso aconteceu ao rei Nabucodonosor.

26 Doze meses mais tarde, o rei, passeando nos terraços do palácio real, 27 fazia esta reflexão: "Eis aí verdadeiramente a grande Babilônia, que construí para fazer dela uma mansão real por meu poder soberano, e para servir à glória de minha majestade!".

28 Falava ainda, quando uma voz baixou do céu: "Anunciam a ti, rei Nabucodonosor, que teu reino te foi arrebatado.

29 Vão expulsar-te dentre os homens para te fazer viver entre os animais dos campos; pastarás ervas como os bois. Sete tempos passarão sobre ti, até que reconheças que o Altíssimo domina sobre a realeza humana e que a confere a quem lhe apraz".

30 No mesmo momento, o oráculo pronunciado sobre Nabucodonosor cumpriu-se; ele foi expulso dentre os homens e pastou ervas como os bois; seu corpo foi molhado pelo orvalho do céu. Seu pêlo cresceu como penas de águia e suas unhas, como unhas de pássaro.

31 Ao terminar os dias marcados, eu, Nabucodonosor, levantei os olhos para o

ejus, donec septem tempora mutentur super eum:

21hæc est interpretatio sententiæ Altissimi, quæ pervenit super dominum meum regem,

22Ejicient te ab hominibus, et cum bestiis ferisque erit habitatio tua, et fœnum ut bos comedes, et rore cæli infunderis: septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur Excelsus super regnum hominum, et cuicumque voluerit, det illud.

23Quod autem præcepit ut relinqueretur germen radicum ejus, id est arboris: regnum tuum tibi manebit postquam cognoveris potestatem esse cælestem.

24Quam ob rem, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis.

25Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor regem.

26Post finem mensium duodecim, in aula Babylonis deambulabat.

27Responditque rex, et ait: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, et in gloria decoris mei?

28Cumque sermo adhuc esset in ore regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur, Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit a te,

29et ab hominibus ejicient te, et cum bestiis et feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, et septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur Excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit, det illud.

30Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, et ex hominibus abjectus est, et fœnum ut bos comedit, et rore cæli corpus ejus infectum est, donec capilli ejus in similitudinem aquilarum crescerent, et ungues ejus quasi avium.

31Igitur post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum levavi, et sensus meus redditus est mihi: et

céu. A razão voltou-me e eu bendisse o Altíssimo; louvei e glorifiquei aquele que vive eternamente, cuja dominação é perpétua, cujo reino subsiste de idade em idade.

Altissimo benedixi, et viventem in sempiternum laudavi et glorificavi: quia potestas ejus potestas sempiterna, et regnum ejus in generationem et generationem.

32 Diante dele nenhum habitante da terra tem importância; age como quer tanto em se tratando do exército celestial quanto em relação aos habitantes terrenos. Ninguém pode bater-lhe na mão e perguntar-lhe: “Que fazeis aí?”.

32Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: juxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cæli quam in habitatoribus terræ: et non est qui resistat manui ejus, et dicat ei: Quare fecisti?

33 Nesse mesmo instante a razão me foi restituída, com o brilho de minha realeza, minha majestade e meu esplendor. Meus conselheiros e meus nobres vieram procurar-me; fui reintegrado à frente do meu reino e meu poder achou-se aumentado.

33In ipso tempore sensus meus reversus est ad me, et ad honorem regni mei, decoremque perveni: et figura mea reversa est ad me, et optimates mei et magistratus mei requisierunt me, et in regno meo restitutus sum: et magnificentia amplior addita est mihi.

34 Agora, eu, Nabucodonosor, louvo, exalto e glorifico o rei do céu, cujas obras são todas justas e cujos caminhos são retos, e que tem o poder de humilhar aqueles que procedem com orgulho.

34Nunc igitur, ego Nabuchodonosor laudo, et magnifico, et glorifico regem cæli: quia omnia opera ejus vera, et viæ ejus judicia, et gradientes in superbia potest humiliare.

## Daniel 5

1 O rei Baltazar deu uma festa para seus mil nobres, em presença dos quais pôs-se a beber vinho.

2 Excitado pela bebida, mandou trazer os vasos de ouro e de prata que seu pai Nabucodonosor tinha arrebatado ao templo de Jerusalém, a fim de que o rei, seus nobres, suas mulheres e suas concubinas deles se servissem para beber.

3 Trouxeram então os vasos de ouro que tinham sido arrebatados ao Templo de Deus em Jerusalém. O rei, seus nobres, suas mulheres e suas concubinas beberam neles

4 e, depois de terem bebido vinho, entoaram o louvor aos deuses de ouro e prata, bronze, ferro, madeira e pedra.

5 Ora, nesse momento, eis que surgiram dedos de mão humana a escrever, defronte do candelabro, no revestimento da parede do palácio real. O rei, à vista dessa mão que escrevia,

## Daniel 5

1Baltassar rex fecit grande convivium optimatibus suis mille: et unusquisque secundum suam bibebat ætatem.

2Præcepit ergo jam temulentus ut afferrentur vasa aurea et argentea, quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo, quod fuit in Ierusalem, ut biberent in eis rex, et optimates ejus, uxoresque ejus, et concubinæ.

3Tunc allata sunt vasa aurea, et argentea, quæ asportaverat de templo, quod fuerat in Ierusalem: et biberunt in eis rex, et optimates ejus, uxores et concubinæ illius.

4Bibebant vinum, et laudabant deos suos aureos et argenteos, æreos, ferreos, ligneosque et lapideos.

5In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ: et rex aspiciebat articulos manus scribentis.

[6] mudou de cor; pensamentos tétricos assaltaram-no; os músculos de seus rins relaxaram-se e seus joelhos entrechocaram-se.

[6]Tunc facies regis commutata est, et cogitationes ejus conturbabant eum: et compages renum ejus solvebantur, et genua ejus ad se invicem collidebantur.

[7] Gritou violentamente que mandassem vir os magos, os caldeus e os astrólogos. Mandou-lhes dizer: "Aquele que decifrar essa inscrição e me der o sentido dela será revestido de púrpura, usará ao pescoço um colar de ouro e tomará o terceiro lugar no governo do reino".

[7]Exclamavit itaque rex fortiter ut introducerent magos, Chaldæos, et aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis: Quicumque legerit scripturam hanc, et interpretationem ejus manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, et torquem auream habebit in collo, et tertius in regno meo erit.

[8] Todos os sábios do rei entraram na sala, mas foram incapazes de ler a inscrição e dar seu significado ao rei.

[8]Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem indicare regi.

[9] Baltazar ficou muito assustado, seu rosto mudou de cor; seus nobres sentiam-se constrangidos.

[9]Unde rex Baltassar satis conturbatus est, et vultus illius immutatus est; sed et optimates ejus turbabantur.

[10] Mas a rainha, (atraída pelo) barulho das palavras do rei e dos nobres, entrou na sala do festim: "Ó rei" – disse –, "vive para sempre! Não te deixes atemorizar pelas tuas ideias; não mudes assim de cor.

[10]Regina autem pro re, quæ acciderat regi et optimatibus ejus, domum convivii ingressa est: et proloquens ait: Rex, in æternum vive! non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur.

[11] Há no teu reino um homem no qual habita o espírito dos deuses santos. Quando teu pai era vivo, encontrava-se nele uma luz, uma inteligência e uma sabedoria comparáveis à sabedoria dos deuses. Por isso, o rei Nabucodonosor, teu pai, tinha-o nomeado chefe dos escribas, dos magos, dos caldeus e dos astrólogos;

[11]Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se, et in diebus patris tui scientia et sapientia inventæ sunt in eo: nam et rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorum, incantatorum, Chaldæorum, et aruspicum constituit eum, pater, inquam, tuus, o rex:

[12] havia-se descoberto nesse Daniel (cognominado Baltazar pelo rei) um espírito superior, uma ciência e uma penetração particular para interpretar os sonhos, explicar os enigmas e resolver as dificuldades. Que se chame logo Daniel, e ele dará o significado da inscrição".

[12]quia spiritus amplior, et prudentia, intelligentiaque et interpretatio somniorum, et ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inventæ sunt in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit nomen Baltassar. Nunc itaque Daniel vocetur, et interpretationem narrabit.

[13] Daniel foi então introduzido diante do rei, o qual lhe disse: "És realmente Daniel, o deportado de Judá, que meu pai trouxe aqui da Judeia?

[13]Igitur introductus est Daniel coram rege: ad quem præfatus rex ait: Tu es Daniel de filiis captivitatis Judæ, quem adduxit pater meus rex de Judæa?

[14] Ouvi dizer a teu respeito que o espírito dos deuses habita em ti e que se encontram em ti uma luz, uma inteligência e uma sabedoria singulares.

[14]audivi de te, quoniam spiritum deorum habeas, et scientia, intelligentiaque ac sapientia ampliores inventæ sunt in te.

[15] Acabam de introduzir diante de mim os sábios e os magos para ler esta inscrição e

[15]Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes magi, ut scripturam hanc legerent, et interpretationem ejus

descobrir o seu significado. Não puderam dar-me a significação dessas palavras.

16 Ora, asseguraram-me que tu és mestre na arte das interpretações e das soluções de enigmas. Portanto, se puderes ler esse texto e me dar o seu significado, serás revestido de púrpura, usarás ao pescoço um colar de ouro e ocuparás o terceiro lugar no governo do reino”.

17 Respondeu Daniel ao rei: “Guarda teus presentes; concede-os a outros! Lerei, todavia, este texto ao rei e lhe darei o significado.

18 Ó rei, o Deus Altíssimo havia outorgado a Nabucodonosor, teu pai, realeza, grandeza, glória e majestade.

19 Em razão dessa grandeza que lhe era conferida, todos os povos, todas as nações e pessoas de todas as línguas tremiam de medo diante dele. Mandava matar quem queria; deixava viver quem desejava; elevava e rebaixava quem lhe aprazia.

20 Mas, seu coração tendo-se engrandecido e seu espírito, tendo-se endurecido na presunção, foi deposto de seu trono e despojado de sua glória.

21 Foi expulso do meio dos homens e, tornando-se seu coração semelhante ao dos animais, ficou em companhia dos animais selvagens, pastando ervas como os bois; e seu corpo foi molhado pelo orvalho do céu, até que ele reconhecesse que o Deus Altíssimo domina sobre a realeza humana, e aí eleva a quem bem lhe apraz.

22 Tu, Baltazar, seu filho, também sabias tudo isso e não humilhaste teu coração.

23 Tu te ergueste contra o Senhor do céu. Trouxeram-te os vasos de seu templo, nos quais bebestes o vinho, tu, teus nobres, tuas mulheres e tuas concubinas. Deste louvor aos deuses de prata e ouro, bronze, ferro, madeira e pedra, cegos, surdos e impassíveis, em lugar de dar glória ao Deus de quem depende o teu sopro vital e todo teu destino.

24 Assim, por ordem sua, essa mão foi enviada e essas palavras foram traçadas.

indicarent mihi: et nequiverunt sensum hujus sermonis edicere.

16Porro ego audivi de te, quod possis obscura interpretari, et ligata dissolvere: si ergo vales scripturam legere, et interpretationem ejus indicare mihi, purpura vestieris, et torquem auream circa collum tuum habebis, et tertius in regno meo princeps eris.

17Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: Munera tua sint tibi, et dona domus tuæ alteri da: scripturam autem legam tibi, rex, et interpretationem ejus ostendam tibi.

18O rex, Deus altissimus regnum et magnificentiam, gloriam et honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo.

19Et propter magnificentiam, quam dederat ei, universi populi, tribus, et linguæ tremebant, et metuebant eum: quos volebat, interficiebat: et quos volebat, percutiebat: et quos volebat, exaltabat: et quos volebat, humiliabat.

20Quando autem elevatum est cor ejus, et spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, et gloria ejus ablata est:

21et a filiis hominum ejectus est, sed et cor ejus cum bestiis positum est, et cum onagris erat habitatio ejus: fœnum quoque ut bos comedebat, et rore cæli corpus ejus infectum est, donec cognosceret quod potestatem haberet Altissimus in regno hominum, et quemcumque voluerit, suscitabit super illud.

22Tu quoque, filius ejus Baltassar, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia:

23sed adversum Dominatorem cæli elevatus es: et vasa domus ejus allata sunt coram te, et tu, et optimates tui, et uxores tuæ, et concubinæ tuæ vinum bibistis in eis: deos quoque argenteos, et aureos, et æreos, ferreos, ligneosque et lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, et omnes vias tuas, non glorificasti.

[25] O texto aqui escrito (se lê): MENÊ, Tequêl e PERÊS.

[26] Eis o significado dessas palavras: MENÊ – Deus contou os anos de teu reinado e nele põe um fim;

[27] Tequêl – foste pesado na balança e considerado leve demais;

[28] PERÊS – teu reino vai ser dividido e entregue aos medos e persas".

[29] Então, por ordem de Baltazar, Daniel foi revestido de púrpura; colocaram-lhe ao pescoço um colar de ouro e publicou-se que ele ocuparia o terceiro lugar no governo do reino.

[30] Mas nessa mesma noite, Baltazar, rei dos caldeus, foi morto.

[24]Idcirco ab eo missus est articulus manus, quæ scripsit hoc quod exaratum est.

[25]Hæc est autem scriptura, quæ digesta est: Mane, Thecel, Phares.

[26]Et hæc est interpretatio sermonis. Mane: numeravit Deus regnum tuum, et complevit illud.

[27]Thecel: appensus es in statera, et inventus es minus habens.

[28]Phares: divisum est regnum tuum, et datum est Medis, et Persis.

[29]Tunc, jubente rege, indutus est Daniel purpura, et circumdata est torques aurea collo ejus: et prædicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in regno suo.

[30]Eadem nocte interfectus est Baltassar rex Chaldæus.

[31]Et Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.

## Daniel 6

[1] Dario, o medo, recebeu a realeza mais ou menos com a idade de sessenta e dois anos.

[2] Aprouve a Dario, o medo, constituir e espalhar por todo o seu reino cento e vinte sátrapas,

[3] submetidos a três ministros, um dos quais era Daniel, a quem eles teriam de prestar contas, a fim de que os interesses do rei nunca fossem lesados.

[4] Ora, Daniel, devido à superioridade de seu espírito, levava vantagem sobre os ministros e sátrapas e, com isso, o rei sonhava em pô-lo à frente de todo o reino.

[5] Por isso, ministros e sátrapas procuravam um meio de acusar Daniel em relação à sua administração. Mas não puderam descobrir pretexto algum, nem falta, porque ele era íntegro e nada de faltoso e repreensível se encontrava nele.

[6] Esses homens disseram, então: "Não acharemos motivo algum de acusação contra esse Daniel, a não ser naquilo que diz respeito à Lei de seu Deus".

## Daniel 6

[1]Placuit Dario, et constituit super regnum satrapas centum viginti ut essent in toto regno suo.

[2]Et super eos principes tres, ex quibus Daniel unus erat: ut satrapæ illis redderent rationem, et rex non sustineret molestiam.

[3]Igitur Daniel superabat omnes principes et satrapas, quia spiritus Dei amplior erat in illo.

[4]Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum: unde principes, et satrapæ quærebant occasionem ut invenirent Danieli ex latere regis: nullamque causam, et suspicionem reperire potuerunt, eo quod fidelis esset, et omnis culpa, et suspicio non inveniretur in eo.

[5]Dixerunt ergo viri illi: Non inveniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui.

[6]Tunc principes et satrapæ surripuerunt regi, et sic locuti sunt ei: Dari rex, in æternum vive!

[7]consilium inierunt omnes principes regni tui, magistratus, et satrapæ, senatores, et

[7] Então, ministros e sátrapas vieram tumultuosamente procurar o rei e lhe disseram: "Rei Dario, longa vida ao rei!

[8] Os ministros do reino, os prefeitos, os sátrapas, os conselheiros e os governadores estão todos de acordo em que seja publicado um edito real com uma interdição, estabelecendo que aquele que nesses trinta dias dirigir preces a um deus ou homem qualquer que seja, além de ti, ó rei, seja jogado na cova dos leões.

[9] Promulga pois, ó rei, esta interdição, e manda fazer um documento, a fim de que, conforme o estabelecido na lei definitiva dos medos e dos persas, não possa ser revogada".

[10] Em consequência, o rei Dario fez redigir o documento contendo a referida interdição.

[11] Ouvindo essa notícia, Daniel entrou em sua casa, a qual tinha no quarto de cima janelas que davam para o lado de Jerusalém. Três vezes ao dia, ajoelhado, como antes, continuou a orar e a louvar a Deus.

[12] Então, esses homens acorreram amotinados e encontraram Daniel em oração, invocando seu Deus.

[13] Foram imediatamente ao palácio do rei e disseram-lhe, a respeito do edito real de interdição: "Não promulgaste, ó rei, uma proibição estabelecendo que quem nesses trinta dias invocasse algum deus ou homem qualquer que fosse, à exceção tua, seria jogado na cova dos leões?". "Certamente" – respondeu o rei –, "(assim foi feito) segundo a lei dos medos e dos persas, que não pode ser modificada."

[14] "Pois bem" – continuaram –, "Daniel, o deportado de Judá, não tem consideração nem por tua pessoa nem por teu decreto: três vezes ao dia ele faz sua oração."

[15] Ouvindo essas palavras, o rei, bastante contrariado, tomou contudo a resolução de salvar Daniel, e nisso esforçou-se até o pôr do sol.

[16] Mas os mesmos homens novamente o vieram procurar em tumulto: "Saibas, ó rei"

judices, ut decretum imperatorium exeat, et edictum: ut omnis, qui petierit aliquam petitionem a quocumque deo et homine usque ad triginta dies, nisi a te, rex, mittatur in lacum leonum.

[8]Nunc itaque rex, confirma sententiam, et scribe decretum: ut non immutetur quod statutum est a Medis et Persis, nec prævaricari cuiquam liceat.

[9]Porro rex Darius proposuit edictum, et statuit.

[10]Quod cum Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam: et fenestris apertis in cœnaculo suo contra Jerusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, et adorabat, confitebaturque coram Deo suo sicut et ante facere consueverat.

[11]Viri ergo illi curiosius inquirentes invenerunt Danielem orantem, et obsecrantem Deum suum.

[12]Et accedentes locuti sunt regi super edicto: Rex, numquid non constituisti ut omnis homo qui rogaret quemquam de diis et hominibus usque ad dies triginta, nisi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex, ait: Verus est sermo juxta decretum Medorum atque Persarum, quod prævaricari non licet.

[13]Tunc respondentes dixerunt coram rege: Daniel de filiis captivitatis Juda, non curavit de lege tua, et de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua.

[14]Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est: et pro Daniele posuit cor ut liberaret eum, et usque ad occasum solis laborabat ut erueret illum.

[15]Viri autem illi, intelligentes regem, dixerunt ei: Scito, rex, quia lex Medorum atque Persarum est ut omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari.

[16]Tunc rex præcepit, et adduxerunt Danielem, et miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te.

– disseram-lhe – “que a lei dos medos e dos persas não permite derrogação alguma a uma proibição ou a uma medida publicada em edito pelo rei”.

17 Então, o rei deu ordem para trazerem Daniel e o jogarem na cova dos leões. “Que o Deus, que tu adoras com tanta fidelidade” – disse-lhe – “queira ele mesmo salvar-te!”

18 Trouxeram uma pedra, que foi rolada sobre a abertura da cova; o rei lacrou-a com seu sinete e com o dos grandes, a fim de que nada fosse modificado em relação a Daniel.

19 De volta a seu palácio, o rei passou a noite sem nada tomar, e sem mandar vir concubina alguma para junto de si. Não conseguiu adormecer.

20 Logo ao amanhecer, levantou-se e dirigiu-se a toda pressa à cova dos leões.

21 Quando se aproximou, chamou Daniel com voz cheia de tristeza: “Daniel” – disse-lhe –, “servo de Deus vivo, teu Deus que tu adoras com tanta fidelidade terá podido salvar-te dos leões?!”.

22 Daniel respondeu-lhe: “Senhor, vida longa ao rei!

23 Meu Deus enviou seu anjo e fechou a boca dos leões; eles não me fizeram mal algum, porque a seus olhos eu era inocente e porque contra ti também, ó rei, não cometi falta alguma”.

24 Então o rei, todo feliz, ordenou que se retirasse Daniel da cova. Foi ele assim retirado sem traço algum de ferimento, porque tinha tido fé em seu Deus.

25 Por ordem do rei, mandaram vir então os acusadores de Daniel, que foram jogados na cova dos leões com suas mulheres e seus filhos. Não haviam tocado o fundo da cova, e já os leões os agarraram e lhes trituraram os ossos!

26 Então, o rei Dario escreveu: “A todos os povos, a todas as nações e aos povos de todas as línguas que habitam sobre a terra, felicidade e prosperidade!

27 Por mim é ordenado que em toda a extensão de meu reino se mantenha perante o Deus de Daniel temor e tremor. É

17Allatusque est lapis unus, et positus est super os laci: quem obsignavit rex annulo suo, et annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem.

18Et abiit rex in domum suam, et dormivit incœnatus, cibique non sunt allati coram eo, insuper et somnus recessit ab eo.

19Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit:

20appropinquansque lacui, Danielem voce lacrimabili inclamavit, et affatus est eum: Daniel serve Dei viventis, Deus tuus, cui tu servis semper, putasne valuit te liberare a leonibus?

21Et Daniel regi respondens ait: Rex, in æternum vive!

22Deus meus misit angelum suum, et conclusit ora leonum, et non nocuerunt mihi: quia coram eo justitia inventa est in me: sed et coram te, rex, delictum non feci.

23Tunc vehementer rex gavisus est super eo, et Danielem præcepit educi de lacu: eductusque est Daniel de lacu, et nulla læsio inventa est in eo, quia credidit Deo suo.

24Jubente autem rege, adducti sunt viri illi, qui accusaverant Danielem: et in lacum leonum missi sunt, ipsi, et filii, et uxores eorum: et non pervenerunt usque ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, et omnia ossa eorum comminuerunt.

25Tunc Darius rex scripsit universis populis, tribubus, et linguis habitantibus in universa terra: Pax vobis multiplicetur.

26A me constitutum est decretum, ut in universo imperio et regno meo, tremiscant et paveant Deum Danielis: ipse est enim Deus vivens, et æternus in sæcula, et regnum ejus non dissipabitur, et potestas ejus usque in æternum.

27Ipse liberator atque salvator, faciens signa et mirabilia in cælo et in terra: qui liberavit Danielem de lacu leonum.

28Porro Daniel perseveravit usque ad regnum Darii, regnumque Cyri Persæ.

o Deus vivo, que subsiste eternamente; seu reino é indestrutível e seu domínio é perpétuo.

28 Ele salva e livra, faz milagres e prodígios no céu e sobre a terra: foi ele quem livrou Daniel das garras dos leões".

29 Foi assim que Daniel prosperou durante o reinado de Dario e durante o de Ciro, o persa.

## Daniel 7

1 No primeiro ano do reinado de Baltazar, rei da Babilônia, Daniel, estando em seu leito, teve um sonho e visões surgiram em seu espírito. Consignou por escrito esse sonho e a substância dos fatos.

2 Assim se manifestou: Via, no transcurso de minha visão noturna, os quatro ventos do céu precipitarem-se sobre o Grande Mar.

3 Surgiram das águas quatro grandes animais, diferentes uns dos outros.

4 O primeiro parecia-se com um leão, mas tinha asas de águia. Enquanto o olhava, suas asas foram-lhe arrancadas, foi levantado da terra e erguido sobre seus pés como um homem, e um coração humano lhe foi dado.

5 Apareceu em seguida outro animal semelhante a um urso; erguia-se sobre um lado e tinha à boca, entre seus dentes, três costelas. Diziam-lhe: "Vamos! Devora bastante carne!".

6 Depois disso, vi um terceiro animal, idêntico a uma pantera, que tinha nas costas quatro asas de pássaro; tinha ele também quatro cabeças. O império lhe foi atribuído.

7 Finalmente, como eu contemplasse essas visões noturnas, vi um quarto animal, medonho, pavoroso e de uma força excepcional. Possuía enormes dentes de ferro; devorava, depois triturava e pisava aos pés o que sobrava. Ao contrário dos animais precedentes, ostentava dez chifres.

8 Como estivesse ocupado em observar esses chifres, eis que surgiu, entre eles outro chifre menor, e três dos primeiros foram arrancados para dar-lhe lugar. Este

## Daniel 7

1Anno primo Baltassar regis Babylonis, Daniel somnium vidit: visio autem capitis ejus in cubili suo: et somnium scribens, brevi sermone comprehendit: summatimque perstringens, ait:

2Videbam in visione mea nocte: et ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno.

3Et quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diversæ inter se.

4Prima quasi leæna, et alas habebat aquilæ: aspiciebam donec evulsæ sunt alæ ejus, et sublata est de terra, et super pedes quasi homo stetit; et cor hominis datum est ei.

5Et ecce bestia alia similis urso in parte stetit: et tres ordines erant in ore ejus, et in dentibus ejus, et sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas.

6Post hæc aspiciebam, et ecce alia quasi pardus, et alas habebat quasi avis, quatuor super se: et quatuor capita erant in bestia, et potestas data est ei.

7Post hæc aspiciebam in visione noctis, et ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis, et fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans: dissimilis autem erat ceteris bestiis quas videram ante eam, et habebat cornua decem.

8Considerabam cornua, et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum: et tria de cornibus primis evulsa sunt a facie ejus: et ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, et os loquens ingentia.

chifre tinha olhos idênticos aos olhos humanos e uma boca que proferia palavras arrogantes.

[9] Continuei a olhar, até o momento em que foram colocados os tronos e um ancião chegou e se sentou. Brancas como a neve eram suas vestes, e tal como a pura lã era sua cabeleira; seu trono era feito de chamas, com rodas de fogo ardente.

[10] Saído de diante dele, corria um rio de fogo. Milhares e milhares o serviam, dezenas de milhares o assistiam! O tribunal deu audiência e os livros foram abertos.

[11] Olhei então, devido à balbúrdia causada pelos discursos arrogantes do chifre, olhei até o momento em que o animal foi morto, seu corpo subjugado e a fera jogada ao fogo.

[12] Quanto aos outros animais, o domínio lhes foi igualmente retirado, mas a duração de sua vida foi fixada até um tempo e uma data.

[13] Olhando sempre a visão noturna, vi um ser, semelhante ao filho do homem, vir sobre as nuvens do céu: dirigiu-se para o lado do ancião, diante de quem foi conduzido.

[14] A ele foram dados império, glória e realeza, e todos os povos, todas as nações e os povos de todas as línguas serviram-no. Seu domínio será eterno; nunca cessará e o seu reino jamais será destruído.

[15] Quanto a mim, Daniel, senti minha alma desfalecer dentro de mim, e fiquei perturbado por essas visões de meu espírito.

[16] Aproximando-me de um dos assistentes, perguntei-lhe sobre a realidade de tudo isso. Respondeu-me dando a explicação seguinte:

[17] “Esses grandes animais” – disse –, “em número de quatro, são quatro reis que se levantarão da terra.

[18] Mas os santos do Altíssimo receberão a realeza e a conservarão por toda a eternidade”.

[19] Quis então saber exatamente o que representava o quarto animal, diferente dos

[9]Aspiciebam donec throni positi sunt, et antiquus dierum sedit. Vestimentum ejus candidum quasi nix, et capilli capitis ejus quasi lana munda: thronus ejus flammæ ignis: rotæ ejus ignis accensus.

[10]Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie ejus. Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei: judicium sedit, et libri aperti sunt.

[11]Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: et vidi quoniam interfecta esset bestia, et perisset corpus ejus, et traditum esset ad comburendum igni:

[12]aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, et tempora vitæ constituta essent eis usque ad tempus et tempus.

[13]Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, et usque ad antiquum dierum pervenit: et in conspectu ejus obtulerunt eum.

[14]Et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum: et omnes populi, tribus, et linguæ ipsi servient: potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur: et regnum ejus, quod non corrumpetur.

[15]Horruit spiritus meus: ego Daniel territus sum in his, et visiones capitis mei conturbaverunt me.

[16]Accessi ad unum de assistentibus, et veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, et docuit me:

[17]Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra.

[18]Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi, et obtinebunt regnum usque in sæculum, et sæculum sæculorum.

[19]Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, et terribilis nimis: dentes et ungues ejus ferrei: comedebat, et comminuebat, et reliqua pedibus suis conculcabat:

demais, pavoroso em extremo, cujos dentes eram de ferro e as garras de bronze, que devorava, depois triturava e calcava aos pés o que sobrava.

32 Aqueles homens perversos exigiam que ela retirasse seu véu – pois estava velada –, a fim de poderem (pelo menos) fartar-se de sua beleza.

33 Os seus choravam, assim como seus amigos.

34 Os dois anciãos levantaram-se à vista de todos, e pousaram a mão sobre sua cabeça,

19Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, et accurrerunt ad eam, et dixerunt:

20Ecce ostia pomarii clausa sunt, et nemo nos videt, et nos in concupiscentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, et commiscere nobiscum.

21Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecum juvenis, et ob hanc causam emiseris puellas a te.

22Ingemuit Susanna, et ait: Angustiæ sunt mihi undique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras.

23Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.

24Et exclamavit voce magna Susanna: exclamaverunt autem et senes adversus eam.

25Et cucurrit unus ad ostia pomarii, et aperuit.

26Cum ergo audissent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per posticum ut viderent quidnam esset.

27Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt servi vehementer, quia numquam dictus fuerat sermo hujuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina.

28Cumque venisset populus ad Joakim virum ejus, venerunt et duo presbyteri, pleni iniqua cogitatione adversus Susannam ut interficerent eam.

29Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helciæ uxorem Joakim. Et statim miserunt.

30Et venit cum parentibus, et filiis, et universis cognatis suis.

31Porro Susanna erat delicata nimis, et pulchra specie.

32At iniqui illi jusserunt ut discooperiretur (erat enim cooperta), ut vel sic satiarentur decore ejus.

33Flebant igitur sui, et omnes qui noverant eam.

[35] enquanto ela, debulhada em lágrimas, mas com o coração cheio de confiança no Senhor, olhava para o céu.

[36] Os anciãos disseram então: "Quando passeávamos pelo jardim, ela entrou com duas servas; depois fechou a porta e mandou embora suas acompanhantes.

[37] Então, um jovem que se achava escondido ali, aproximou-se e pecou com ela.

[38] Nós nos encontrávamos em um recanto do jardim. Diante de tal desvergonhamento, corremos para eles e os surpreendemos em flagrante delito.

[39] Não pudemos agarrar o homem, porque era mais forte do que nós, e fugiu pela porta aberta.

[40] Ela, nós a apanhamos; mas quando a interrogamos para saber quem era o jovem, recusou-se a responder. Somos testemunhas do fato".

[41] Confiando nesses homens, que eram anciãos e juízes do povo, condenaram Suzana à morte.

[42] Então, ela exclamou bem alto: "Deus eterno, vós que penetrais os segredos, que conheceis os acontecimentos antes que aconteçam,

[43] sabeis que isso é um falso testemunho que levantaram contra mim. Vou morrer, sem nada ter feito do que maldosamente inventaram de mim".

[44] Deus ouviu sua oração.

[45] Como a levassem para a morte, o Senhor suscitou o espírito íntegro de um adolescente chamado Daniel,

[46] que proclamou com vigor: "Sou inocente da morte dessa mulher!".

[47] Todo mundo virou-se para ele: "O que significa isso?" – perguntaram-lhe.

[48] Então, no meio de um círculo que se formava, disse: "Israelitas, estais loucos! Eis que condenais uma israelita sem interrogatório, sem conhecer a verdade!

[34]Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput ejus.

[35]Quæ flens suspexit ad cælum: erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino.

[36]Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis: et clausit ostia pomarii, et dimisit a se puellas.

[37]Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, et concubuit cum ea.

[38]Porro nos cum essemus in angulo pomarii, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, et vidimus eos pariter commisceri.

[39]Et illum quidem non quivimus comprehendere, quia fortior nobis erat, et apertis ostiis exilivit:

[40]hanc autem cum apprehendissemus, interrogavimus, quisnam esset adolescens, et noluit indicare nobis: hujus rei testes sumus.

[41]Credidit eis multitudo quasi senibus et judicibus populi, et condemnaverunt eam ad mortem.

[42]Exclamavit autem voce magna Susanna, et dixit: Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant,

[43]tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: et ecce morior, cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiose composuerunt adversum me.

[44]Exaudivit autem Dominus vocem ejus.

[45]Cumque duceretur ad mortem, suscitavit Dominus spiritum sanctum pueri junioris, cujus nomen Daniel:

[46]et exclamavit voce magna: Mundus ego sum a sanguine hujus.

[47]Et conversus omnis populus ad eum, dixit: Quis est iste sermo, quem tu locutus es?

[48]Qui cum staret in medio eorum, ait: Sic fatui filii Israël, non judicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israël?

[49]revertimini ad judicium, quia falsum testimonium locuti sunt adversus eam.

[49] Recomeçai o julgamento, porque é um falso testemunho a declaração desses dois homens contra ela”.

[50] O povo apressou-se em voltar. Os anciãos disseram a Daniel: “Vem sentar conosco e esclarece-nos, pois Deus te deu o privilégio da velhice!”.

[51] “Separai-os um do outro” – exclamou Daniel –, “e eu os julgarei.” Foram separados.

[52] Então, Daniel chamou o primeiro e disse-lhe: “Velho perverso! Eis que agora aparecem os pecados que cometeste outrora em julgamentos injustos,

[53] condenando os inocentes e absolvendo os culpados; no entanto, é Deus quem diz: não farás morrer o inocente e o íntegro.

[54] Vamos! Se realmente a viste, dize-nos debaixo de qual árvore os viste juntos”. “Debaixo de um lentisco” – respondeu.

[55] “Ótimo!” – continuou Daniel –, “eis a mentira, que pagarás com tua cabeça. Eis aqui o anjo do Senhor que, segundo a sentença divina, vai dividir teu corpo pelo meio.”

[56] Afastaram o homem. Daniel mandou vir o outro e disse-lhe: “Filho de Canaã! Tu não és judeu: foi a beleza que te seduziu, e a concupiscência que te perverteu.

[57] Foi assim que sempre fizeste com as filhas de Israel, as quais, por medo, entravam em relação convosco. Mas eis uma filha de Judá que não consentiu no vosso crime.

[58] Vamos, dize-me sob qual árvore os surpreendeste em intimidade”. “Sob um carvalho.”

[59] “Ótimo!” – respondeu Daniel – “Tu também proferiste uma mentira que vai te custar a vida. Eis aqui o anjo do Senhor, que empunha a espada, prestes a serrar-te pelo meio para te fazer perecer.”

[60] Logo a assembleia se pôs a clamar ruidosamente e a bendizer a Deus por salvar aqueles que nele põem sua esperança.

[50]Reversus est ergo populus cum festinatione, et dixerunt ei senes: Veni, et sede in medio nostrum, et indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis.

[51]Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab invicem procul, et dijudicabo eos.

[52]Cum ergo divisi essent alter ab altero, vocavit unum de eis, et dixit ad eum: Inveterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius:

[53]judicans judicia injusta, innocentes opprimens, et dimittens noxios, dicente Domino: Innocentem et justum non interficies.

[54]Nunc ergo, si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait: Sub schino.

[55]Dixit autem Daniel: Recte mentitus es in caput tuum: ecce enim angelus Dei, accepta sententia ab eo, scindet te medium.

[56]Et, amoto eo, jussit venire alium, et dixit ei: Semen Chanaan, et non Juda, species decepit te, et concupiscentia subvertit cor tuum:

[57]sic faciebatis filiabus Israël, et illæ timentes loquebantur vobis: sed filia Juda non sustinuit iniquitatem vestram.

[58]Nunc ergo, dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: Sub prino.

[59]Dixit autem ei Daniel: Recte mentitus es et tu in caput tuum: manet enim angelus Domini, gladium habens, ut secet te medium, et interficiat vos.

[60]Exclamavit itaque omnis cœtus voce magna, et benedixerunt Deum, qui salvat sperantes in se.

[61]Et consurrexerunt adversus duos presbyteros (convicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium), feceruntque eis sicut male egerant adversus proximum,

[62]ut facerent secundum legem Moysi. Et interfecerunt eos, et salvatus est sanguis innoxius in die illa.

[61] Toda a multidão revoltou-se então contra os dois anciãos os quais, por suas próprias declarações, Daniel provou terem dado falso testemunho.

[62] De acordo com a Lei de Moisés, aplicaram o tratamento que tinham querido infligir ao seu próximo: foram mortos. Assim, naquele dia, foi poupada uma vida inocente.

[63] Helcias e sua mulher louvaram a Deus por sua filha Suzana, com Joaquin, seu marido, e todos os seus parentes, pois nada de desonesto havia sido encontrado em seu proceder.

[64] E Daniel gozou, desde então, de uma alta consideração entre seus concidadãos.

[63]Helcias autem et uxor ejus laudaverunt Deum pro filia sua Susanna cum Joakim marito ejus, et cognatis omnibus, quia non esset inventa in ea res turpis.

[64]Daniel autem factus est magnus in conspectu populi a die illa, et deinceps.

[65]Et rex Astyages appositus est ad patres suos, et suscepit Cyrus Perses regnum ejus.

## Daniel 14

[1] Tendo-se reunido o rei Astíages a seus antepassados, Ciro, o persa, subiu ao trono.

[2] Daniel era conviva do rei e o mais honrado de todos os seus íntimos.

[3] Ora, os babilônios tinham um ídolo chamado Bel, cuja despesa diária era de doze artabes de farinha, quarenta carneiros e seis medidas de vinho.

[4] O rei prestava culto ao ídolo e diariamente ia adorá-lo. Daniel, porém, adorava seu Deus.

[5] O rei disse-lhe um dia: “Por que não adoras Bel?”. “Porque” – respondeu Daniel, “não venero ídolo feito pela mão do homem, mas sim o Deus vivo que criou o céu e a terra e que exerce seu poder sobre todo homem.”

[6] “Assim sendo” – continuou o rei –, “Bel não te parece ser um deus vivo! Não vês o que ele come e o que ele bebe todos os dias?”

[7] Daniel pôs-se a rir: “Desengana-te, ó rei” – disse ele –, “este deus é de barro por dentro e de bronze por fora, e ele nunca comeu coisa alguma”.

[8] Irritado, o rei mandou vir seus sacerdotes e lhes disse: “Se não me disserdes quem come essas oferendas, morrereis. Mas se me provardes que é Bel quem as absorve, será Daniel quem morrerá, pois terá blasfemado

## Daniel 14

[1]Erat autem Daniel conviva regis, et honoratus super omnes amicos ejus.

[2]Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: et impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, et oves quadraginta, vinique amphoræ sex.

[3]Rex quoque colebat eum, et ibat per singulos dies adorare eum: porro Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel?

[4]Qui respondens ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed viventem Deum, qui creavit cælum, et terram, et habet potestatem omnis carnis.

[5]Et dixit rex ad eum: Non videtur tibi esse Bel vivens deus? an non vides quanta comedat et bibat quotidie?

[6]Et ait Daniel arridens: Ne erres, rex: iste enim intrinsecus luteus est, et forinsecus æreus, neque comedit aliquando.

[7]Et iratus rex vocavit sacerdotes ejus, et ait eis: Nisi dixeritis mihi quis est qui comedat impensas has, moriemini.

[8]Si autem ostenderitis quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemavit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat juxta verbum tuum.

contra ele". Daniel respondeu ao rei: "Que se faça segundo tu o dizes!".

9 Os sacerdotes de Bel eram setenta em número, sem contar suas mulheres e filhos. O rei foi com Daniel ao templo de Bel.

10 Os sacerdotes disseram: "Nós saímos. Manda trazer, ó rei, os alimentos e o vinho misturado; depois fecha a porta e lacra-a com teu sinete.

11 Se amanhã cedo, quando vieres ao templo, verificares que tudo não foi comido por Bel, nós morreremos; do contrário, será Daniel quem nos terá caluniado".

12 Tinham completa confiança, porque debaixo da mesa haviam feito uma abertura secreta, pela qual penetravam habitualmente para consumir as oferendas.

13 Mas, após a saída deles, quando o rei acabava de depor as oferendas diante de Bel, Daniel ordenou aos criados trazerem cinza, a qual espalhou pelo templo todo na presença do rei. A seguir saíram, fecharam a porta e, depois de tê-la lacrado com o sinete real, retiraram-se.

14 Durante a noite, os sacerdotes introduziram-se como de costume (no templo) com suas mulheres e filhos, comeram e beberam tudo.

15 Ao amanhecer, o rei veio com Daniel.

16 "Os selos" – disse – "estão intatos, Daniel". "Intatos, ó rei."

17 Logo que a porta foi aberta, o rei olhou para a mesa e exclamou: "Tu és grande, ó Bel! Tu não nos enganaste".

18 Mas Daniel pôs-se a rir e impediu o rei de entrar mais adiante. "Olha o chão" – disse-lhe –. "De quem são estes passos?"

19 "Vejo, de fato" – respondeu o rei – "passos de homens, de mulheres e de crianças." E uma cólera violenta apoderou-se dele.

20 Então, mandou prender os sacerdotes com suas mulheres e filhos, os quais lhe mostraram as entradas secretas por onde se introduziam para vir consumir o que havia na mesa.

9Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis uxoribus, et parvulis, et filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Bel.

10Et dixerunt sacerdotes Bel: Ecce nos egredimur foras: et tu, rex, pone escas, et vinum misce, et claude ostium, et signa annulo tuo:

11et cum ingressus fueris mane, nisi inveneris omnia comesta a Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus est adversum nos.

12Contemnebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, et per illum ingrediebantur semper, et devorabant ea.

13Factum est igitur postquam egressi sunt illi, rex posuit cibos ante Bel: præcepit Daniel pueris suis, et attulerunt cinerem, et cribravit per totum templum coram rege: et egressi clauserunt ostium, et signantes annulo regis abierunt.

14Sacerdotes autem ingressi sunt nocte juxta consuetudinem suam, et uxores et filii eorum, et comederunt omnia, et biberunt.

15Surrexit autem rex primo diluculo, et Daniel cum eo.

16Et ait rex: Salvane sunt signacula, Daniel? Qui respondit: Salva, rex.

17Statimque cum aperuisset ostium, intuitus rex mensam, exclamavit voce magna: Magnus es, Bel, et non est apud te dolus quisquam.

18Et risit Daniel, et tenuit regem ne ingrederetur intro: et dixit: Ecce pavimentum: animadverte cujus vestigia sint hæc.

19Et dixit rex: Video vestigia virorum, et mulierum, et infantium. Et iratus est rex.

20Tunc apprehendit sacerdotes, et uxores, et filios eorum: et ostenderunt ei abscondita ostiola, per quæ ingrediebantur, et consumebant quæ erant super mensam.

21Occidit ergo illos rex, et tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subvertit eum, et templum ejus.

22Et erat draco magnus in loco illo, et colebant eum Babylonii.

[21] O rei mandou matá-los e pôs Bel à disposição de Daniel que o destruiu, assim como seu templo.

[22] Lá havia também um grande dragão, que os babilônios veneravam.

[23] O rei disse a Daniel: “Pretenderás também dizer que aquele é de bronze? Vive, come, bebe. Tu não podes negar que seja um deus vivo.

[24] Adora-o, então”. “Eu adoro” – replicou Daniel – “unicamente o Senhor, meu Deus, porque ele é um Deus vivo.

[25] Ó rei, dá-me licença para fazê-lo, e, sem espada nem bastão, matarei o dragão.” “Eu te concedo” – disse o rei.

[26] Então, Daniel tomou breu, gordura e pelos, cozinhou tudo junto, e com isso fez umas bolas e meteu-as na boca do dragão, que estourou e morreu. Daniel exclamou: “Eis aí o que adoráveis!”.

[27] Quando os babilônios souberam, ficaram sumamente indignados, e amotinaram-se contra o rei aos gritos de: “O rei tornou-se judeu! Destruiu Bel; e agora fez perecer o dragão e matar os sacerdotes”.

[28] Vieram à presença do rei e disseram-lhe: “Entrega-nos Daniel; do contrário, nós te mataremos, bem como toda a tua família.

[29] Diante da violência com que o ameaçavam, o rei viu-se forçado a entregar-lhes Daniel,

[30] que eles jogaram à cova dos leões, onde permaneceu seis dias.

[31] Na cova havia sete leões, aos quais davam cotidianamente dois corpos humanos e dois carneiros. Porém, daquela vez, nada lhes foi distribuído, a fim de que devorassem Daniel.

[32] Ora, o profeta Habacuc vivia naquele tempo na Judeia. Acabava de cozinhar um caldo e picava pão dentro dele em uma panela, para levá-lo aos ceifadores no campo.

[33] Mas um anjo do Senhor disse-lhe: “Leva esta refeição à Babilônia, a Daniel, que se encontra na cova dos leões”.

[23]Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere quia iste non sit deus vivens: adora ergo eum.

[24]Dixitque Daniel: Dominum Deum meum adoro, quia ipse est Deus vivens: iste autem non est deus vivens.

[25]Tu autem, rex, da mihi potestatem, et interficiam draconem absque gladio et fuste. Et ait rex: Do tibi.

[26]Tulit ergo Daniel picem, et adipem, et pilos, et coxit pariter: fecitque massas, et dedit in os draconis, et diruptus est draco. Et dixit: Ecce quem colebatis.

[27]Quod cum audissent Babylonii, indignati sunt vehementer: et congregati adversum regem, dixerunt: Judæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, et sacerdotes occidit.

[28]Et dixerunt cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, et domum tuam.

[29]Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer: et necessitate compulsus, tradidit eis Danielem.

[30]Qui miserunt eum in lacum leonum, et erat ibi diebus sex.

[31]Porro in lacu erant leones septem, et dabantur eis duo corpora quotidie, et duæ oves: et tunc non data sunt eis, ut devorarent Danielem.

[32]Erat autem Habacuc propheta in Judæa, et ipse coxerat pulmentum, et intriverat panes in alveolo: et ibat in campum ut ferret messoribus.

[33]Dixitque angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum.

[34]Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non vidi, et lacum nescio.

[35]Et apprehendit eum angelus Domini in vertice ejus, et portavit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone supra lacum in impetu spiritus sui.

[36]Et clamavit Habacuc, dicens: Daniel serve Dei, tolle prandium quod misit tibi Deus.

[34] "Senhor" – disse Habacuc –, "nunca vi Babilônia, e não conheço essa cova."

[35] Então o anjo, segurando-o pelo alto da cabeça, transportou-o pelos cabelos, em um fôlego, até a Babilônia, em cima da cova.

[36] "Daniel, Daniel, chamou, toma a refeição que Deus te envia."

[37] E Daniel respondeu: "Ó Deus, vós pensastes em mim! Vós não abandonastes os que vos amam!".

[38] Depois disso, pôs-se a comer, enquanto o anjo do Senhor transportava de volta Habacuc a seu domicílio.

[39] Ao sétimo dia, veio o rei chorar Daniel. Ao acercar-se da cova, porém, olhou para dentro e aí avistou Daniel sentado.

[40] E bem alto exclamou: "Vós sois grande, Senhor, Deus de Daniel. Não existe outro Deus além de vós!".

[41] Mandou retirá-lo da cova dos leões e lá jogou todos aqueles que haviam tentado eliminá-lo, os quais foram imediatamente devorados, sob seus olhos.

[42] Então, disse o rei: "Que todos os habitantes da terra reverenciem o Deus de Daniel, porque é um salvador que opera sinais e prodígios em toda a terra, e salvou Daniel da cova dos leões".

[37]Et ait Daniel: Recordatus es mei, Deus, et non dereliquisti diligentes te.

[38]Surgensque Daniel comedit. Porro angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo.

[39]Venit ergo rex die septimo ut lugeret Danielem: et venit ad lacum, et introspexit, et ecce Daniel sedens in medio leonum.

[40]Et exclamavit voce magna rex, dicens: Magnus es, Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum.

[41]Porro illos, qui perditionis ejus causa fuerant, intromisit in lacum, et devorati sunt in momento coram eo.

[42]Tunc rex ait: Paveant omnes habitantes in universa terra Deum Danielis: quia ipse est salvator, faciens signa et mirabilia in terra: qui liberavit Danielem de lacu leonum.

| Oseias | Osee |
|---|---|

## Oseias 1

[1] Palavra do Senhor dirigida a Oseias, filho de Beeri, no tempo de Ozias, de Joatã, (de Acaz e de Ezequias), reis de Judá, e no tempo de Jeroboão, filho de Joás, rei de Israel.

[2] Início da palavra do Senhor a Oseias. Disse o Senhor a Oseias: "Vai e desposa uma mulher dada ao adultério, e aceita filhos adulterinos, porque a nação procedeu mal para com o Senhor".

[3] Foi-se ele e desposou Gomer, filha de Deblaim. Esta concebeu e deu-lhe um filho.

[4] O Senhor disse a Oseias: "Chama-o Jezrael, porque dentro em breve punirei a casa de Jeú pelos massacres de Jezrael, e porei fim à dinastia da casa de Israel.

[5] Naquele dia, quebrarei o arco de Israel na planície de Jezrael".

[6] Ela concebeu de novo e deu à luz uma filha. O Senhor disse a Oseias: "Chama-a Lo-Ruhama, porque não terei mais amor à casa de Israel, mas a exterminarei completamente".

[7] Amarei, entretanto, a casa de Judá e os salvarei pelo Senhor, seu Deus. Não os salvarei pelo arco e pela espada e pela guerra, nem pelos cavalos e cavaleiros.

[8] Tendo desmamado Lo-Ruhama, concebeu de novo e deu à luz um filho.

[9] O Senhor disse: "Chama-o Lo-Ami, porque já não sois meu povo e eu não sou vosso Deus".

## Osee 1

[1]Verbum Domini, quod factum est ad Osee, filium Beeri, in diebus Oziæ, Joathan, Achaz, Ezechiæ, regum Juda; et in diebus Jeroboam, filii Joas, regis Israël.

[2]Principium loquendi Domino in Osee. Et dixit Dominus ad Osee: Vade, sume tibi uxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra a Domino.

[3]Et abiit, et accepit Gomer, filiam Debelaim: et concepit, et peperit ei filium.

[4]Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen ejus Jezrahel, quoniam adhuc modicum, et visitabo sanguinem Jezrahel super domum Jehu, et quiescere faciam regnum domus Israël.

[5]Et in illa die conteram arcum Israël in valle Jezrahel.

[6]Et concepit adhuc, et peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen ejus, Absque misericordia, quia non addam ultra misereri domui Israël, sed oblivione obliviscar eorum.

[7]Et domui Juda miserebor, et salvabo eos in Domino Deo suo; et non salvabo eos in arcu et gladio, et in bello, et in equis, et in equitibus.

[8]Et ablactavit eam quæ erat Absque misericordia. Et concepit, et peperit filium.

[9]Et dixit: Voca nomen ejus, Non populus meus, quia vos non populus meus, et ego non ero vester.

[10]Et erit numerus filiorum Israël quasi arena maris, quæ sine mensura est, et non numerabitur. Et erit in loco ubi dicetur eis: Non populus meus vos: dicetur eis: Filii Dei viventis.

[11]Et congregabuntur filii Juda et filii Israël pariter; et ponent sibimet caput unum, et ascendent de terra, quia magnus dies Jezrahel.

## Oseias 2

## Osee 2

[1] Os filhos de Israel serão tão numerosos como a areia do mar, que não se pode medir nem contar. Em lugar de lhes dizer: Lo-Ami, serão chamados “Filhos do Deus vivo”.

[2] Os filhos de Judá e de Israel se reunirão, constituirão para si um único chefe e transbordarão de seu território, porque será grande o dia de Jezrael.

[3] Vossos irmãos serão chamados Ami e vossas irmãs Ruhama.

[4] Protestai contra vossa mãe, protestai, porque já não é minha mulher e já não sou seu marido. Afaste ela de sua face, suas fornicações e seus adultérios de entre os seus seios,

[5] para que eu não a desnude como no dia de seu nascimento e não a torne como um deserto; para que eu não a reduza a uma terra seca e não a deixe perecer de sede.

[6] Não terei compaixão de seus filhos, porque são adulterinos.

[7] Sim, sua mãe cometeu o adultério, desonrou-se aquela que o concebeu. Ela disse consigo mesma: “Seguirei os meus amantes, que me dão meu pão e minha água, minha lã e meu linho, meu óleo e minha bebida”.

[8] Por isso, fecharei com espinhos o seu caminho e o cercarei com um muro. Ela não encontrará mais saída.

[9] Perseguirá os seus amantes mas não os alcançará; ela os procurará, mas não os encontrará. Então, dirá: “Voltarei para o meu primeiro marido, porque eu era outrora mais feliz que agora”.

[10] Ela não reconheceu que era eu quem lhe dava o trigo, o vinho e o óleo, e quem lhe prodigalizava a prata e o ouro que se consagra a Baal.

[11] Por isso, retomarei o meu trigo no seu tempo, e o meu vinho na sua estação; retirarei minha lã e meu linho, com que cobria a sua nudez.

[12] Vou descobrir sua abjeção aos olhos de seus amantes e ninguém a libertará de minha mão.

[1]Dicite fratribus vestris: Populus meus; et sorori vestræ: Misericordiam consecuta.

[2]Judicate matrem vestram, judicate, quoniam ipsa non uxor mea, et ego non vir ejus. Auferat fornicationes suas a facie sua, et adulteria sua de medio uberum suorum;

[3]ne forte expoliem eam nudam, et statuam eam secundum diem nativitatis suæ, et ponam eam quasi solitudinem, et statuam eam velut terram inviam, et interficiam eam siti.

[4]Et filiorum illius non miserebor, quoniam filii fornicationum sunt.

[5]Quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos; quia dixit: Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, et aquas meas, lanam meam, et linum meum, oleum meum, et potum meum.

[6]Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam maceria, et semitas suas non inveniet.

[7]Et sequetur amatores suos, et non apprehendet eos; et quæret eos, et non inveniet: et dicet: Vadam, et revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.

[8]Et hæc nescivit, quia ego dedi ei frumentum, et vinum, et oleum, et argentum multiplicavi ei, et aurum, quæ fecerunt Baal.

[9]Idcirco convertar, et sumam frumentum meum in tempore suo, et vinum meum in tempore suo. Et liberabo lanam meam et linum meum, quæ operiebant ignominiam ejus.

[10]Et nunc revelabo stultitiam ejus in oculis amatorum ejus; et vir non eruet eam de manu mea;

[11]et cessare faciam omne gaudium ejus, solemnitatem ejus, neomeniam ejus, sabbatum ejus, et omnia festa tempora ejus.

[12]Et corrumpam vineam ejus, et ficum ejus, de quibus dixit: Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei; et ponam eam in saltum, et comedet eam bestia agri.

[13] Porei fim a todos os seus divertimentos, suas festividades, suas luas novas, seus sábados e a todas as suas festas.

[14] Devastarei sua vinha e sua figueira, das quais dizia: "Eis a paga que me deram meus amantes". Farei delas um matagal, que os animais selvagens devorarão.

[15] Eu a farei expiar os dias de Baal, quando lhe queimava ofertas, ataviada de seu colar e de suas joias para cortejar os seus amantes, sem pensar mais em mim – oráculo de Senhor.

[16] Por isso a atrairei, a conduzirei ao deserto e lhe falarei ao coração.

[17] Então, lhe darei as suas vinhas e o vale de Acor, como porta de esperança. Aí ela se tornará como no tempo de sua juventude, como nos dias em que subiu da terra do Egito.

[18] Naquele dia – diz o Senhor – tu me chamarás: "Meu marido", e não mais: "Meu Baal".

[19] Não lhe deixarei mais na boca os nomes de Baal e ninguém pronunciará tais nomes.

[20] Farei para eles, naquele dia, uma aliança com os animais selvagens, as aves do céu e os répteis da terra; farei desaparecer da terra o arco, a espada e a guerra, e os farei repousar com segurança.

[21] Eu a desposarei para sempre, conforme a justiça e o direito, com benevolência e ternura.

[22] Eu a desposarei com fidelidade e conhecerás o Senhor.

[23] Naquele dia, diz o Senhor, eu atenderei aos céus, e eles atenderão à terra.

[24] A terra atenderá ao trigo, ao mosto e ao óleo, e estes atenderão a Jezrael.

[25] Farei dele para mim uma terra bem semeada, usarei de misericórdia com Lo-Ruhama, e direi a Lo-Ami: "Tu és meu povo!", e ele me dirá: "Vós sois meu Deus!".

## Oseias 3

[13]Et visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum, et ornabatur in aure sua, et monili suo. Et ibat post amatores suos, et mei obliviscebatur, dicit Dominus.

[14]Propter hoc ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus.

[15]Et dabo ei vinitores ejus ex eodem loco, et vallem Achor, ad aperiendam spem; et canet ibi juxta dies juventutis suæ, et juxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti.

[16]Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me, Vir meus, et non vocabit me ultra Baali.

[17]Et auferam nomina Baalim de ore ejus, et non recordabitur ultra nominis eorum.

[18]Et percutiam cum eis fœdus in die illa, cum bestia agri, et cum volucre cæli, et cum reptili terræ; et arcum, et gladium, et bellum conteram de terra, et dormire eos faciam fiducialiter.

[19]Et sponsabo te mihi in sempiternum; et sponsabo te mihi in justitia, et judicio, et in misericordia, et in miserationibus.

[20]Et sponsabo te mihi in fide; et scies quia ego Dominus.

[21]Et erit in die illa: exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, et illi exaudient terram.

[22]Et terra exaudiet triticum, et vinum, et oleum, et hæc exaudient Jezrahel.

[23]Et seminabo eam mihi in terra, et miserebor ejus quæ fuit Absque misericordia.

[24]Et dicam Non populo meo: Populus meus es tu; et ipse dicet: Deus meus es tu.

## Osee 3

[1] O Senhor disse-me: “Ama de novo a uma mulher que foi amada de seu amigo, e que foi adúltera”, pois é assim que o Senhor ama os filhos de Israel, embora se voltem para outros deuses e gostem das tortas de uvas.

[2] Adquiri-a, pois, para mim por quinze siclos de prata e um homer de cevada e um leteque de cevada,

[3] e disse-lhe: “Por muitos dias ficarás aí, sem te prostituíres nem te entregares a homem algum, e eu farei o mesmo para contigo”.

[4] Porque, por muitos dias, os filhos de Israel ficarão sem rei e sem chefe, sem sacrifício nem monumento, sem efod e terafim.

[5] Depois disso, os filhos de Israel voltarão a buscar o Senhor, seu Deus, e Davi, seu rei; recorrerão comovidos ao Senhor e à sua bondade, no final dos tempos.

[1]Et dixit Dominus ad me: Adhuc vade, et dilige mulierem dilectam amico et adulteram, sicut diligit Dominus filios Israël, et ipsi respiciunt ad deos alienos, et diligunt vinacia uvarum.

[2]Et fodi eam mihi quindecim argenteis, et coro hordei, et dimidio coro hordæi.

[3]Et dixi ad eam: Dies multos exspectabis me; non fornicaberis, et non eris viro; sed et ego exspectabo te.

[4]Quia dies multos sedebunt filii Israël sine rege, et sine principe, et sine sacrificio, et sine altari, et sine ephod, et sine theraphim.

[5]Et post hæc revertentur filii Israël, et quærent Dominum Deum suum, et David regem suum: et pavebunt ad Dominum, et ad bonum ejus, in novissimo dierum.

## Oseias 4

[1] Ouvi a palavra do Senhor, filhos de Israel! Porque o Senhor está em litígio com os habitantes da terra. Não há sinceridade nem bondade, nem conhecimento de Deus na terra.

[2] Juram falso, assassinam, roubam, cometem adultério, usam de violência e acumulam homicídio sobre homicídio.

[3] Por isso, a terra está de luto e todos os seus habitantes perecem; os animais selvagens, as aves do céu, e até mesmo os peixes do mar desaparecem.

[4] Entretanto, ninguém poderá acusar o povo, nem o repreender, mas eu censuro a ti, ó sacerdote.

[5] Tu tropeçarás em pleno dia, assim como o profeta durante a noite. Eu te farei perecer,

[6] porque meu povo se perde por falta de conhecimento; por teres rejeitado a instrução, te excluirei de meu sacerdócio; já que esqueceste a Lei de teu Deus, também eu me esquecerei dos teus filhos.

[7] Quanto mais se multiplicaram, mais pecaram contra mim, transformaram em infâmia o que era a sua glória.

## Osee 4

[1]Audite verbum Domini, filii Israël, quia judicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, et non est misericordia, et non est scientia Dei in terra.

[2]Maledictum, et mendacium, et homicidium, et furtum, et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit.

[3]Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, et in volucre cæli; sed et pisces maris congregabuntur.

[4]Verumtamen unusquisque non judicet, et non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti.

[5]Et corrues hodie, et corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam.

[6]Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi; et oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuorum et ego.

[7]Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo.

[8] Eles se nutrem do pecado de meu povo, e são ávidos de suas iniquidades.

[9] O sacerdote será tratado como o povo. Eu o castigarei pelo seu comportamento. Irei tratá-lo segundo as suas obras.

[10] Comerão, mas não hão de saciar-se; irão se prostituir, mas não hão de multiplicar-se, porque abandonaram o culto do Senhor.

[11] O mau proceder, o vinho e o mosto abafam a razão.

[12] Meu povo consulta o seu pedaço de pau, e o seu cajado lhe faz revelações, porque o espírito de infidelidade o perde e eles se prostituem, afastando-se de seu Deus.

[13] Sacrificam nos cimos das montanhas, queimam ofertas nas colinas, debaixo dos carvalhos, dos álamos e dos terebintos, sentindo-se bem à sua sombra. Assim, quando vossas filhas se prostituem e vossas noras adulteram,

[14] não castigarei as vossas filhas prostitutas, nem vossas noras adúlteras, porque eles mesmos coabitam com meretrizes e sacrificam com hieródulas. O povo insensato lança-se à perdição!

[15] Se procederes mal, Israel, que ao menos Judá não se torne culpado! Não vades a Guilgal, não subais a Bet-Áven, e não jureis “pela vida de Deus!”

[16] Porque Israel se rebela como uma novilha insubmissa, o Senhor vai conduzi-lo agora a pastar como um cordeiro em uma planície aberta.

[17] Efraim aliou-se aos ídolos: deixa-o!

[18] Logo que cessam de beber, entregam-se à prostituição; seus chefes preferem a ignomínia.

[19] O vento os envolverá nas suas asas, e serão cobertos de vergonha por causa de seus altares.

[8]Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.

[9]Et erit sicut populus, sic sacerdos; et visitabo super eum vias ejus, et cogitationes ejus reddam ei.

[10]Et comedent, et non saturabuntur; fornicati sunt, et non cessaverunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo.

[11]Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor.

[12]Populus meus in ligno suo interrogavit, et baculus ejus annuntiavit ei; spiritus enim fornicationum decepit eos, et fornicati sunt a Deo suo.

[13]Super capita montium sacrificabant, et super colles ascendebant thymiama; subtus quercum, et populum, et terebinthum, quia bona erat umbra ejus; ideo fornicabuntur filiæ vestræ, et sponsæ vestræ adulteræ erunt.

[14]Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, et super sponsas vestras cum adulteraverint, quoniam ipsi cum meretricibus conversabantur, et cum effeminatis sacrificabant; et populus non intelligens vapulabit.

[15]Si fornicaris tu, Israël, non delinquat saltem Juda; et nolite ingredi in Galgala, et ne ascenderitis in Bethaven, neque juraveritis: Vivit Dominus!

[16]Quoniam sicut vacca lasciviens declinavit Israël; nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine.

[17]Particeps idolorum Ephraim: dimitte eum.

[18]Separatum est convivium eorum; fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores ejus.

[19]Ligavit eum spiritus in alis suis, et confundentur a sacrificiis suis.

## Oseias 5

[1] Ouvi isto, ó sacerdotes, sede atentos, chefes de Israel, escuta, gente de casa do rei!

## Osee 5

[1]Audite hoc, sacerdotes, et attendite, domus Israël, et domus regis, auscultate: quia vobis

Contra vós será feito o julgamento, porque vos tornastes um laço para a sentinela, uma rede estendida no Tabor.

[2] Os perseguidores levaram ao extremo a maldade, mas vou castigá-los todos.

[3] Conheço Efraim, e Israel não me é oculto. Ora, Efraim transviou-se e Israel maculou-se;

[4] seu proceder não lhes permite voltar ao seu Deus, porque um espírito de prostituição os possui; eles desconhecem o Senhor.

[5] A arrogância de Israel dá testemunho contra ele, Israel e Efraim tropeçarão em sua iniquidade, e também Judá cairá com eles.

[6] Irão buscar o Senhor com suas ovelhas e seus bois, mas não o encontrarão:

[7] o Senhor retirou-se deles porque o traíram, porque geraram filhos bastardos. O destruidor vai devorá-los, eles e seus campos.

[8] Tocai a corneta em Gabaá, a trombeta em Ramá, dai o alarme em Bet-Áven, alertai Benjamim!

[9] Efraim será devastado no dia do castigo. Sobre as tribos de Israel profiro um decreto irrevogável:

[10] os chefes de Judá procedem como aqueles que mudam os marcos. Derramarei sobre eles as torrentes do meu furor.

[11] Efraim é opressor, transgride o direito porque se compraz em abandonar a regra.

[12] Serei para Efraim como a tinha, e para a casa de Judá, como a cárie.

[13] Efraim verá o seu mal, e Judá a sua chaga; Efraim recorrerá à Assíria e Judá se dirigirá ao grande rei. Mas este não vos poderá curar nem dar remédio à vossa chaga,

[14] porque serei como um leão para Efraim, como um leão para a casa de Judá; eu, eu mesmo despedaçarei a presa e partirei; eu a levarei e ninguém de mim a arrebatará.

[15] Regressarei à minha morada, até que se arrependam de seus pecados e me

judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansum super Thabor.

[2]Et victimas declinastis in profundum; et ego eruditor omnium eorum.

[3]Ego scio Ephraim, et Israël non est absconditus a me: quia nunc fornicatus est Ephraim; contaminatus est Israël.

[4]Non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum, et Dominum non cognoverunt.

[5]Et respondebit arrogantia Israël in facie ejus, et Israël et Ephraim ruent in iniquitate sua: ruet etiam Judas cum eis.

[6]In gregibus suis et in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, et non invenient: ablatus est ab eis.

[7]In Dominum prævaricati sunt, quia filios alienos genuerunt: nunc devorabit eos mensis, cum partibus suis.

[8]Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama; ululate in Bethaven, post tergum tuum, Benjamin.

[9]Ephraim in desolatione erit in die correptionis; in tribubus Israël ostendi fidem.

[10]Facti sunt principes Juda quasi assumentes terminum; super eos effundam quasi aquam iram meam.

[11]Calumniam patiens est Ephraim, fractus judicio, quoniam cœpit abire post sordes.

[12]Et ego quasi tinea Ephraim, et quasi putredo domui Juda.

[13]Et vidit Ephraim languorem suum, et Juda vinculum suum; et abiit Ephraim ad Assur, et misit ad regem ultorem: et ipse non poterit sanare vos, nec solvere poterit a vobis vinculum.

[14]Quoniam ego quasi leæna Ephraim, et quasi catulus leonis domui Juda. Ego, ego capiam, et vadam; tollam, et non est qui eruat.

[15]Vadens revertar ad locum meum, donec deficiatis, et quæratis faciem meam.

procurem, e em sua miséria recorram a mim.

## Oseias 6

[1] "Vinde, voltemos ao Senhor, ele feriu-nos, ele nos curará; ele causou a ferida, ele a pensará.

[2] Ele nos dará de novo a vida em dois dias; ao terceiro dia ele nos levantará e viveremos em sua presença.

[3] Apliquemo-nos a conhecer o Senhor; sua vinda é certa como a da aurora; ele virá a nós como a chuva, como a chuva da primavera que irriga a terra."

[4] Que te farei, Efraim? Que te farei, Judá? Vosso amor é como a nuvem da manhã, como o orvalho que logo se dissipa.

[5] Por isso, é que os castiguei pelos profetas, e os matei pelas palavras de minha boca, e meu juízo resplandece como o relâmpago,

[6] porque eu quero o amor mais que os sacrifícios, e o conhecimento de Deus mais que os holocaustos.

[7] Mas eles violaram vergonhosamente a aliança e traíram-me.

[8] Galaad é uma cidade de malfeitores, cheia de traços de sangue;

[9] os bandidos são a força dela, uma quadrilha de sacerdotes; assassinam no caminho de Siquém, porque seu proceder é criminoso.

[10] Vi horrores na casa de Israel: ali cresce a prostituição de Efraim, ali se mancha Israel.

[11] Apesar de tudo, Judá há de ter boa colheita, quando eu restaurar o meu povo, quando eu curar Israel.

## Osee 6

[1]In tribulatione sua mane consurgent ad me: Venite, et revertamur ad Dominum,

[2]quia ipse cepit, et sanabit nos; percutiet, et curabit nos.

[3]Vivificabit nos post duos dies; in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus. Sciemus, sequemurque ut cognoscamus Dominum: quasi diluculum præparatus est egressus ejus, et veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terræ.

[4]Quid faciam tibi, Ephraim? quid faciam tibi, Juda? misericordia vestra quasi nubes matutina, et quasi ros mane pertransiens.

[5]Propter hoc dolavi in prophetis; occidi eos in verbis oris mei: et judicia tua quasi lux egredientur.

[6]Quia misericordiam volui, et non sacrificium; et scientiam Dei plus quam holocausta.

[7]Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum: ibi prævaricati sunt in me.

[8]Galaad civitas operantium idolum, supplantata sanguine.

[9]Et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem: quia scelus operati sunt.

[10]In domo Israël vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim, contaminatus est Israël.

[11]Sed et Juda, pone messem tibi, cum convertero captivitatem populi mei.

## Oseias 7

[1] A iniquidade de Efraim foi desvendada, bem como a maldade de Samaria, porque cometem fraudes. O ladrão penetra nas casas, e a quadrilha de salteadores anda por aí impunemente.

[2] Não é com sinceridade que dizem que me lembro de todas as suas maldades. Agora

## Osee 7

[1]Cum sanare vellem Israël, revelata est iniquitas Ephraim, et malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium; et fur ingressus est spolians, latrunculus foris.

[2]Et ne forte dicant in cordibus suis, omnem malitiam eorum me recordatum, nunc

suas más obras os envolvem, e eu os tenho diante de meus olhos.

3 Alegram o rei com suas maldades, e os príncipes com suas mentiras.

4 São todos uns adúlteros, semelhantes a um forno aceso; o padeiro cessa de atiçar o fogo depois que trabalhou a massa, até que esta se levede.

5 O dia de nosso rei, os príncipes o profanam com o calor do vinho. Conseguirá sua mão deter os insolentes? Quando conspiram, seu coração é como um forno;

6 toda a noite dorme o calor de seu ressentimento, mas pela manhã ele queima com uma chama viva.

7 Todos eles ardem como um forno e consomem os seus juízes. Todos os seus reis caíram, sem que nenhum deles me tenha invocado.

8 Efraim mistura-se com os outros povos, Efraim é uma torta que não foi virada.

9 Estrangeiros o consomem sem que ele se dê conta; as cãs se lhe multiplicam, sem que ele o perceba.

10 A arrogância de Israel dá testemunho contra ele; não se voltam para o Senhor, seu Deus, e, apesar de tudo, não o buscam.

11 Efraim é como uma pomba ingênua, sem inteligência; apelam para o Egito, vão à Assíria...

12 Se ali forem, estenderei sobre eles a minha rede, irei prendê-los como aves do céu e os punirei para advertência de sua assembleia.

13 Ai deles, porque fogem de mim! Serão arruinados porque se afastam de mim. Enquanto eu os queria salvar, proferiam mentiras contra mim.

14 Não me invocam do fundo de seus corações, mas se lamentam em seus leitos; laceram-se pelo trigo e pelo vinho, e revoltam-se contra mim.

15 Eu os adverti e fortifiquei seus braços, mas eles meditam o mal contra mim.

16 Não é para o Altíssimo que eles se voltam, são como um arco desarmado; seus chefes

circumdederunt eos adinventiones suæ: coram facie mea factæ sunt.

3In malitia sua lætificaverunt regem, et in mendaciis suis principes.

4Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus a coquente; quievit paululum civitas a commistione fermenti, donec fermentaretur totum.

5Dies regis nostri: cœperunt principes furere a vino; extendit manum suam cum illusoribus.

6Quia applicuerunt quasi clibanum cor suum, cum insidiaretur eis; tota nocte dormivit coquens eos: mane ipse succensus quasi ignis flammæ.

7Omnes calefacti sunt quasi clibanus, et devoraverunt judices suos: omnes reges eorum ceciderunt; non est qui clamat in eis ad me.

8Ephraim in populis ipse commiscebatur; Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reversatur.

9Comederunt alieni robur ejus, et ipse nescivit; sed et cani effusi sunt in eo, et ipse ignoravit.

10Et humiliabitur superbia Israël in facie ejus; nec reversi sunt ad Dominum Deum suum, et non quæsierunt eum in omnibus his.

11Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Ægyptum invocabant; ad Assyrios abierunt.

12Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum: quasi volucrem cæli detraham eos; cædam eos secundum auditionem cœtus eorum.

13Væ eis, quoniam recesserunt a me! vastabuntur, quia prævaricati sunt in me, et ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia.

14Et non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis: super triticum et vinum ruminabant; recesserunt a me.

15Et ego erudivi eos, et confortavi brachia eorum, et in me cogitaverunt malitiam.

cairão pela espada em punição de sua língua, e se rirá deles na terra do Egito.

[16]Reversi sunt ut essent absque jugo; facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes eorum, a furore linguæ suæ. Ista subsannatio eorum in terra Ægypti.

## Oseias 8

[1] À boca a trombeta! O inimigo precipita-se como uma águia sobre a casa do Senhor, porque violaram minha aliança e transgrediram minha Lei.

[2] Clamam a mim: “Meu Deus!”. – Nós te conhecemos, Israel!

[3] Israel rejeitou o bem, o inimigo o persegue.

[4] Constituíram reis sem minha aprovação, e chefes sem meu conhecimento. Fizeram para si ídolos de sua prata e de seu ouro, para a sua própria perdição.

[5] Rejeito teu bezerro (de ouro), ó Samaria! Minha cólera inflamou-se contra eles. Até quando não poderão eles purificar-se?

[6] Porque (esse bezerro) é obra de Israel, foi um artista que o fez; ele não é um deus, será, pois, despedaçado o bezerro de Samaria.

[7] Visto que semearam ventos, colherão tempestades; não terão sequer uma espiga, e o grão não dará farinha; e, mesmo que a desse, seria comida pelos estrangeiros.

[8] Israel foi devorado; ei-los que se tornaram como um objeto sem valor entre as nações,

[9] porque fizeram aliança com a Assíria. O jumento montês anda sozinho, mas Efraim assalaria aliados.

[10] Em vão multiplicam as alianças, eu os juntarei; terão de se sujeitar ao rei e aos príncipes.

[11] Efraim multiplicou os altares, e seus altares só lhe serviram para pecar.

[12] Mesmo que eu lhe escreva todos os preceitos de minha Lei, ele a estimará como uma Lei estrangeira.

[13] Oferecem vítimas em sacrifício e comem-lhes as carnes, mas o Senhor não se compraz nelas. Doravante ele se lembrará

## Osee 8

[1]In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini, pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, et legem meam prævaricati sunt.

[2]Me invocabunt: Deus meus, cognovimus te Israël.

[3]Projecit Israël bonum: inimicus persequetur eum.

[4]Ipsi regnaverunt, et non ex me; principes exstiterunt, et non cognovi: argentum suum et aurum suum fecerunt sibi idola, ut interirent.

[5]Projectus est vitulus tuus, Samaria; iratus est furor meus in eos. Usquequo non poterunt emundari?

[6]Quia ex Israël et ipse est: artifex fecit illum, et non est deus; quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ.

[7]Quia ventum seminabunt, et turbinem metent: culmus stans non est in eo; germen non faciet farinam: quod etsi fecerit, alieni comedent eam.

[8]Devoratus est Israël; nunc factus est in nationibus quasi vas immundum.

[9]Quia ipsi ascenderunt ad Assur, onager solitarius sibi; Ephraim munera dederunt amatoribus.

[10]Sed et cum mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos, et quiescent paulisper ab onere regis et principum.

[11]Quia multiplicavit Ephraim altaria ad peccandum; factæ sunt ei aræ in delictum.

[12]Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt.

[13]Hostias offerent, immolabunt carnes et comedent, et Dominus non suscipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, et visitabit peccata eorum: ipsi in Ægyptum convertentur.

da iniquidade deles, e punirá os seus pecados: voltarão para o Egito.

[14] Israel esqueceu-se de seu Criador, e construiu palácios para si. Judá multiplicou suas praças fortes. Mas vou pôr fogo às suas cidades e ele consumirá os seus edifícios.

[14]Et oblitus est Israël factoris sui, et ædificavit delubra; et Judas multiplicavit urbes munitas; et mittam ignem in civitates ejus, et devorabit ædes illius.

## Oseias 9

[1] Não te alegres, Israel! Não exultes como os pagãos! Porque te prostituíste, afastando-te de teu Deus. E amaste o salário impuro em todas as eiras de trigo.

[2] A eira e o lagar não os alimentarão, e o vinho lhes faltará.

[3] Não ficarão na terra do Senhor; os de Efraim voltarão para o Egito, e comerão na Assíria alimentos impuros.

[4] Já não farão ao Senhor libações de vinho, nem oferecerão sacrifícios em sua honra. Seu pão será como um pão de luto: todos os que dele comerem se contaminarão. Essa refeição é para seus apetites e não para ser apresentada na casa do Senhor.

[5] Que fareis no dia de solenidade, no dia de festa consagrado ao Senhor?

[6] Ei-los que partem de uma terra devastada; o Egito os acolherá, Mênfis os sepultará; suas luxuosas residências serão cobertas de urtigas, e abrolhos invadirão suas tendas.

[7] Eis que chegam os dias do castigo. Eis que chegam os dias da justiça. Israel exclama: "O profeta está louco, o homem inspirado delira". À enormidade de teu pecado junta-se a de tua perseguição.

[8] Efraim, o povo de meu Deus, espreita o profeta, arma-lhe ciladas em todos os caminhos, e persegue-o até na casa de seu Deus.

[9] Estão profundamente corrompidos, como no tempo de Gabaá. Deus se lembrará de suas faltas, e punirá os seus pecados.

[10] Encontrei Israel como cachos de uvas no deserto; vi os vossos pais como os primeiros frutos da figueira. Porém, chegados a Baal-Fegor, consagraram-se a

## Osee 9

[1]Noli lætari, Israël; noli exsultare sicut populi: quia fornicatus es a Deo tuo; dilexisti mercedem super omnes areas tritici.

[2]Area et torcular non pascet eos, et vinum mentietur eis:

[3]non habitabunt in terra Domini. Reversus est Ephraim in Ægyptum, et in Assyriis pollutum comedit.

44 porque todos deitaram do que tinham em abundância; esta, porém, pôs, de sua indigência, tudo o que tinha para o seu sustento". (= Mt 24,1-28 = Lc 21,5-24)

41Et sedens Jesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba jactaret æs in gazophylacium, et multi divites jactabant multa.

42Cum venisset autem vidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrans,

43et convocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium.

44Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt: hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victum suum.

## São Marcos 13

1 Saindo Jesus do templo, disse-lhe um dos seus discípulos:"Mestre, olha que pedras e que construções!"

2 Jesus replicou-lhe: "Vês este grande edifício? Não se deixará pedra sobre pedra que não seja demolida".

3 E estando sentado no monte das Oliveiras, defronte do templo, perguntaram-lhe à parte Pedro, Tiago, João e André:

4 "Dize-nos, quando hão de suceder essas coisas? E por que sinal se saberá que tudo isso se vai realizar?".

5 Jesus pôs-se, então, a dizer-lhes: "Cuidai que ninguém vos engane.

6 Muitos virão em meu nome, dizendo: Sou eu. E seduzirão a muitos.

## Marcus 13

1Et cum egrederetur de templo, ait illi unus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, et quales structuræ.

2Et respondens Jesus, ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

3Et cum sederet in monte Olivarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus, et Jacobus, et Joannes, et Andreas:

4Dic nobis, quando ista fient? et quod signum erit, quando hæc omnia incipient consummari?

5Et respondens Jesus cœpit dicere illis: Videte ne quis vos seducat:

[7] Quando ouvirdes falar de guerras e de rumores de guerra, não temais; porque é necessário que essas coisas aconteçam, mas não será ainda o fim.

[8] Irão levantar-se nação contra nação e reino contra reino; e haverá terremotos em diversos lugares, e fome. Isto será o princípio das dores.

[9] Cuidai de vós mesmos; sereis arrastados diante dos tribunais e açoitados nas sinagogas e comparecereis diante dos governadores e reis por minha causa, para dar testemunho de mim diante deles.

[10] Mas primeiro é necessário que o Evangelho seja pregado a todas as nações.

[11] Quando vos levarem para vos entregar, não premediteis no que haveis de dizer, mas dizei o que vos for inspirado naquela hora; porque não sois vós que falais, mas sim o Espírito Santo.

[12] O irmão entregará à morte o irmão, e o pai, o filho; e os filhos irão insurgir-se contra os pais e lhes darão a morte.

[13] E sereis odiados de todos por causa de meu nome. Mas o que perseverar até o fim será salvo".

[14] "Quando virdes a abominação da desolação no lugar onde não deve estar – o leitor entenda –, então os que estiverem na Judeia fujam para os montes;

[15] o que estiver sobre o terraço não desça nem entre em casa para dela levar alguma coisa;

[16] e o que se achar no campo não volte a buscar o seu manto.

[17] Ai das mulheres que naqueles dias estiverem grávidas e amamentando!

[18] Rogai para que isso não aconteça no inverno!

[19] Porque naqueles dias haverá tribulações tais, como não as houve desde o princípio do mundo que Deus criou até agora, nem haverá jamais.

[20] Se o Senhor não abreviasse aqueles dias, ninguém se salvaria; mas ele os abreviou em atenção aos eleitos que escolheu.

[6]multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum: et multos seducent.

[7]Cum audieritis autem bella, et opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim hæc fieri: sed nondum finis.

[8]Exsurget enim gens contra gentem, et regnum super regnum, et erunt terræmotus per loca, et fames. Initium dolorum hæc.

[9]Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in consiliis, et in synagogis vapulabitis, et ante præsides et reges stabitis propter me, in testimonium illis.

[10]Et in omnes gentes primum oportet prædicari Evangelium.

[11]Et cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini: non enim vos estis loquentes, sed Spiritus Sanctus.

[12]Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium: et consurgent filii in parentes, et morte afficient eos.

[13]Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic salvus erit.

[14]Cum autem videritis abominationem desolationis stantem, ubi non debet, qui legit, intelligat: tunc qui in Judæa sunt, fugiant in montes:

[15]et qui super tectum, ne descendat in domum, nec introëat ut tollat quid de domo sua:

[16]et qui in agro erit, non revertatur retro tollere vestimentum suum.

[17]Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus.

[18]Orate vero ut hieme non fiant.

[19]Erunt enim dies illi tribulationes tales quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus usque nunc, neque fient.

[20]Et nisi breviasset Dominus dies, non fuisset salva omnis caro: sed propter electos, quos elegit, breviavit dies.

[21]Et tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis.

[21] E se então alguém vos disser: Eis, aqui está o Cristo; ou: Ei-lo acolá, não creiais.

[22] Porque se levantarão falsos cristos e falsos profetas, que farão sinais e portentos para seduzir, se possível for, até os escolhidos.

[23] Ficai de sobreaviso. Eis que vos preveni de tudo." (= Mt 24,29-44 = Lc 21,25-36)

[24] "Naqueles dias, depois dessa tribulação, o sol se escurecerá, a lua não dará o seu resplendor;

[25] cairão os astros do céu e as forças que estão no céu serão abaladas.

[26] Então, verão o Filho do Homem voltar sobre as nuvens com grande poder e glória.

[27] Ele enviará os anjos, e reunirá os seus escolhidos dos quatro ventos, desde a extremidade da terra até a extremidade do céu.

[28] Compreendei por uma comparação tirada da figueira. Quando os seus ramos vão ficando tenros e brotam as folhas, sabeis que está perto o verão.

[29] Assim também quando virdes acontecerem essas coisas, sabei que o Filho do Homem está próximo, às portas.

[30] Em verdade vos digo: não passará esta geração sem que tudo isso aconteça.

[31] Passarão o céu e a terra, mas as minhas palavras não passarão.

[32] A respeito, porém, daquele dia ou daquela hora, ninguém o sabe, nem os anjos do céu nem mesmo o Filho, mas somente o Pai.

[33] Ficai de sobreaviso, vigiai; porque não sabeis quando será o tempo.

[34] Será como um homem que, partindo em viagem, deixa a sua casa e delega sua autoridade aos seus servos, indicando o trabalho de cada um, e manda ao porteiro que vigie.

[35] Vigiai, pois, visto que não sabeis quando o senhor da casa voltará, se à tarde, se à meia-noite, se ao cantar do galo, se pela manhã,

[22]Exsurgent enim pseudochristi et pseudoprophetæ, et dabunt signa et portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos.

[23]Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia.

[24]Sed in illis diebus, post tribulationem illam, sol contenebrabitur, et luna non dabit splendorem suum:

[25]et stellæ cæli erunt decidentes, et virtutes, quæ in cælis sunt, movebuntur.

[26]Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa et gloria.

[27]Et tunc mittet angelos suos, et congregabit electos suos a quatuor ventis, a summo terræ usque ad summum cæli.

[28]A ficu autem discite parabolam. Cum jam ramus ejus tener fuerit, et nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas:

[29]sic et vos cum videritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit, in ostiis.

[30]Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant.

[31]Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

[32]De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater.

[33]Videte, vigilate, et orate: nescitis enim quando tempus sit.

[34]Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam, et dedit servis suis potestatem cujusque operis, et janitori præcepit ut vigilet,

[35]vigilate ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane),

[36]ne, cum venerit repente, inveniat vos dormientes.

[37]Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate.

[36] para que, vindo de repente, não vos encontre dormindo.

[37] O que vos digo, digo a todos: vigiai!" (= Mt 26,1-5 = Lc 22,1s)

## São Marcos 14

[1] Ora, dali a dois dias seria a festa da Páscoa e dos (pães) ázimos; e os sumos sacerdotes e os escribas buscavam algum meio de prender Jesus à traição para matá-lo.

[2] "Mas não durante a festa" – diziam eles – "para não haver talvez algum tumulto entre o povo." (= Mt 26,6-13 = Jo 12,1-8)

[3] Jesus se achava em Betânia, em casa de Simão, o leproso. Quando ele se pôs à mesa, entrou uma mulher trazendo um vaso de alabastro cheio de um perfume de nardo puro, de grande preço, e, quebrando o vaso, derramou-lho sobre a cabeça.

[4] Alguns, porém, ficaram indignados e disseram entre si: "Por que esse desperdício de bálsamo?

[5] Poderia ter sido vendido por mais de trezentos denários, e serem dados aos pobres". E irritavam-se contra ela.

[6] Mas Jesus disse-lhes: "Deixai-a. Por que a molestais? Ela me fez uma boa obra.

[7] Vós sempre tendes convosco os pobres e, quando quiserdes, podeis fazer-lhes bem; mas a mim não me tendes sempre.

[8] Ela fez o que pode: embalsamou-me antecipadamente o corpo para a sepultura.

[9] Em verdade vos digo: onde quer que for pregado em todo o mundo o Evangelho, será contado para sua memória o que ela fez". (= Mt 26,14ss = Lc 22,3-6)

[10] Judas Iscariotes, um dos Doze, foi avistar-se com os sumos sacerdotes para lhes entregar Jesus.

[11] A essa notícia, eles alegraram-se e prometeram dar-lhe dinheiro. E ele buscava ocasião oportuna para o entregar. (= Mt 26,17-29 = Lc 22,7-23)

[12] No primeiro dia dos Ázimos, em que se imolava a Páscoa, perguntaram-lhe os

## Marcus 14

[1]Erat autem Pascha et azyma post biduum: et quærebant summi sacerdotes et scribæ quomodo eum dolo tenerent, et occiderent.

[2]Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

[3]Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, et recumberet, venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi: et fracto alabastro, effudit super caput ejus.

[4]Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, et dicentes: Ut quid perditio ista unguenti facta est?

[5]poterat enim unguentum istud venundari plus quam trecentis denariis, et dari pauperibus. Et fremebant in eam.

[6]Jesus autem dixit: Sinite eam, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me:

[7]semper enim pauperes habetis vobiscum: et cum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis.

[8]Quod habuit hæc, fecit: prævenit ungere corpus meum in sepulturam.

[9]Amen dico vobis: Ubicumque prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo, et quod fecit hæc, narrabitur in memoriam ejus.

[10]Et Judas Iscariotes, unus de duodecim, abiit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis.

[11]Qui audientes gavisi sunt: et promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportune traderet.

[12]Et primo die azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, et paremus tibi ut manduces Pascha?

discípulos: “Onde queres que preparemos a refeição da Páscoa?”.

13 Ele enviou dois de seus discípulos, dizendo: “Ide à cidade, e vos sairá ao encontro um homem, carregando um cântaro de água.

14 Segui-o e, onde ele entrar, dizei ao dono da casa: O Mestre pergunta: Onde está a sala em que devo comer a Páscoa com os meus discípulos?

15 E ele vos mostrará uma grande sala no andar superior, mobiliada e pronta. Fazei ali os preparativos”.

16 Partiram os discípulos para a cidade e acharam tudo como Jesus lhes havia dito, e prepararam a Páscoa.

17 Chegando a tarde, dirigiu-se ele para lá com os Doze.

18 E enquanto estavam sentados à mesa e comiam, Jesus disse: “Em verdade vos digo: um de vós que come comigo me há de entregar”.

19 Começaram a entristecer-se e a perguntar-lhe, um após outro: “Porventura sou eu?”.

20 Respondeu-lhes ele: “É um dos Doze, que se serve comigo do mesmo prato.

21 O Filho do Homem vai, segundo o que dele está escrito, mas ai daquele homem por quem o Filho do Homem for traído! Melhor lhe seria que nunca tivesse nascido...”.

22 Durante a refeição, Jesus tomou o pão e, depois de o benzer, partiu-o e deu-lho, dizendo: “Tomai, isto é o meu corpo”.

23 Em seguida, tomou o cálice, deu graças e apresentou-lho, e todos dele beberam.

24 E disse-lhes: “Isto é o meu sangue, o sangue da aliança, que é derramado por muitos.

25 Em verdade vos digo: já não beberei do fruto da videira até aquele dia em que o beberei de novo no Reino de Deus”. (= Mt 26,30-35 = Lc 22,31-34.39 = Jo 13,36ss)

26 Terminado o canto dos Salmos, saíram para o monte das Oliveiras.

13Et mittit duos ex discipulis suis, et dicit eis: Ite in civitatem, et occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans: sequimini eum,

14et quocumque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Ubi est refectio mea, ubi Pascha cum discipulis meis manducem?

15Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum: et illic parate nobis.

16Et abierunt discipuli ejus, et venerunt in civitatem: et invenerunt sicut dixerat illis, et paraverunt Pascha.

17Vespere autem facto, venit cum duodecim.

18Et discumbentibus eis, et manducantibus, ait Jesus: Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

19At illi cœperunt contristari, et dicere ei singulatim: Numquid ego?

20Qui ait illis: Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.

21Et Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis tradetur! bonum erat ei, si non esset natus homo ille.

22Et manducantibus illis, accepit Jesus panem: et benedicens fregit, et dedit eis, et ait: Sumite, hoc est corpus meum.

23Et accepto calice, gratias agens dedit eis: et biberunt ex illo omnes.

24Et ait illis: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.

25Amen dico vobis, quia jam non bibam de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Dei.

26Et hymno dicto exierunt in montem Olivarum.

27Et ait eis Jesus: Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est: Percutiam pastorem, et dispergentur oves.

28Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

29Petrus autem ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego.

[27] E Jesus disse-lhes: "Vós todos vos escandalizareis, pois está escrito: Ferirei o pastor, e as ovelhas serão dispersas (Zc 13,7).

[28] Mas depois que eu ressurgir, eu vos precederei na Galileia".

[29] Entretanto, Pedro lhe respondeu: "Ainda que todos se escandalizem de ti, eu, porém, nunca!".

[30] Jesus disse-lhe: "Em verdade te digo: hoje, nesta mesma noite, antes que o galo cante duas vezes, três vezes me terás negado".

[31] Mas Pedro repetia com maior ardor: "Ainda que seja preciso morrer contigo, não te renegarei". E todos disseram o mesmo. (= Mt 26,36-46 = Lc 22,39-46)

[32] Foram em seguida para o lugar chamado Getsêmani, e Jesus disse a seus discípulos: "Sentai-vos aqui, enquanto vou orar".

[33] Levou consigo Pedro, Tiago e João; e começou a ter pavor e a angustiar-se.

[34] Disse-lhes: "A minha alma está numa tristeza mortal; ficai aqui e vigiai".

[35] Adiantando-se alguns passos, prostrou-se com a face por terra e orava que, se fosse possível, passasse dele aquela hora.

[36] "Aba! (Pai!), suplicava ele. Tudo te é possível; afasta de mim este cálice! Contudo, não se faça o que eu quero, senão o que tu queres."

[37] Em seguida, foi ter com seus discípulos e achou-os dormindo. Disse a Pedro: "Simão, dormes? Não pudeste vigiar uma hora!

[38] Vigiai e orai, para que não entreis em tentação. Pois o espírito está pronto, mas a carne é fraca".

[39] Afastou-se outra vez e orou, dizendo as mesmas palavras.

[40] Voltando, achou-os de novo dormindo, porque seus olhos estavam pesados; e não sabiam o que lhe responder.

[41] Voltando pela terceira vez, disse-lhes: "Dormi e descansai. Basta! Veio a hora! O

[30]Et ait illi Jesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.

[31]At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem et omnes dicebant.

[32]Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: Sedete hic donec orem.

[33]Et assumit Petrum, et Jacobum, et Joannem secum: et cœpit pavere et tædere.

[34]Et ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate.

[35]Et cum processisset paululum, procidit super terram, et orabat ut, si fieri posset, transiret ab eo hora.

[36]Et dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc a me: sed non quod ego volo, sed quod tu.

[37]Et venit, et invenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon, dormis? non potuisti una hora vigilare?

[38]vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma.

[39]Et iterum abiens oravit, eumdem sermonem dicens.

[40]Et reversus, denuo invenit eos dormientes (erant enim oculi eorum gravati), et ignorabant quid responderent ei.

[41]Et venit tertio, et ait illis: Dormite jam, et requiescite. Sufficit: venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

[42]Surgite, eamus: ecce qui me tradet, prope est.

[43]Et, adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes unus de duodecim, et cum eo turba multa cum gladiis et lignis, a summis sacerdotibus, et scribis, et senioribus.

[44]Dederat autem traditor ejus signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, et ducite caute.

[45]Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait: Ave Rabbi: et osculatus est eum.

Filho do Homem vai ser entregue nas mãos dos pecadores.

[42] Levantai-vos e vamos! Aproxima-se o que me há de entregar". (= Mt 26,47-56 = Lc 22,47-54 = Jo 18,2-12)

[43] Ainda falava, quando chegou Judas Iscariotes, um dos Doze, e com ele um bando armado de espadas e cacetes, enviado pelos sumos sacerdotes, escribas e anciãos.

[44] Ora, o traidor tinha-lhes dado o seguinte sinal: "Aquele a quem eu beijar é ele. Prendei-o e levai-o com cuidado".

[45] Assim que ele se aproximou de Jesus, disse: "Rabi!" –, e o beijou.

[46] Lançaram-lhe as mãos e o prenderam.

[47] Um dos circunstantes tirou da espada, feriu o servo do sumo sacerdote e decepou-lhe a orelha.

[48] Mas Jesus tomou a palavra e disse-lhes: "Como a um bandido, saístes com espadas e cacetes para prender-me!

[49] Entretanto, todos os dias estava convosco, ensinando no templo, e não me prendestes. Mas isso acontece para que se cumpram as Escrituras".

[50] Então, todos o abandonaram e fugiram.

[51] Seguia-o um jovem coberto somente de um pano de linho; e prenderam-no.

[52] Mas, lançando ele de si o pano de linho, escapou-lhes despido. (= Mt 26,57-68 = Lc 22,63-71)

[53] Conduziram Jesus à casa do sumo sacerdote, onde se reuniram todos os sacerdotes, escribas e anciãos.

[54] Pedro o foi seguindo de longe até dentro do pátio. Sentou-se junto do fogo com os servos e aquecia-se.

[55] Os sumos sacerdotes e todo o conselho buscavam algum testemunho contra Jesus, para o condenar à morte, mas não o achavam.

[56] Muitos diziam falsos testemunhos contra ele, mas seus depoimentos não concordavam.

[46]At illi manus injecerunt in eum, et tenuerunt eum.

[47]Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium, percussit servum summi sacerdotis, et amputavit illi auriculam.

[48]Et respondens Jesus, ait illis: Tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me?

[49]quotidie eram apud vos in templo docens, et non me tenuistis. Sed ut impleantur Scripturæ.

[50]Tunc discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt.

[51]Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: et tenuerunt eum.

[52]At ille rejecta sindone, nudus profugit ab eis.

[53]Et adduxerunt Jesum ad summum sacerdotem: et convenerunt omnes sacerdotes, et scribæ, et seniores.

[54]Petrus autem a longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis: et sedebat cum ministris ad ignem, et calefaciebat se.

[55]Summi vero sacerdotes et omne concilium quærebant adversus Jesum testimonium ut eum morti traderent: nec inveniebant.

[56]Multi enim testimonium falsum dicebant adversus eum: et convenientia testimonia non erant.

[57]Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant adversus eum, dicentes:

[58]Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego dissolvam templum hoc manu factum, et per triduum aliud non manu factum ædificabo.

[59]Et non erat conveniens testimonium illorum.

[60]Et exsurgens summus sacerdos in medium, interrogavit Jesum, dicens: Non respondes quidquam ad ea quæ tibi objiciuntur ab his?

[57] Levantaram-se, então, alguns e deram este falso testemunho contra ele:

[58] “Ouvimo-lo dizer: Eu destruirei este templo, feito por mãos de homens, e em três dias edificarei outro, que não será feito por mãos de homens”.

[59] Mas nem neste ponto eram coerentes os seus testemunhos.

[60] O sumo sacerdote levantou-se no meio da assembleia e perguntou a Jesus: “Não respondes nada? O que é isto que dizem contra ti?”.

[61] Mas Jesus se calava e nada respondia. O sumo sacerdote tornou a perguntar-lhe: “És tu o Cristo, o Filho de Deus bendito?”.

[62] Jesus respondeu: “Eu o sou. E vereis o Filho do Homem sentado à direita do poder de Deus, vindo sobre as nuvens do céu”.

[63] O sumo sacerdote rasgou então as suas vestes. “Para que desejamos ainda testemunhas?!” – exclamou ele –.

[64] “Ouvistes a blasfêmia! Que vos parece?” E unanimemente o julgaram merecedor da morte.

[65] Alguns começaram a cuspir nele, a tapar-lhe o rosto, a dar-lhe socos e a dizer-lhe: “Adivinha!”. Os servos igualmente davam-lhe bofetadas. (= Mt 26,69-75 = Lc 22,55-62 = Jo 18,15-27)

[66] Estando Pedro embaixo, no pátio, veio uma das criadas do sumo sacerdote.

[67] Ela fixou os olhos em Pedro, que se aquecia, e disse: “Também tu estavas com Jesus de Nazaré”.

[68] Ele negou: “Não sei, nem compreendo o que dizes”. E saiu para a entrada do pátio; e o galo cantou.

[69] A criada, que o vira, começou a dizer aos circunstantes: “Este faz parte do grupo deles”.

[70] Mas Pedro negou outra vez. Pouco depois, os que ali estavam diziam de novo a Pedro: “Certamente tu és daqueles, pois és galileu.”

[61]Ille autem tacebat, et nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, et dixit ei: Tu es Christus Filius Dei benedicti?

[62]Jesus autem dixit illi: Ego sum: et videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem cum nubibus cæli.

[63]Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes?

[64]Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.

[65]Et cœperunt quidam conspuere eum, et velare faciem ejus, et colaphis eum cædere, et dicere ei: Prophetiza: et ministri alapis eum cædebant.

[66]Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit una ex ancillis summi sacerdotis:

[67]et cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Jesu Nazareno eras.

[68]At ille negavit, dicens: Neque scio, neque novi quid dicas. Et exiit foras ante atrium, et gallus cantavit.

[69]Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est.

[70]At ille iterum negavit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: Vere ex illis es: nam et Galilæus es.

[71]Ille autem cœpit anathematizare et jurare: Quia nescio hominem istum, quem dicitis.

[72]Et statim gallus iterum cantavit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Jesus: Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

71 Então, ele começou a praguejar e a jurar: "Não conheço esse homem de quem falais."

72 E imediatamente cantou o galo pela segunda vez. Pedro lembrou-se da palavra que Jesus lhe havia dito: "Antes que o galo cante duas vezes, três vezes me negarás". E, lembrando-se disso, rompeu em soluços. (= Mt 27,1s.11-26 = Lc 23,1-5.13-25 = Jo 18,28–19,16)

## São Marcos 15

1 Logo pela manhã, se reuniram os sumos sacerdotes com os anciãos, os escribas e com todo o conselho. E tendo amarrado Jesus, levaram-no e entregaram-no a Pilatos.

2 Este lhe perguntou: "És tu o rei dos judeus?". Ele lhe respondeu: "Sim".

3 Os sumos sacerdotes acusavam-no de muitas coisas.

4 Pilatos perguntou-lhe outra vez: "Nada respondes? Vê de quantos delitos te acusam!".

5 Mas Jesus nada mais respondeu, de modo que Pilatos ficou admirado.

6 Ora, costumava ele soltar-lhes em cada festa qualquer dos presos que pedissem.

7 Havia na prisão um, chamado Barrabás, que fora preso com seus cúmplices, o qual na sedição perpetrara um homicídio.

8 O povo que tinha subido começou a pedir-lhe aquilo que sempre lhes costumava conceder.

9 Pilatos respondeu-lhes: "Quereis que vos solte o rei dos judeus?".

10 (Porque sabia que os sumos sacerdotes o haviam entregue por inveja.)

11 Mas os pontífices instigaram o povo para que pedissem de preferência que lhes soltasse Barrabás.

12 Pilatos falou-lhes outra vez: "E que quereis que eu faça daquele a quem chamais o rei dos judeus?".

13 Eles tornaram a gritar: "Crucifica-o!".

## Marcus 15

1Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, et scribis, et universo concilio, vincientes Jesum, duxerunt, et tradiderunt Pilato.

2Et interrogavit eum Pilatus: Tu es rex Judæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis.

3Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.

4Pilatus autem rursum interrogavit eum, dicens: Non respondes quidquam? vide in quantis te accusant.

5Jesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus.

6Per diem autem festum solebat dimittere illis unum ex vinctis, quemcumque petissent.

7Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium.

8Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis.

9Pilatus autem respondit eis, et dixit: Vultis dimittam vobis regem Judæorum?

10Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes.

11Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis.

12Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Judæorum?

13At illi iterum clamaverunt: Crucifige eum.

14Pilatus vero dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum.

[14] Pilatos replicou: “Mas que mal fez ele?”. Eles clamavam mais ainda: “Crucifica-o!”.

[15] Querendo Pilatos satisfazer o povo, soltou-lhes Barrabás e entregou Jesus, depois de açoitado, para que fosse crucificado. (= Mt 27,27-31 = Jo 19,2s)

[16] Os soldados conduziram-no ao interior do pátio, isto é, ao pretório, onde convocaram toda a coorte.

[17] Vestiram Jesus de púrpura, teceram uma coroa de espinhos e a colocaram na sua cabeça.

[18] E começaram a saudá-lo: “Salve, rei dos judeus!”.

[19] Davam-lhe na cabeça com uma vara, cuspiam nele e punham-se de joelhos como para homenageá-lo.

[20] Depois de terem escarnecido dele, tiraram-lhe a púrpura, deram-lhe de novo as vestes e conduziram-no fora para o crucificar. (= Mt 27,32-56 = Lc 23,26-49 = Jo 19,17-30)

[21] Passava por ali certo homem de Cirene, chamado Simão, que vinha do campo, pai de Alexandre e de Rufo, e obrigaram-no a que lhe levasse a cruz.

[22] Conduziram Jesus ao lugar chamado Gólgota, que quer dizer lugar do crânio.

[23] Deram-lhe de beber vinho misturado com mirra, mas ele não o aceitou.

[24] Depois de o terem crucificado, repartiram as suas vestes, tirando à sorte sobre elas, para ver o que tocaria a cada um.

[25] Era a hora terceira quando o crucificaram.

[26] A inscrição que motivava a sua condenação dizia: “O rei dos judeus”.

[27] Crucificaram com ele dois bandidos: um à sua direita e outro à esquerda.

[28] [Cumpriu-se assim a passagem da Escritura que diz: Ele foi contado entre os malfeitores (Is 53,12).]

[29] Os que iam passando injuriavam-no e abanavam a cabeça, dizendo: “Olá! Tu que destróis o templo e o reedificas em três dias,

[15]Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, et tradidit Jesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur.

[16]Milites autem duxerunt eum in atrium prætorii, et convocant totam cohortem,

[17]et induunt eum purpura, et imponunt ei plectentes spineam coronam.

[18]Et cœperunt salutare eum: Ave rex Judæorum.

[19]Et percutiebant caput ejus arundine: et conspuebant eum, et ponentes genua, adorabant eum.

[20]Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, et induerunt eum vestimentis suis: et educunt illum ut crucifigerent eum.

[21]Et angariaverunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri et Rufi, ut tolleret crucem ejus.

[22]Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum Calvariæ locus.

[23]Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: et non accepit.

[24]Et crucifigentes eum, diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.

[25]Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum.

[26]Et erat titulus causæ ejus inscriptus: Rex Judæorum.

[27]Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum a dextris, et alium a sinistris ejus.

[28]Et impleta est Scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est.

[29]Et prætereuntes blasphemabant eum, moventes capita sua, et dicentes: Vah! qui destruis templum Dei, et in tribus diebus reædificas,

[30]salvum fac temetipsum descendens de cruce.

[31]Similiter et summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebant: Alios salvos fecit; seipsum non potest salvum facere.

[30] salva-te a ti mesmo! Desce da cruz!”.

[31] Dessa maneira, escarneciam dele também os sumos sacerdotes e os escribas, dizendo uns para os outros: “Salvou a outros e a si mesmo não pode salvar!

[32] Que o Cristo, rei de Israel, desça agora da cruz, para que vejamos e creiamos!”. Também os que haviam sido crucificados com ele o insultavam.

[33] Desde a hora sexta até a hora nona, houve trevas por toda a terra.

[34] E à hora nona, Jesus bradou em alta voz: “Elói, Elói, lammá sabactáni?”, que quer dizer: “Meu Deus, meu Deus, por que me abandonaste?”.

[35] Ouvindo isso, alguns dos circunstantes diziam: “Ele chama por Elias!”.

[36] Um deles correu e ensopou uma esponja em vinagre e, pondo-a na ponta de uma vara, deu-lho para beber, dizendo: “Deixai, vejamos se Elias vem tirá-lo”.

[37] Jesus deu um grande brado e expirou.

[38] O véu do templo rasgou-se então de alto a baixo em duas partes.

[39] O centurião que estava diante de Jesus, ao ver que ele tinha expirado assim, disse: “Este homem era realmente o Filho de Deus”.

[40] Achavam-se ali também umas mulheres, observando de longe, entre as quais Maria Madalena, Maria, mãe de Tiago, o Menor, e de José, e Salomé,

[41] que o tinham seguido e o haviam assistido, quando ele estava na Galileia; e muitas outras que haviam subido juntamente com ele a Jerusalém. (= Mt 27,57-66 = Lc 23,50-56 = Jo 19,38-42)

[42] Quando já era tarde – era a Preparação, isto é, a véspera do sábado –,

[43] veio José de Arimateia, ilustre membro do conselho, que também esperava o Reino de Deus; ele foi resoluto à presença de Pilatos e pediu o corpo de Jesus.

[44] Pilatos admirou-se de que ele tivesse morrido tão depressa. E, chamando o

[32]Christus rex Israël descendat nunc de cruce, ut videamus, et credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, convitiabantur ei.

[33]Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram usque in horam nonam.

[34]Et hora nona exclamavit Jesus voce magna, dicens: Eloi, eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

[35]Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat.

[36]Currens autem unus, et implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum.

[37]Jesus autem emissa voce magna expiravit.

[38]Et velum templi scissum est in duo, a summo usque deorsum.

[39]Videns autem centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo Filius Dei erat.

[40]Erant autem et mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi minoris, et Joseph mater, et Salome:

[41]et cum esset in Galilæa, sequebantur eum, et ministrabant ei, et aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Jerosolymam.

[42]Et cum jam sero esset factum (quia erat parasceve, quod est ante sabbatum),

[43]venit Joseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui et ipse erat exspectans regnum Dei, et audacter introivit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu.

[44]Pilatus autem mirabatur si jam obiisset. Et accersito centurione, interrogavit eum si jam mortuus esset.

[45]Et cum cognovisset a centurione, donavit corpus Joseph.

[46]Joseph autem mercatus sindonem, et deponens eum involvit sindone, et posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, et advolvit lapidem ad ostium monumenti.

centurião, perguntou se já havia muito tempo que Jesus tinha morrido.

45 Obtida a resposta afirmativa do centurião, mandou dar-lhe o corpo.

46 Depois de ter comprado um pano de linho, José tirou-o da cruz, envolveu-o no pano e depositou-o num sepulcro escavado na rocha, rolando uma pedra para fechar a entrada.

47 Maria Madalena e Maria, mãe de José, observavam onde o depositavam. (= Mt 28,1-8 = Lc 24,1-12 = Jo 20,1-13)

47 Maria autem Magdalene et Maria Joseph aspiciebant ubi poneretur.

## São Marcos 16

1 Passado o sábado, Maria Madalena, Maria, mãe de Tiago, e Salomé compraram aromas para ungir Jesus.

2 E no primeiro dia da semana, foram muito cedo ao sepulcro, mal o sol havia despontado.

3 E diziam entre si: “Quem removerá a pedra do sepulcro para nós?”.

4 Levantando os olhos, elas viram removida a pedra, que era muito grande.

5 Entrando no sepulcro, viram, sentado do lado direito, um jovem, vestido de roupas brancas, e assustaram-se.

6 Ele lhes falou: “Não tenhais medo. Buscais Jesus de Nazaré, que foi crucificado. Ele ressuscitou, já não está aqui. Eis o lugar onde o depositaram.

7 Mas ide, dizei a seus discípulos e a Pedro que ele vos precede na Galileia. Lá o vereis como vos disse”.

8 Elas saíram do sepulcro e fugiram trêmulas e amedrontadas. E a ninguém disseram coisa alguma por causa do medo.

9 Tendo Jesus ressuscitado de manhã, no primeiro dia da semana apareceu primeiramente a Maria de Magdala, de quem tinha expulsado sete demônios.

10 Foi ela noticiá-lo aos que estiveram com ele, os quais estavam aflitos e chorosos.

11 Quando souberam que Jesus vivia e que ela o tinha visto, não quiseram acreditar.

## Marcus 16

1 Et cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Salome emerunt aromata ut venientes ungerent Jesum.

2 Et valde mane una sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto jam sole.

3 Et dicebant ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti?

4 Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

5 Et introëuntes in monumentum viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, et obstupuerunt.

6 Qui dicit illis: Nolite expavescere: Jesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum.

7 Sed ite, dicite discipulis ejus, et Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

8 At illæ exeuntes, fugerunt de monumento: invaserat enim eas tremor et pavor: et nemini quidquam dixerunt: timebant enim.

9 Surgens autem mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene, de qua ejecerat septem dæmonia.

10 Illa vadens nuntiavit his, qui cum eo fuerant, lugentibus et flentibus.

11 Et illi audientes quia viveret, et visus esset ab ea, non crediderunt.

(= Mt 28,16-20 = Lc 24,13-49 = Jo 20,19-23)

12 Mais tarde, ele apareceu sob outra forma a dois entre eles que iam para o campo.

13 Eles foram anunciá-lo aos demais. Mas estes tampouco acreditaram.

14 Por fim, apareceu aos Onze, quando estavam sentados à mesa, e censurou-lhes a incredulidade e dureza de coração, por não acreditarem nos que o tinham visto ressuscitado.

15 E disse-lhes: "Ide por todo o mundo e pregai o Evangelho a toda criatura.

16 Quem crer e for batizado será salvo, mas quem não crer será condenado.

17 Estes milagres acompanharão os que crerem: expulsarão os demônios em meu nome, falarão novas línguas,

18 manusearão serpentes e, se beberem algum veneno mortal, não lhes fará mal; imporão as mãos aos enfermos e eles ficarão curados".

19 Depois que o Senhor Jesus lhes falou, foi levado ao céu e está sentado à direita de Deus.

20 Os discípulos partiram e pregaram por toda parte. O Senhor cooperava com eles e confirmava a sua palavra com os milagres que a acompanhavam.

12Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam:

13et illi euntes nuntiaverunt ceteris: nec illis crediderunt.

14Novissime recumbentibus illis undecim apparuit: et exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis: quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.

15Et dixit eis: Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ.

16Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.

17Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis:

18serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, et bene habebunt.

19Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, et sedet a dextris Dei.

20Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.

## São Lucas 1

[1] Muitos empreenderam compor uma história dos acontecimentos que se realizaram entre nós,

[2] como no-los transmitiram aqueles que foram desde o princípio testemunhas oculares e que se tornaram ministros da palavra.

[3] Também a mim me pareceu bem, depois de haver diligentemente investigado tudo desde o princípio, escrevê-los para ti segundo a ordem, excelentíssimo Teófilo,

[4] para que conheças a solidez daqueles ensinamentos que tens recebido.

[5] Nos tempos de Herodes, rei da Judeia, houve um sacerdote por nome Zacarias, da classe de Abias; sua mulher, descendente de Aarão, chamava-se Isabel.

[6] Ambos eram justos diante de Deus e observavam irrepreensivelmente todos os mandamentos e preceitos do Senhor.

[7] Mas não tinham filhos, porque Isabel era estéril e ambos de idade avançada.

[8] Ora, exercendo Zacarias diante de Deus as funções de sacerdote, na ordem da sua classe,

[9] coube-lhe por sorte, segundo o costume em uso entre os sacerdotes, entrar no santuário do Senhor e aí oferecer o perfume.

[10] Todo o povo estava de fora, à hora da oferenda do perfume.

[11] Apareceu-lhe então um anjo do Senhor, em pé, à direita do altar do perfume.

[12] Vendo-o, Zacarias ficou perturbado, e o temor assaltou-o.

[13] Mas o anjo disse-lhe: “Não temas, Zacarias, porque foi ouvida a tua oração: Isabel, tua mulher, vai dar-te um filho, e tu o chamarás João.

[14] Ele será para ti motivo de gozo e alegria, e muitos se alegrarão com o seu nascimento;

## Lucas 1

[1]Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum:

[2]sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis:

[3]visum est et mihi, assecuto omnia a principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile,

[4]ut cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

[5]Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, et uxor illius de filiabus Aaron, et nomen ejus Elisabeth.

[6]Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela.

[7]Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, et ambo processissent in diebus suis.

[8]Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum,

[9]secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini:

[10]et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.

[11]Apparuit autem illi angelus Domini, stans a dextris altaris incensi.

[12]Et Zacharias turbatus est videns, et timor irruit super eum.

[13]Ait autem ad illum angelus: Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus Joannem:

[14]et erit gaudium tibi, et exsultatio, et multi in nativitate ejus gaudebunt:

[15]erit enim magnus coram Domino: et vinum et siceram non bibet, et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ:

[15] porque será grande diante do Senhor e não beberá vinho nem licor, e desde o ventre de sua mãe será cheio do Espírito Santo;

[16] ele converterá muitos dos filhos de Israel ao Senhor, seu Deus,

[17] e irá adiante de Deus com o espírito e poder de Elias para reconduzir os corações dos pais aos filhos e os rebeldes à sabedoria dos justos, para preparar ao Senhor um povo bem disposto".

[18] Zacarias perguntou ao anjo: "Como terei certeza disso? Pois sou velho e minha mulher é de idade avançada".

[19] O anjo respondeu-lhe: "Eu sou Gabriel, que assisto diante de Deus, e fui enviado para te falar e te trazer esta feliz nova.

[20] Eis que ficarás mudo e não poderás falar até o dia em que estas coisas acontecerem, visto que não deste crédito às minhas palavras, que se hão de cumprir a seu tempo".

[21] No entanto, o povo estava esperando Zacarias; e admirava-se de que ele se demorasse tanto tempo no santuário.

[22] Ao sair, não lhes podia falar, e compreenderam que tivera no santuário uma visão. Ele lhes explicava isto por acenos; e permaneceu mudo.

[23] Decorridos os dias do seu ministério, retirou-se para sua casa.

[24] Algum tempo depois Isabel, sua mulher, concebeu; e por cinco meses se ocultava, dizendo:

[25] "Eis a graça que o Senhor me fez, quando lançou os olhos sobre mim para tirar o meu opróbrio dentre os homens".

[26] No sexto mês, o anjo Gabriel foi enviado por Deus a uma cidade da Galileia, chamada Nazaré,

[27] a uma virgem desposada com um homem que se chamava José, da casa de Davi e o nome da virgem era Maria.

[28] Entrando, o anjo disse-lhe: "Ave, cheia de graça, o Senhor é contigo".

[16]et multos filiorum Israël convertet ad Dominum Deum ipsorum:

[17]et ipse præcedet ante illum in spiritu et virtute Eliæ: ut convertat corda patrum in filios, et incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.

[18]Et dixit Zacharias ad angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, et uxor mea processit in diebus suis.

[19]Et respondens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: et missus sum loqui ad te, et hæc tibi evangelizare.

[20]Et ecce eris tacens, et non poteris loqui usque in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

[21]Et erat plebs exspectans Zachariam: et mirabantur quod tardaret ipse in templo.

[22]Egressus autem non poterat loqui ad illos, et cognoverunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, et permansit mutus.

[23]Et factum est, ut impleti sunt dies officii ejus, abiit in domum suam:

[24]post hos autem dies concepit Elisabeth uxor ejus, et occultabat se mensibus quinque, dicens:

[25]Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

[26]In mense autem sexto, missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,

[27]ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David: et nomen virginis Maria.

[28]Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

[29]Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio.

[30]Et ait angelus ei: Ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum.

[29] Perturbou-se ela com essas palavras e pôs-se a pensar no que significaria semelhante saudação.

[30] O anjo disse-lhe: “Não temas, Maria, pois encontraste graça diante de Deus.

[31] Eis que conceberás e darás à luz um filho, e lhe porás o nome de Jesus.

[32] Ele será grande e será chamado Filho do Altíssimo, e o Senhor Deus lhe dará o trono de seu pai Davi; e reinará eternamente na casa de Jacó,

[33] e o seu reino não terá fim”.

[34] Maria perguntou ao anjo: “Como se fará isso, pois não conheço homem?”

[35] Respondeu-lhe o anjo: “O Espírito Santo descerá sobre ti, e a força do Altíssimo te envolverá com a sua sombra. Por isso, o ente santo que nascer de ti será chamado Filho de Deus.

[36] Também Isabel, tua parenta, até ela concebeu um filho na sua velhice; e já está no sexto mês aquela que é tida por estéril,

[37] porque a Deus nenhuma coisa é impossível”.

[38] Então disse Maria: “Eis aqui a serva do Senhor. Faça-se em mim segundo a tua palavra”. E o anjo afastou-se dela.

[39] Naqueles dias, Maria se levantou e foi às pressas às montanhas, a uma cidade de Judá.

[40] Entrou em casa de Zacarias e saudou Isabel.

[41] Ora, apenas Isabel ouviu a saudação de Maria, a criança estremeceu no seu seio; e Isabel ficou cheia do Espírito Santo.

[42] E exclamou em alta voz: “Bendita és tu entre as mulheres e bendito é o fruto do teu ventre.

[43] Donde me vem esta honra de vir a mim a mãe de meu Senhor?

[44] Pois assim que a voz de tua saudação chegou aos meus ouvidos, a criança estremeceu de alegria no meu seio.

[31]Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum:

[32]hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in æternum,

[33]et regni ejus non erit finis.

[34]Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

[35]Et respondens angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

[36]Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis:

[37]quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

[38]Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

[39]Exsurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in civitatem Juda:

[40]et intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabeth.

[41]Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exsultavit infans in utero ejus: et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth:

[42]et exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

[43]Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?

[44]Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo.

[45]Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino.

[46]Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum:

[47]et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

[45] Bem-aventurada és tu que creste, pois se hão de cumprir as coisas que da parte do Senhor te foram ditas!".

[46] E Maria disse: "Minha alma glorifica ao Senhor,

[47] meu espírito exulta de alegria em Deus, meu Salvador,

[48] porque olhou para sua pobre serva. Por isso, desde agora, me proclamarão bem-aventurada todas as gerações,

[49] porque realizou em mim maravilhas aquele que é poderoso e cujo nome é Santo.

[50] Sua misericórdia se estende, de geração em geração, sobre os que o temem.

[51] Manifestou o poder do seu braço: desconcertou os corações dos soberbos.

[52] Derrubou do trono os poderosos e exaltou os humildes.

[53] Saciou de bens os indigentes e despediu de mãos vazias os ricos.

[54] Acolheu a Israel, seu servo, lembrado da sua misericórdia,

[55] conforme prometera a nossos pais, em favor de Abraão e sua posteridade, para sempre".

[56] Maria ficou com Isabel cerca de três meses. Depois voltou para casa.

[57] Completando-se para Isabel o tempo de dar à luz, teve um filho.

[58] Os seus vizinhos e parentes souberam que o Senhor lhe manifestara a sua misericórdia, e congratulavam-se com ela.

[59] No oitavo dia, foram circuncidar o menino e o queriam chamar pelo nome de seu pai, Zacarias.

[60] Mas sua mãe interveio: "Não" – disse ela – "ele se chamará João."

[61] Replicaram-lhe: "Não há ninguém na tua família que se chame por este nome".

[62] E perguntavam por acenos ao seu pai como queria que se chamasse.

[63] Ele, pedindo uma tabuinha, escreveu nela as palavras: "João é o seu nome". Todos ficaram pasmados.

[48]Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes,

[49]quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen ejus,

[50]et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.

[51]Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

[52]Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.

[53]Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes.

[54]Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ:

[55]sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini ejus in sæcula.

[56]Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: et reversa est in domum suam.

[57]Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, et peperit filium.

[58]Et audierunt vicini et cognati ejus quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei.

[59]Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariam.

[60]Et respondens mater ejus, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Joannes.

[61]Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.

[62]Innuebant autem patri ejus, quem vellet vocari eum.

[63]Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Joannes est nomen ejus. Et mirati sunt universi.

[64]Apertum est autem illico os ejus, et lingua ejus, et loquebatur benedicens Deum.

[65]Et factus est timor super omnes vicinos eorum: et super omnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc:

[64] E logo se lhe abriu a boca e soltou-se sua língua e ele falou, bendizendo a Deus.

[65] O temor apoderou-se de todos os seus vizinhos; o fato divulgou-se por todas as montanhas da Judeia.

[66] Todos os que o ouviam conservavam-no no coração, dizendo: "Que será este menino?". Porque a mão do Senhor estava com ele.

[67] Zacarias, seu pai, ficou cheio do Espírito Santo e profetizou, nestes termos:

[68] "Bendito seja o Senhor, Deus de Israel, porque visitou e resgatou o seu povo,

[69] e suscitou-nos um poderoso Salvador, na casa de Davi, seu servo

[70] (como havia anunciado, desde os primeiros tempos, mediante os seus santos profetas),

[71] para nos livrar dos nossos inimigos e das mãos de todos os que nos odeiam.

[72] Assim exerce a sua misericórdia com nossos pais, e se recorda de sua santa aliança,

[73] segundo o juramento que fez a nosso pai Abraão: de nos conceder que, sem temor,

[74] libertados de mãos inimigas, possamos servi-lo

[75] em santidade e justiça, em sua presença, todos os dias da nossa vida.

[76] E tu, menino, serás chamado profeta do Altíssimo, porque precederás o Senhor e lhe prepararás o caminho,

[77] para dar ao seu povo conhecer a salvação, pelo perdão dos pecados.

[78] Graças à ternura e misericórdia de nosso Deus, que nos vai trazer do alto a visita do Sol nascente,

[79] que há de iluminar os que jazem nas trevas e na sombra da morte e dirigir os nossos passos no caminho da paz."

[80] O menino foi crescendo e fortificava-se em espírito, e viveu nos desertos até o dia em que se apresentou diante de Israel.

[66]et posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit? etenim manus Domini erat cum illo.

[67]Et Zacharias pater ejus repletus est Spiritu Sancto: et prophetavit, dicens:

[68]Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ:

[69]et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui,

[70]sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt, prophetarum ejus:

[71]salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium qui oderunt nos:

[72]ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti:

[73]jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis

[74]ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi

[75]in sanctitate et justitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

[76]Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus,

[77]ad dandam scientiam salutis plebi ejus in remissionem peccatorum eorum

[78]per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

[79]illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

[80]Puer autem crescebat, et confortabatur spiritu: et erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israël.

## São Lucas 2

[1] Naqueles tempos, apareceu um decreto de César Augusto, ordenando o recenseamento de toda a terra.

[2] Esse recenseamento foi feito antes do governo de Quirino, na Síria.

[3] Todos iam alistar-se, cada um na sua cidade.

[4] Também José subiu da Galileia, da cidade de Nazaré, à Judeia, à Cidade de Davi, chamada Belém, porque era da casa e família de Davi,

[5] para se alistar com a sua esposa, Maria, que estava grávida.

[6] Estando eles ali, completaram-se os dias dela.

[7] E deu à luz seu filho primogênito, e, envolvendo-o em faixas, reclinou-o num presépio; porque não havia lugar para eles na hospedaria.

[8] Havia nos arredores uns pastores, que vigiavam e guardavam seu rebanho nos campos durante as vigílias da noite.

[9] Um anjo do Senhor apareceu-lhes e a glória do Senhor refulgiu ao redor deles, e tiveram grande temor.

[10] O anjo disse-lhes: “Não temais, eis que vos anuncio uma Boa-Nova que será alegria para todo o povo:

[11] hoje vos nasceu na Cidade de Davi um Salvador, que é o Cristo Senhor.

[12] Isto vos servirá de sinal: achareis um recém-nascido envolto em faixas e posto numa manjedoura”.

[13] E subitamente ao anjo se juntou uma multidão do exército celeste, que louvava a Deus e dizia:

[14] “Glória a Deus no mais alto dos céus e na terra paz aos homens, objetos da benevolência (divina).”

[15] Depois que os anjos os deixaram e voltaram para o céu, falaram os pastores uns com os outros: “Vamos até Belém e

## Lucas 2

[1]Factum est autem in diebus illis, exiit edictum a Cæsare Augusto ut describeretur universus orbis.

[2]Hæc descriptio prima facta est a præside Syriæ Cyrino:

[3]et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem.

[4]Ascendit autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: eo quod esset de domo et familia David,

[5]ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante.

[6]Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret.

[7]Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio.

[8]Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum.

[9]Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno.

[10]Et dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo:

[11]quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

[12]Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum, et positum in præsepio.

[13]Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, et dicentium:

[14]Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

[15]Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in cælum: pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.

vejamos o que se realizou e o que o Senhor nos manifestou".

16 Foram com grande pressa e acharam Maria e José, e o menino deitado na manjedoura.

17 Vendo-o, contaram o que se lhes havia dito a respeito deste menino.

18 Todos os que os ouviam admiravam-se das coisas que lhes contavam os pastores.

19 Maria conservava todas essas palavras, meditando-as no seu coração.

20 Voltaram os pastores, glorificando e louvando a Deus por tudo o que tinham ouvido e visto, e que estava de acordo com o que lhes fora dito.

21 Completados que foram os oito dias para ser circuncidado o menino, foi-lhe posto o nome de Jesus, como lhe tinha chamado o anjo, antes de ser concebido no seio materno.

22 Concluídos os dias da sua purificação segundo a Lei de Moisés, levaram-no a Jerusalém para o apresentar ao Senhor,

23 conforme o que está escrito na Lei do Senhor: "Todo primogênito do sexo masculino será consagrado ao Senhor" (Ex 13,2);

24 e para oferecerem o sacrifício prescrito pela Lei do Senhor, um par de rolas ou dois pombinhos.

25 Ora, havia em Jerusalém um homem chamado Simeão. Esse homem, justo e piedoso, esperava a consolação de Israel, e o Espírito Santo estava nele.

26 Fora-lhe revelado pelo Espírito Santo que não morreria sem primeiro ver o Cristo do Senhor.

27 Impelido pelo Espírito Santo, foi ao templo. E tendo os pais apresentado o menino Jesus, para cumprirem a respeito dele os preceitos da Lei,

28 tomou-o em seus braços e louvou a Deus nestes termos:

29 "Agora, Senhor, deixai o vosso servo ir em paz, segundo a vossa palavra.

16Et venerunt festinantes: et invenerunt Mariam, et Joseph, et infantem positum in præsepio.

17Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.

18Et omnes qui audierunt, mirati sunt: et de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos.

19Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

20Et reversi sunt pastores glorificantes et laudantes Deum in omnibus quæ audierant et viderant, sicut dictum est ad illos.

21Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur.

22Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino,

23sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur:

24et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

25Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et homo iste justus, et timoratus, exspectans consolationem Israël: et Spiritus Sanctus erat in eo.

26Et responsum acceperat a Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

27Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo,

28et ipse accepit eum in ulnas suas: et benedixit Deum, et dixit:

29Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace:

30quia viderunt oculi mei salutare tuum,

31quod parasti ante faciem omnium populorum:

32lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israël.

[30] Porque os meus olhos viram a vossa salvação

[31] que preparastes diante de todos os povos,

[32] como luz para iluminar as nações, e para a glória de vosso povo de Israel".

[33] Seu pai e sua mãe estavam admirados das coisas que dele se diziam.

[34] Simeão abençoou-os e disse a Maria, sua mãe: "Eis que este menino está destinado a ser uma causa de queda e de soerguimento para muitos homens em Israel, e a ser um sinal que provocará contradições,

[35] a fim de serem revelados os pensamentos de muitos corações. E uma espada transpassará a tua alma".

[36] Havia também uma profetisa chamada Ana, filha de Fanuel, da tribo de Aser; era de idade avançada.

[37] Depois de ter vivido sete anos com seu marido desde a sua virgindade, ficara viúva e agora, com oitenta e quatro anos, não se apartava do templo, servindo a Deus noite e dia em jejuns e orações.

[38] Chegando ela à mesma hora, louvava a Deus e falava de Jesus a todos aqueles que em Jerusalém esperavam a libertação.

[39] Após terem observado tudo segundo a Lei do Senhor, voltaram para a Galileia, à sua cidade de Nazaré.

[40] O menino ia crescendo e se fortificava: estava cheio de sabedoria, e a graça de Deus repousava nele.

[41] Seus pais iam todos os anos a Jerusalém para a festa da Páscoa.

[42] Tendo ele atingido doze anos, subiram a Jerusalém, segundo o costume da festa.

[43] Acabados os dias da festa, quando voltavam, ficou o menino Jesus em Jerusalém, sem que os seus pais o percebessem.

[44] Pensando que ele estivesse com os seus companheiros de comitiva, andaram caminho de um dia e o buscaram entre os parentes e conhecidos.

[33]Et erat pater ejus et mater mirantes super his quæ dicebantur de illo.

[34]Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israël, et in signum cui contradicetur:

[35]et tuam ipsius animam pertransibit gladius ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

[36]Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua.

[37]Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor: quæ non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die.

[38]Et hæc, ipsa hora superveniens, confitebatur Domino: et loquebatur de illo omnibus, qui exspectabant redemptionem Israël.

[39]Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth.

[40]Puer autem crescebat, et confortabatur plenus sapientia: et gratia Dei erat in illo.

[41]Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ.

[42]Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Jerosolymam secundum consuetudinem diei festi,

[43]consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt parentes ejus.

[44]Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos et notos.

[45]Et non invenientes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum.

[46]Et factum est, post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem eos.

[45] Mas não o encontrando, voltaram a Jerusalém, à procura dele.

[46] Três dias depois o acharam no templo, sentado no meio dos doutores, ouvindo-os e interrogando-os.

[47] Todos os que o ouviam estavam maravilhados da sabedoria de suas respostas.

[48] Quando eles o viram, ficaram admirados. E sua mãe disse-lhe: "Meu filho, que nos fizeste?! Eis que teu pai e eu andávamos à tua procura, cheios de aflição".

[49] Respondeu-lhes ele: "Por que me procuráveis? Não sabíeis que devo ocupar-me das coisas de meu Pai?".

[50] Eles, porém, não compreenderam o que ele lhes dissera.

[51] Em seguida, desceu com eles a Nazaré e lhes era submisso. Sua mãe guardava todas essas coisas no seu coração.

[52] E Jesus crescia em estatura, em sabedoria e graça, diante de Deus e dos homens. (= Mt 3,1-12 = Mc 1,1-8)

[47]Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia et responsis ejus.

[48]Et videntes admirati sunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te.

[49]Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?

[50]Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.

[51]Et descendit cum eis, et venit Nazareth: et erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.

[52]Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratia apud Deum et homines.

## São Lucas 3

[1] No ano décimo quinto do reinado do imperador Tibério, sendo Pôncio Pilatos governador da Judeia, Herodes, tetrarca da Galileia, seu irmão Filipe, tetrarca da Itureia e da província de Traconites, e Lisânias, tetrarca da Abilina,

[2] sendo sumos sacerdotes Anás e Caifás, veio a palavra do Senhor no deserto a João, filho de Zacarias.

[3] Ele percorria toda a região do Jordão, pregando o batismo de arrependimento para a remissão dos pecados,

[4] como está escrito no livro das palavras do profeta Isaías (40,3ss): Uma voz clama no deserto: Preparai o caminho do Senhor, endireitai as suas veredas.

[5] Todo vale será aterrado, e todo monte e outeiro serão arrasados; se tornará direito o que estiver torto, e os caminhos escabrosos serão aplainados.

## Lucas 3

[1]Anno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ, et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilinæ tetrarcha,

[2]sub principibus sacerdotum Anna et Caipha: factum est verbum Domini super Joannem, Zachariæ filium, in deserto.

[3]Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum,

[4]sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini; rectas facite semitas ejus:

[5]omnis vallis implebitur, et omnis mons, et collis humiliabitur: et erunt prava in directa, et aspera in vias planas:

[6]et videbit omnis caro salutare Dei.

[6] Todo homem verá a salvação de Deus.

[7] Dizia, pois, ao povo que vinha para ser batizado por ele: “Raça de víboras! Quem vos ensinou a fugir da ira iminente?

[8] Fazei, pois, uma conversão realmente frutuosa e não comeceis a dizer: Temos Abraão por pai. Pois vos digo: Deus tem poder para destas pedras suscitar filhos a Abraão.

[9] O machado já está posto à raiz das árvores. E toda árvore que não der fruto bom será cortada e lançada ao fogo”.

[10] Perguntava-lhe a multidão: “Que devemos fazer?”.

[11] Ele respondia: “Quem tem duas túnicas dê uma ao que não tem; e quem tem o que comer, faça o mesmo”.

[12] Também publicanos vieram para ser batizados, e perguntaram-lhe: “Mestre, que devemos fazer?”.

[13] Ele lhes respondeu: “Não exijais mais do que vos foi ordenado”.

[14] Do mesmo modo, os soldados lhe perguntavam: “E nós, que devemos fazer?”.Respondeu-lhes: “Não pratiqueis violência nem defraudeis a ninguém, e contentai-vos com o vosso soldo”.

[15] Ora, como o povo estivesse na expectativa, e como todos perguntassem em seus corações se talvez João fosse o Cristo,

[16] ele tomou a palavra, dizendo a todos: “Eu vos batizo na água, mas eis que vem outro mais poderoso do que eu, a quem não sou digno de lhe desatar a correia das sandálias; ele vos batizará no Espírito Santo e no fogo.

[17] Ele tem a pá na mão e limpará a sua eira, e recolherá o trigo ao seu celeiro, mas queimará as palhas num fogo inextinguível”.

[18] É assim que ele anunciava ao povo a Boa-Nova, e dirigia-lhe ainda muitas outras exortações.

[19] Mas Herodes, o tetrarca, repreendido por ele por causa de Herodíades, mulher de seu irmão, e por causa de todos os crimes que praticara,

[7]Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira?

[8]Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, et ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

[9]Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.

[10]Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?

[11]Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: et qui habet escas, similiter faciat.

[12]Venerunt autem et publicani ut baptizarentur, et dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus?

[13]At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis.

[14]Interrogabant autem eum et milites, dicentes: Quid faciemus et nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: et contenti estote stipendiis vestris.

[15]Existimante autem populo, et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus,

[16]respondit Joannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus: ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni:

[17]cujus ventilabrum in manu ejus, et purgabit aream suam, et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

[18]Multa quidem et alia exhortans evangelizabat populo.

[19]Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, et de omnibus malis quæ fecit Herodes,

[20]adjecit et hoc super omnia, et inclusit Joannem in carcere.

[20] acrescentou a todos eles também este: encerrou João no cárcere. (= Mt 3,13-17 = Mc 1,9ss = Jo 1,31-34)

[21] Quando todo o povo ia sendo batizado, também Jesus o foi. E estando ele a orar, o céu se abriu

[22] e o Espírito Santo desceu sobre ele em forma corpórea, como uma pomba; e veio do céu uma voz: "Tu és o meu Filho bem-amado; em ti ponho minha afeição". (= Mt 1,1-17)

[23] Quando Jesus começou o seu ministério, tinha cerca de trinta anos, e era tido por filho de José, filho de Heli, filho de Matat,

[24] filho de Levi, filho de Melqui, filho de Jané, filho de José,

[25] filho de Matatias, filho de Amós, filho de Naum, filho de Hesli, filho de Nagé,

[26] filho de Maat, filho de Matatias, filho de Semei, filho de José, filho de Judá,

[27] filho de Joanã, filho de Resa, filho de Zorobabel, filho de Salatiel, filho de Neri,

[28] filho de Melqui, filho de Adi, filho de Cosã, filho de Elmadão, filho de Her,

[29] filho de Jesus, filho de Eliezer, filho de Jorim, filho de Matat, filho de Levi,

[30] filho de Simeão, filho de Judá, filho de José, filho de Jonão, filho de Eliacim,

[31] filho de Meleia, filho de Mena, filho de Matata, filho de Natã, filho de Davi,

[32] filho de Jessé, filho de Obed, filho de Booz, filho de Salmon, filho de Naason,

[33] filho de Aminadab, filho de Arão, filho de Esron, filho de Farés, filho de Judá,

[34] filho de Jacó, filho de Isaac, filho de Abraão, filho de Taré, filho de Nacor,

[35] filho de Sarug, filho de Ragau, filho de Faleg, filho de Eber, filho de Salé,

[36] filho de Cainã, filho de Arfaxad, filho de Sem, filho de Noé, filho de Lamec,

[37] filho de Matusalém, filho de Henoc, filho de Jared, filho de Malaleel, filho de Cainã,

[38] filho de Henós, filho de Set, filho de Adão, filho de Deus. (= Mt 4,1-11 = Mc 1,12s)

[21]Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, et Jesu baptizato, et orante, apertum est cælum:

[22]et descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: et vox de cælo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.

[23]Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat,

[24]qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janne, qui fuit Joseph,

[25]qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge,

[26]qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Juda,

[27]qui fuit Joanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,

[28]qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her,

[29]qui fuit Jesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Jorim, qui fuit Mathat, qui fuit Levi,

[30]qui fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim,

[31]qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Natham, qui fuit David,

[32]qui fuit Jesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,

[33]qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Judæ,

[34]qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,

[35]qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,

[36]qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech,

[37]qui fuit Methusale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,

[38]qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

## São Lucas 4

[1] Cheio do Espírito Santo, voltou Jesus do Jordão e foi levado pelo Espírito ao deserto,

[2] onde foi tentado pelo demônio durante quarenta dias. Durante esse tempo ele nada comeu e, terminados esses dias, teve fome.

[3] Disse-lhe então o demônio: “Se és o Filho de Deus, ordena a esta pedra que se torne pão”.

[4] Jesus respondeu: “Está escrito: Não só de pão vive o homem, mas de toda a Palavra de Deus (Dt 8,3)”.

[5] O demônio levou-o em seguida a um alto monte e mostrou-lhe em um só momento todos os reinos da terra,

[6] e disse-lhe: “Eu te darei todo este poder e a glória desses reinos, porque me foram dados, e dou-os a quem quero.

[7] Portanto, se te prostrares diante de mim, tudo será teu”.

[8] Jesus disse-lhe: “Está escrito: Adorarás o Senhor, teu Deus, e a ele só servirás” (Dt 6,13).

[9] O demônio levou-o ainda a Jerusalém, ao ponto mais alto do templo, e disse-lhe: “Se és o Filho de Deus, lança-te daqui abaixo;

[10] porque está escrito: Ordenou aos seus anjos a teu respeito que te guardassem.

[11] E que te sustivessem em suas mãos, para não ferires o teu pé nalguma pedra” (Sl 90,11s).

[12] Jesus disse: “Foi dito: Não tentarás o Senhor, teu Deus” (Dt 6,16).

[13] Depois de tê-lo assim tentado de todos os modos, o demônio apartou-se dele até outra ocasião.

[14] Jesus, então, cheio da força do Espírito, voltou para a Galileia. E a sua fama divulgou-se por toda a região.

[15] Ele ensinava nas sinagogas e era aclamado por todos. (= Mt 13,53-58 = Mc 6,1-6)

[16] Dirigiu-se a Nazaré, onde se havia criado. Entrou na sinagoga em dia de sábado,

## Lucas 4

[1]Jesus autem plenus Spiritu Sancto regressus est a Jordane: et agebatur a Spiritu in desertum

[2]diebus quadraginta, et tentabatur a diabolo. Et nihil manducavit in diebus illis: et consummatis illis esuriit.

[3]Dixit autem illi diabolus: Si Filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat.

[4]Et respondit ad illum Jesus: Scriptum est: Quia non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei.

[5]Et duxit illum diabolus in montem excelsum, et ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis,

[6]et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc universam, et gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, et cui volo do illa.

[7]Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia.

[8]Et respondens Jesus, dixit illi: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.

[9]Et duxit illum in Jerusalem, et statuit eum super pinnam templi, et dixit illi: Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum.

[10]Scriptum est enim quod angelis suis mandavit de te, ut conservent te:

[11]et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

[12]Et respondens Jesus, ait illi: Dictum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

[13]Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus.

[14]Et regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam, et fama exiit per universam regionem de illo.

[15]Et ipse docebat in synagogis eorum, et magnificabatur ab omnibus.

[16]Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, et surrexit legere.

segundo o seu costume, e levantou-se para ler.

[17] Foi-lhe dado o livro do profeta Isaías. Desenrolando o livro, escolheu a passagem onde está escrito (61,1s):

[18] O Espírito do Senhor está sobre mim, porque me ungiu; e enviou-me para anunciar a Boa-Nova aos pobres, para sarar os contritos de coração,

[19] para anunciar aos cativos a redenção, aos cegos a restauração da vista, para pôr em liberdade os cativos, para publicar o ano da graça do Senhor.

[20] E, enrolando o livro, deu-o ao ministro e sentou-se; todos quantos estavam na sinagoga tinham os olhos fixos nele.

[21] Ele começou a dizer-lhes: “Hoje se cumpriu este oráculo que vós acabais de ouvir”.

[22] Todos lhe davam testemunho e se admiravam das palavras de graça, que procediam da sua boca, e diziam: “Não é este o filho de José?”.

[23] Então, lhes disse: “Sem dúvida me citareis este provérbio: Médico, cura-te a ti mesmo; todas as maravilhas que fizeste em Cafarnaum, segundo ouvimos dizer, faze-as também aqui na tua pátria”.

[24] E acrescentou: “Em verdade vos digo: nenhum profeta é bem aceito na sua pátria.

[25] Em verdade vos digo: muitas viúvas havia em Israel, no tempo de Elias, quando se fechou o céu por três anos e meio e houve grande fome por toda a terra;

[26] mas a nenhuma delas foi mandado Elias, senão a uma viúva em Sarepta, na Sidônia.

[27] Igualmente havia muitos leprosos em Israel, no tempo do profeta Eliseu; mas nenhum deles foi limpo, senão o sírio Naamã”.

[28] A essas palavras, encheram-se todos de cólera na sinagoga.

[29] Levantaram-se e lançaram-no fora da cidade; e conduziram-no até o alto do monte sobre o qual estava construída a sua cidade, e queriam precipitá-lo dali abaixo.

[17]Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ. Et ut revolvit librum, invenit locum ubi scriptum erat:

[18]Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde,

[19]prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum et diem retributionis.

[20]Et cum plicuisset librum, reddit ministro, et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.

[21]Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.

[22]Et omnes testimonium illi dabant: et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, et dicebant: Nonne hic est filius Joseph?

[23]Et ait illis: Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum: quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua.

[24]Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.

[25]In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cælum annis tribus et mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra:

[26]et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.

[27]Et multi leprosi erant in Israël sub Eliseo propheta: et nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.

[28]Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes.

[29]Et surrexerunt, et ejecerunt illum extra civitatem: et duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.

[30]Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

[31]Et descendit in Capharnaum civitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis.

[30] Ele, porém, passou por entre eles e retirou-se. (= Mc 1,21-28)

[31] Desceu a Cafarnaum, cidade da Galileia, e ali ensinava-os aos sábados.

[32] Maravilharam-se da sua doutrina, porque ele ensinava com autoridade.

[33] Estava na sinagoga um homem que tinha um demônio imundo, e exclamou em alta voz:

[34] "Deixa-nos! Que temos nós contigo, Jesus de Nazaré? Vieste para nos perder? Sei quem és: o Santo de Deus!".

[35] Mas Jesus replicou severamente: "Cala-te e sai deste homem". O demônio lançou-o por terra no meio de todos e saiu dele, sem lhe fazer mal algum.

[36] Todos ficaram cheios de pavor e falavam uns com os outros: "Que significa isso? Manda com poder e autoridade aos espíritos imundos, e eles saem?".

[37] E corria a sua fama por todos os lugares da circunvizinhança. (= Mt 8,14-22 = Mc 1,29-38)

[38] Saindo Jesus da sinagoga, entrou na casa de Simão. A sogra de Simão estava com febre alta; e pediram-lhe por ela.

[39] Inclinando-se sobre ela, ordenou ele à febre, e a febre deixou-a. Ela levantou-se imediatamente e pôs-se a servi-los.

[40] Depois do pôr do sol, todos os que tinham enfermos de diversas moléstias lhos traziam. Impondo-lhes a mão, os sarava.

[41] De muitos saíam os demônios, aos gritos, dizendo: "Tu és o Filho de Deus". Mas ele repreendia-os severamente, não lhes permitindo falar, porque sabiam que ele era o Cristo.

[42] Ao amanhecer, ele saiu e retirou-se para um lugar afastado. As multidões o procuravam e foram até onde ele estava e queriam detê-lo, para que não as deixasse.

[43] Mas ele disse-lhes: "É necessário que eu anuncie a Boa-Nova do Reino de Deus também às outras cidades, pois essa é a minha missão".

[32]Et stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ipsius.

[33]Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, et exclamavit voce magna,

[34]dicens: Sine, quid nobis et tibi, Jesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quis sis, Sanctus Dei.

[35]Et increpavit illum Jesus, dicens: Obmutesce, et exi ab eo. Et cum projecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.

[36]Et factus est pavor in omnibus, et colloquebantur ad invicem, dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate et virtute imperat immundis spiritibus, et exeunt?

[37]Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

[38]Surgens autem Jesus de synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: et rogaverunt illum pro ea.

[39]Et stans super illam imperavit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis.

[40]Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

[41]Exibant autem dæmonia a multis clamantia, et dicentia: Quia tu es Filius Dei: et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christum.

[42]Facta autem die egressus ibat in desertum locum, et turbæ requirebant eum, et venerunt usque ad ipsum: et detinebant illum ne discederet ab eis.

[43]Quibus ille ait: Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum.

[44]Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

[44] E andava pregando nas sinagogas da Galileia.

## São Lucas 5

[1] Estando Jesus um dia à margem do lago de Genesaré, o povo se comprimia em redor dele para ouvir a Palavra de Deus.

[2] Vendo duas barcas estacionadas à beira do lago –, pois os pescadores haviam descido delas para consertar as redes –,

[3] subiu a uma das barcas que era de Simão e pediu-lhe que a afastasse um pouco da terra; e sentado, ensinava da barca o povo.

[4] Quando acabou de falar, disse a Simão: "Faze-te ao largo, e lançai as vossas redes para pescar".

[5] Simão respondeu-lhe: "Mestre, trabalhamos a noite inteira e nada apanhamos; mas, por causa de tua palavra, lançarei a rede".

[6] Feito isto, apanharam peixes em tanta quantidade, que a rede se lhes rompia.

[7] Acenaram aos companheiros, que estavam na outra barca, para que viessem ajudar. Eles vieram e encheram ambas as barcas, de modo que quase iam ao fundo.

[8] Vendo isso, Simão Pedro caiu aos pés de Jesus e exclamou: "Retira-te de mim, Senhor, porque sou um homem pecador".

[9] É que tanto ele como seus companheiros estavam assombrados por causa da pesca que haviam feito.

[10] O mesmo acontecera a Tiago e João, filhos de Zebedeu, que eram seus companheiros. Então, Jesus disse a Simão: "Não temas; doravante serás pescador de homens".

[11] E, atracando as barcas à terra, deixaram tudo e o seguiram. (= Mt 8,1-4 = Mc 1,40-45)

[12] Estando ele numa cidade, apareceu um homem cheio de lepra. Vendo Jesus, lançou-se com o rosto por terra e lhe suplicou: "Senhor, se queres, podes limpar-me".

## Lucas 5

[1]Factum est autem, cum turbæ irruerunt in eum ut audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth.

[2]Et vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, et lavabant retia.

[3]Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas.

[4]Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam.

[5]Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.

[6]Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam: rumpebatur autem rete eorum.

[7]Et annuerunt sociis, qui erant in alia navi, ut venirent, et adjuvarent eos. Et venerunt, et impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur.

[8]Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine.

[9]Stupor enim circumdederat eum, et omnes qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant:

[10]similiter autem Jacobum et Joannem, filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Jesus: Noli timere: ex hoc jam homines eris capiens.

[11]Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

[12]Et factum est, cum esset in una civitatum, et ecce vir plenus lepra, et videns Jesum, et procidens in faciem, rogavit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.

[13] Jesus estendeu a mão, tocou-o e disse: “Eu quero; sê purificado!”. No mesmo instante desapareceu dele a lepra.

[14] Ordenou-lhe Jesus que o não contasse a ninguém, dizendo-lhe, porém: “Vai e mostra-te ao sacerdote, e oferece pela tua purificação o que Moisés prescreveu, para lhes servir de testemunho”.

[15] Entretanto, espalhava-se mais e mais a sua fama e concorriam grandes multidões para o ouvir e ser curadas das suas enfermidades.

[16] Mas ele costumava retirar-se a lugares solitários para orar. (= Mt 9,1-8 = Mc 2,1-12)

[17] Um dia estava ele ensinando. Ao seu derredor estavam sentados fariseus e doutores da Lei, vindos de todas as localidades da Galileia, da Judeia e de Jerusalém. E o poder do Senhor fazia-o realizar várias curas.

[18] Apareceram algumas pessoas trazendo num leito um homem paralítico; e procuravam introduzi-lo na casa e pô-lo diante dele.

[19] Mas, não achando por onde o introduzir, por causa da multidão, subiram ao telhado e por entre as telhas o arriaram com o leito ao meio da assembleia, diante de Jesus.

[20] Vendo a fé que tinham, disse Jesus: “Meu amigo, os teus pecados te são perdoados”.

[21] Então, os escribas e os fariseus começaram a pensar e a dizer consigo mesmos: “Quem é este homem que profere blasfêmias? Quem pode perdoar pecados senão unicamente Deus?”.

[22] Jesus, porém, penetrando nos seus pensamentos, replicou-lhes: “Que pensais nos vossos corações?

[23] Que é mais fácil dizer: Perdoados te são os pecados; ou dizer: Levanta-te e anda?

[24] Ora, para que saibais que o Filho do Homem tem na terra poder de perdoar pecados (disse ele ao paralítico), eu te ordeno: levanta-te, toma o teu leito e vai para tua casa”.

[13]Et extendens manum, tetigit eum dicens: Volo: mundare. Et confestim lepra discessit ab illo.

[14]Et ipse præcepit illi ut nemini diceret: sed, Vade, ostende te sacerdoti, et offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis.

[15]Perambulabat autem magis sermo de illo: et conveniebant turbæ multæ ut audirent, et curarentur ab infirmitatibus suis.

[16]Ipse autem secedebat in desertum, et orabat.

[17]Et factum est in una dierum, et ipse sedebat docens. Et erant pharisæi sedentes, et legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, et Judææ, et Jerusalem: et virtus Domini erat ad sanandum eos.

[18]Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: et quærebant eum inferre, et ponere ante eum.

[19]Et non invenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, et per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante Jesum.

[20]Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua.

[21]Et cœperunt cogitare scribæ et pharisæi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

[22]Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris?

[23]Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, et ambula?

[24]Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) tibi dico, surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.

[25]Et confestim consurgens coram illis, tulit lectum in quo jacebat: et abiit in domum suam, magnificans Deum.

[26]Et stupor apprehendit omnes, et magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie.

25 No mesmo instante, levantou-se ele à vista deles, tomou o leito e partiu para casa, glorificando a Deus.

26 Todos ficaram transportados de entusiasmo e glorificavam a Deus; e tomados de temor, diziam: “Hoje vimos coisas maravilhosas”.

27 Depois disso, ele saiu e viu sentado ao balcão um coletor de impostos, por nome Levi, e disse-lhe: “Segue-me.”

28 Deixando ele tudo, levantou-se e o seguiu.

29 Levi deu-lhe um grande banquete em sua casa; vários desses fiscais e outras pessoas estavam sentados à mesa com eles.

30 Os fariseus e os seus escribas puseram-se a criticar e a perguntar aos discípulos: “Por que comeis e bebeis com os publicanos e pessoas de má vida?”.

31 Respondeu-lhes Jesus: “Não são os homens de boa saúde que necessitam de médico, mas sim os enfermos.

32 Não vim chamar à conversão os justos, mas sim os pecadores”. (= Mt 9,9-17 = Mc 2,13-22)

33 Eles então lhe disseram: “Os discípulos de João e os discípulos dos fariseus jejuam com frequência e fazem longas orações, mas os teus comem e bebem...”.

34 Jesus respondeu-lhes: “Porventura podeis vós obrigar a jejuar os amigos do esposo, enquanto o esposo está com eles?

35 Virão dias em que o esposo lhes será tirado; então jejuarão”.

36 Propôs-lhes também esta comparação: “Ninguém rasga um pedaço de roupa nova para remendar uma roupa velha, porque assim estragaria uma roupa nova. Além disso, o remendo novo não assentaria bem na roupa velha.

37 Também ninguém põe vinho novo em odres velhos; do contrário, o vinho novo arrebentará os odres; e entornará o vinho, e os odres se estragarão;

38 mas o vinho novo deve-se pôr em odres novos, e assim ambos se conservam.

27Et post hæc exiit, et vidit publicanum nomine Levi, sedentem ad telonium, et ait illi: Sequere me.

28Et relictis omnibus, surgens secutus est eum.

29Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua: et erat turba multa publicanorum, et aliorum qui cum illis erant discumbentes.

30Et murmurabant pharisæi et scribæ eorum, dicentes ad discipulos ejus: Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis?

31Et respondens Jesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent.

32Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.

33At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Joannis jejunant frequenter, et obsecrationes faciunt, similiter et pharisæorum: tui autem edunt et bibunt?

34Quibus ipse ait: Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare?

35Venient autem dies, cum ablatus fuerit ab illis sponsus: tunc jejunabunt in illis diebus.

36Dicebat autem et similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram a novo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin et novum rumpit, et veteri non convenit commissura a novo.

37Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin rumpet vinum novum utres, et ipsum effundetur, et utres peribunt:

38sed vinum novum in utres novos mittendum est, et utraque conservantur.

39Et nemo bibens vetus, statim vult novum: dicit enim: Vetus melius est.

[39] Demais, ninguém que bebeu do vinho velho quer já do novo, porque diz: “O vinho velho é melhor” (= Mt 12,1-8 = Mc 2,23-28)

## São Lucas 6

[1] Em dia de sábado, Jesus atravessava umas plantações; seus discípulos iam colhendo espigas (de trigo), debulhavam-nas na mão e comiam.

[2] Alguns dos fariseus lhes diziam: “Por que fazeis o que não é permitido no sábado?”.

[3] Jesus respondeu: “Acaso não tendes lido o que fez Davi, quando teve fome, ele e os seus companheiros;

[4] como entrou na casa de Deus e tomou os pães da proposição e deles comeu e deu de comer aos seus companheiros, se bem que só aos sacerdotes era permitido comê-los?”

[5] E ajuntou: “O Filho do Homem é senhor também do sábado”. (= Mt 12,9-14 = Mc 3,1-6)

[6] Em outro dia de sábado, Jesus entrou na sinagoga e ensinava. Achava-se ali um homem que tinha a mão direita seca.

[7] Ora, os escribas e os fariseus observavam Jesus para ver se ele curaria no dia de sábado. Eles teriam então pretexto para acusá-lo.

[8] Mas Jesus conhecia os pensamentos deles e disse ao homem que tinha a mão seca: “Levanta-te e põe-te em pé, aqui no meio”. Ele se levantou e ficou em pé.

[9] Disse-lhes Jesus: “Pergunto-vos se no sábado é permitido fazer o bem ou o mal; salvar a vida, ou deixá-la perecer”.

[10] E, relanceando os olhos sobre todos, disse ao homem: “Estende tua mão”. Ele a estendeu, e foi-lhe restabelecida a mão.

[11] Mas eles encheram-se de furor e indagavam uns aos outros o que fariam a Jesus. (= Mt 10,1-4; 12,15-21 = Mc 3,13-19)

[12] Naqueles dias, Jesus retirou-se a uma montanha para rezar, e passou aí toda a noite orando a Deus.

## Lucas 6

[1]Factum est autem in sabbato secundo, primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli ejus spicas, et manducabant confricantes manibus.

[2]Quidam autem pharisæorum, dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis?

[3]Et respondens Jesus ad eos, dixit: Nec hoc legistis quod fecit David, cum esurisset ipse, et qui cum illo erant?

[4]quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis sumpsit, et manducavit, et dedit his qui cum ipso erant: quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus?

[5]Et dicebat illis: Quia dominus est Filius hominis etiam sabbati.

[6]Factum est autem in alio sabbato, ut intraret in synagogam, et doceret. Et erat ibi homo, et manus ejus dextra erat arida.

[7]Observabant autem scribæ et pharisæi si in sabbato curaret, ut invenirent unde accusarent eum.

[8]Ipse vero sciebat cogitationes eorum: et ait homini qui habebat manum aridam: Surge, et sta in medium. Et surgens stetit.

[9]Ait autem ad illos Jesus: Interrogo vos si licet sabbatis benefacere, an male: animam salvam facere, an perdere?

[10]Et circumspectis omnibus dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit: et restituta est manus ejus.

[11]Ipsi autem repleti sunt insipientia, et colloquebantur ad invicem, quidnam facerent Jesu.

[12]Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, et erat pernoctans in oratione Dei.

[13]Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos: et elegit duodecim ex ipsis (quos et apostolos nominavit):

[13] Ao amanhecer, chamou os seus discípulos e escolheu doze dentre eles que chamou de apóstolos:

[14] Simão, a quem deu o sobrenome de Pedro; André, seu irmão; Tiago, João, Filipe, Bartolomeu,

[15] Mateus, Tomé, Tiago, filho de Alfeu; Simão, chamado Zelador;

[16] Judas, irmão de Tiago; e Judas Iscariotes, aquele que foi o traidor. Multidão de discípulos

[17] Descendo com eles, parou numa planície. Aí se achava um grande número de seus discípulos e uma grande multidão de pessoas vindas da Judeia, de Jerusalém, da região marítima, de Tiro e Sidônia, que tinham vindo para ouvi-lo e serem curadas de suas enfermidades.

[18] E os que eram atormentados dos espíritos imundos ficavam livres.

[19] Todo o povo procurava tocá-lo, pois saía dele uma força que os curava a todos. (= Mt 5ss)

[20] Então, ele ergueu os olhos para os seus discípulos e disse: "Bem-aventurados vós que sois pobres, porque vosso é o Reino de Deus!

[21] Bem-aventurados vós que agora tendes fome, porque sereis fartos! Bem-aventurados vós que agora chorais, porque vos alegrareis!

[22] Bem-aventurados sereis quando os homens vos odiarem, vos expulsarem, vos ultrajarem, e quando repelirem o vosso nome como infame por causa do Filho do Homem!

[23] Alegrai-vos naquele dia e exultai, porque grande é o vosso galardão no céu. Era assim que os pais deles tratavam os profetas.

[24] Mas ai de vós, ricos, porque tendes a vossa consolação!

[25] Ai de vós, que estais fartos, porque vireis a ter fome! Ai de vós, que agora rides, porque gemereis e chorareis!

[14]Simonem, quem cognominavit Petrum, et Andream fratrem ejus, Jacobum, et Joannem, Philippum, et Bartholomæum,

[15]Matthæum, et Thomam, Jacobum Alphæi, et Simonem, qui vocatur Zelotes,

[16]et Judam Jacobi, et Judam Iscariotem, qui fuit proditor.

[17]Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, et turba discipulorum ejus, et multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, et Jerusalem, et maritima, et Tyri, et Sidonis,

[18]qui venerant ut audirent eum, et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur.

[19]Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes.

[20]Et ipse elevatis oculis in discipulis suis, dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.

[21]Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

[22]Beati eritis cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprobraverint, et ejicerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis.

[23]Gaudete in illa die, et exsultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo: secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum.

[24]Verumtamen væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.

[25]Væ vobis, qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis et flebitis.

[26]Væ cum benedixerint vobis homines: secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.

[27]Sed vobis dico, qui auditis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.

[28]Benedicite maledicentibus vobis, et orate pro calumniantibus vos.

[29]Et qui te percutit in maxillam, præbe et alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.

[26] Ai de vós, quando vos louvarem os homens, porque assim faziam os pais deles aos falsos profetas!

[27] Digo-vos a vós que me ouvis: amai os vossos inimigos, fazei bem aos que vos odeiam,

[28] abençoai os que vos maldizem e orai pelos que vos injuriam.

[29] Ao que te ferir numa face, oferece-lhe também a outra. E ao que te tirar a capa, não impeças de levar também a túnica.

[30] Dá a todo o que te pedir; e ao que tomar o que é teu, não lho reclames.

[31] O que quereis que os homens vos façam, fazei-o também a eles.

[32] Se amais os que vos amam, que recompensa mereceis? Também os pecadores amam aqueles que os amam.

[33] E se fazeis bem aos que vos fazem bem, que recompensa mereceis? Pois o mesmo fazem também os pecadores.

[34] Se emprestais àqueles de quem esperais receber, que recompensa mereceis? Também os pecadores emprestam aos pecadores, para receberem outro tanto.

[35] Pelo contrário, amai os vossos inimigos, fazei bem e emprestai, sem daí esperar nada. E grande será a vossa recompensa e sereis filhos do Altíssimo, porque ele é bom para com os ingratos e maus.

[36] Sede misericordiosos, como também vosso Pai é misericordioso.

[37] Não julgueis, e não sereis julgados; não condeneis, e não sereis condenados; perdoai, e sereis perdoados;

[38] dai, e vos será dado. Será colocada em vosso regaço medida boa, cheia, recalcada e transbordante, porque, com a mesma medida com que medirdes, sereis medidos vós também".

[39] Propôs-lhes também esta comparação: Pode acaso um cego guiar outro cego? Não cairão ambos na cova?

[30]Omni autem petenti te, tribue: et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.

[31]Et prout vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter.

[32]Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam et peccatores diligentes se diligunt.

[33]Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem et peccatores hoc faciunt.

[34]Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? nam et peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia.

[35]Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite, et mutuum date, nihil inde sperantes: et erit merces vestra multa, et eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos et malos.

[36]Estote ergo misericordes sicut et Pater vester misericors est.

[37]Nolite judicare, et non judicabimini: nolite condemnare, et non condemnabimini. Dimittite, et dimittemini.

[38]Date, et dabitur vobis: mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.

[39]Dicebat autem illis et similitudinem: Numquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foveam cadunt?

[40]Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus.

[41]Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras?

[42]aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine ejiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.

[40] O discípulo não é superior ao mestre; mas todo discípulo perfeito será como o seu mestre.

[41] Por que vês tu o argueiro no olho de teu irmão e não reparas na trave que está no teu olho?

[42] Ou como podes dizer a teu irmão: Deixa-me, irmão, tirar de teu olho o argueiro, quando tu não vês a trave no teu olho? Hipócrita, tira primeiro a trave do teu olho e depois enxergarás para tirar o argueiro do olho de teu irmão.

[43] "Uma árvore boa não dá frutos maus, uma árvore má não dá bom fruto.

[44] Porquanto cada árvore se conhece pelo seu fruto. Não se colhem figos dos espinheiros, nem se apanham uvas dos abrolhos.

[45] O homem bom tira coisas boas do bom tesouro do seu coração, e o homem mau tira coisas más do seu mau tesouro, porque a boca fala daquilo de que o coração está cheio.

[46] Por que me chamais: Senhor, Senhor... e não fazeis o que digo?

[47] Todo aquele que vem a mim ouve as minhas palavras e as pratica, eu vos mostrarei a quem é semelhante.

[48] É semelhante ao homem que, edificando uma casa, cavou bem fundo e pôs os alicerces sobre a rocha. As águas transbordaram, precipitaram-se as torrentes contra aquela casa e não a puderam abalar, porque ela estava bem construída.

[49] Mas aquele que as ouve e não as observa é semelhante ao homem que construiu a sua casa sobre a terra movediça, sem alicerces. A torrente investiu contra ela, e ela logo ruiu; e grande foi a ruína daquela casa." (= Mt 8,5-13)

[43]Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum.

[44]Unaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant uvam.

[45]Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: et malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

[46]Quid autem vocatis me Domine, Domine: et non facitis quæ dico?

[47]Omnis qui venit ad me, et audit sermones meos, et facit eos, ostendam vobis cui similis sit:

[48]similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, et posuit fundamentum super petram: inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, et non potuit eam movere: fundata enim erat super petram.

[49]Qui autem audit, et non facit, similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illisus est fluvius, et continuo cecidit: et facta est ruina domus illius magna.

## São Lucas 7

[1] Tendo Jesus concluído todos os seus discursos ao povo que o escutava, entrou em Cafarnaum.

## Lucas 7

[1]Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intravit Capharnaum.

[2] Havia lá um centurião que tinha um servo a quem muito estimava e que estava à morte.

[3] Tendo ouvido falar de Jesus, enviou-lhe alguns anciãos dos judeus, rogando-lhe que o viesse curar.

[4] Aproximando-se eles de Jesus, rogavam-lhe encarecidamente: "Ele bem merece que lhe faças este favor,

[5] pois é amigo da nossa nação e foi ele mesmo quem nos edificou uma sinagoga".

[6] Jesus então foi com eles. E já não estava longe da casa, quando o centurião lhe mandou dizer por amigos seus: "Senhor, não te incomodes tanto assim, porque não sou digno de que entres em minha casa;

[7] por isso, nem me achei digno de chegar-me a ti, mas dize somente uma palavra e o meu servo será curado.

[8] Pois também eu, simples subalterno, tenho soldados às minhas ordens; e digo a um: Vai ali! E ele vai; e a outro: Vem cá! E ele vem; e ao meu servo: Faze isto! E ele o faz".

[9] Ouvindo essas palavras, Jesus ficou admirado. E, voltando-se para o povo que o ia seguindo, disse: "Em verdade vos digo: nem mesmo em Israel encontrei tamanha fé".

[10] Voltando para a casa do centurião os que haviam sido enviados, encontraram o servo curado.

[11] No dia seguinte, dirigiu-se Jesus a uma cidade chamada Naim. Iam com ele diversos discípulos e muito povo.

[12] Ao chegar perto da porta da cidade, eis que levavam um defunto a ser sepultado, filho único de uma viúva; acompanhava-a muita gente da cidade.

[13] Vendo-a o Senhor, movido de compaixão para com ela, disse-lhe: "Não chores!".

[14] E, aproximando-se, tocou no esquife, e os que o levavam pararam. Disse Jesus: "Moço, eu te ordeno, levanta-te".

[15] Sentou-se o que estivera morto e começou a falar, e Jesus entregou-o à sua mãe.

[2]Centurionis autem cujusdam servus male habens, erat moriturus: qui illi erat pretiosus.

[3]Et cum audisset de Jesu, misit ad eum seniores Judæorum, rogans eum ut veniret et salvaret servum ejus.

[4]At illi cum venissent ad Jesum, rogabant eum sollicite, dicentes ei: Quia dignus est ut hoc illi præstes:

[5]diligit enim gentem nostram, et synagogam ipse ædificavit nobis.

[6]Jesus autem ibat cum illis. Et cum jam non longe esset a domo, misit ad eum centurio amicos, dicens: Domine, noli vexari: non enim sum dignus ut sub tectum meum intres:

[7]propter quod et meipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te: sed dic verbo, et sanabitur puer meus.

[8]Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: et dico huic, Vade, et vadit: et alii, Veni, et venit: et servo meo, Fac hoc, et facit.

[9]Quo audito Jesus miratus est: et conversus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Israël tantam fidem inveni.

[10]Et reversi, qui missi fuerant, domum, invenerunt servum, qui languerat, sanum.

[11]Et factum est: deinceps ibat in civitatem quæ vocatur Naim: et ibant cum eo discipuli ejus et turba copiosa.

[12]Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ: et hæc vidua erat: et turba civitatis multa cum illa.

[13]Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.

[14]Et accessit, et tetigit loculum. (Hi autem qui portabant, steterunt.) Et ait: Adolescens, tibi dico, surge.

[15]Et resedit qui erat mortuus, et cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ.

[16]Accepit autem omnes timor: et magnificabant Deum, dicentes: Quia

[16] Apoderou-se de todos o temor, e glorificavam a Deus, dizendo: “Um grande profeta surgiu entre nós: Deus voltou os olhos para o seu povo”.

[17] A notícia desse fato correu por toda a Judeia e por toda a circunvizinhança. (= Mt 11,2-19)

[18] Os discípulos de João contaram-lhe todas estas coisas.

[19] E João chamou dois dos seus discípulos e enviou-os a Jesus, perguntando: “És tu o que há de vir ou devemos esperar por outro?”.

[20] Chegando estes homens a ele, disseram: “João Batista enviou-nos a ti, perguntando: És tu o que há de vir ou devemos esperar por outro?”.

[21] Ora, naquele momento Jesus havia curado muitas pessoas de enfermidades, de doenças e de espíritos malignos e dado a vista a muitos cegos.

[22] Respondeu-lhes ele: “Ide anunciar a João o que tendes visto e ouvido: os cegos veem, os coxos andam, os leprosos ficam limpos, os surdos ouvem, os mortos ressuscitam, aos pobres é anunciado o Evangelho;

[23] e bem-aventurado é aquele para quem eu não for ocasião de queda!”

[24] Depois que se retiraram os mensageiros de João, ele começou a falar de João ao povo: “Que fostes ver no deserto? Um caniço agitado pelo vento?

[25] Mas que fostes ver? Um homem vestido de roupas finas? Mas os que vestem roupas preciosas e vivem no luxo estão nos palácios dos reis.

[26] Mas, enfim, que fostes ver? Um profeta? Sim, digo-vos, e mais do que profeta.

[27] Este é aquele de quem está escrito: Eis que envio o meu mensageiro ante a tua face; ele preparará o teu caminho diante de ti (Ml 3,1).

[28] Pois vos digo: entre os nascidos de mulher não há maior que João. Entretanto, o menor no Reino de Deus é maior do que ele.

propheta magnus surrexit in nobis: et quia Deus visitavit plebem suam.

[17]Et exiit hic sermo in universam Judæam de eo, et in omnem circa regionem.

[18]Et nuntiaverunt Joanni discipuli ejus de omnibus his.

[19]Et convocavit duos de discipulis suis Joannes, et misit ad Jesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?

[20]Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Joannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?

[21](In ipsa autem hora multos curavit a languoribus, et plagis, et spiritibus malis, et cæcis multis donavit visum.)

[22]Et respondens, dixit illis: Euntes renuntiate Joanni quæ audistis et vidistis: quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur:

[23]et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.

[24]Et cum discessissent nuntii Joannis, cœpit de Joanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?

[25]Sed quid existis videre? hominem mollibus vestibus indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt et deliciis, in domibus regum sunt.

[26]Sed quid existis videre? prophetam? Utique dico vobis, et plus quam prophetam:

[27]hic est, de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

[28]Dico enim vobis: major inter natos mulierum propheta Joanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, major est illo.

[29]Et omnis populus audiens et publicani, justificaverunt Deum, baptizati baptismo Joannis.

[29] Ouvindo-o todo o povo, e mesmo os publicanos, deram razão a Deus, fazendo-se batizar com o batismo de João.

[30] Os fariseus, porém, e os doutores da Lei, recusando o seu batismo, frustraram o desígnio de Deus a seu respeito.

[31] A quem compararei os homens desta geração? Com quem se assemelham?

[32] São semelhantes a meninos que, sentados na praça, falam uns com os outros, dizendo: Tocamos a flauta e não dançastes; entoamos lamentações e não chorastes.

[33] Pois veio João Batista, que nem comia pão nem bebia vinho, e dizeis: Ele está possuído do demônio.

[34] Veio o Filho do Homem, que come e bebe, e dizeis: Eis um comilão e beberrão, amigo dos publicanos e libertinos.

[35] Mas a sabedoria foi justificada por todos os seus filhos".

[36] Um fariseu convidou Jesus a ir comer com ele. Jesus entrou na casa dele e pôs-se à mesa.

[37] Uma mulher pecadora da cidade, quando soube que estava à mesa em casa do fariseu, trouxe um vaso de alabastro cheio de perfume;

[38] e, estando a seus pés, por detrás dele, começou a chorar. Pouco depois, suas lágrimas banhavam os pés do Senhor e ela os enxugava com os cabelos, beijava-os e os ungia com o perfume.

[39] Ao presenciar isso, o fariseu, que o tinha convidado, dizia consigo mesmo: "Se este homem fosse profeta, bem saberia quem e qual é a mulher que o toca, pois é pecadora".

[40] Então, Jesus lhe disse: "Simão, tenho uma coisa a dizer-te". –. "Fala, Mestre" – disse ele.

[41] "Um credor tinha dois devedores: um lhe devia quinhentos denários e o outro, cinquenta.

[42] Não tendo eles com que pagar, perdoou a ambos a sua dívida. Qual deles o amará mais?"

[30]Pharisæi autem et legisperiti consilium Dei spreverunt in semetipsos, non baptizati ab eo.

[31]Ait autem Dominus: Cui ergo similes dicam homines generationis hujus? et cui similes sunt?

[32]Similes sunt pueris sedentibus in foro, et loquentibus ad invicem, et dicentibus: Cantavimus vobis tibiis, et non saltastis: lamentavimus, et non plorastis.

[33]Venit enim Joannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum, et dicitis: Dæmonium habet.

[34]Venit Filius hominis manducans, et bibens, et dicitis: Ecce homo devorator, et bibens vinum, amicus publicanorum et peccatorum.

[35]Et justificata est sapientia ab omnibus filiis suis.

[36]Rogabat autem illum quidam de pharisæis ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisæi discubuit.

[37]Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod accubuisset in domo pharisæi, attulit alabastrum unguenti:

[38]et stans retro secus pedes ejus, lacrimis cœpit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat.

[39]Videns autem pharisæus, qui vocaverat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret utique quæ et qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est.

[40]Et respondens Jesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic.

[41]Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta.

[42]Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit?

[43]Respondens Simon dixit: Æstimo quia is cui plus donavit. At ille dixit ei: Recte judicasti.

[43] Simão respondeu: "A meu ver, aquele a quem ele mais perdoou". Jesus replicou-lhe: "Julgaste bem".

[44] E voltando-se para a mulher, disse a Simão: "Vês esta mulher? Entrei em tua casa e não me deste água para lavar os pés; mas esta, com as suas lágrimas, regou-me os pés e enxugou-os com os seus cabelos.

[45] Não me deste o ósculo; mas esta, desde que entrou, não cessou de beijar-me os pés.

[46] Não me ungiste a cabeça com óleo; mas esta, com perfume, ungiu-me os pés.

[47] Por isso, te digo: seus numerosos pecados lhe foram perdoados, porque ela tem demonstrado muito amor. Mas ao que pouco se perdoa, pouco ama".

[48] E disse a ela: "Perdoados te são os pecados".

[49] Os que estavam com ele à mesa começaram a dizer, então: "Quem é este homem que até perdoa pecados?".

[50] Mas Jesus, dirigindo-se à mulher, disse-lhe: "Tua fé te salvou; vai em paz".

[44]Et conversus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrimis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit.

[45]Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos.

[46]Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos.

[47]Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

[48]Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata.

[49]Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit?

[50]Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.

## São Lucas 8

[1] Depois disso, Jesus andava pelas cidades e aldeias anunciando a Boa-Nova do Reino de Deus.

[2] Os Doze estavam com ele, como também algumas mulheres que tinham sido livradas de espíritos malignos e curadas de enfermidades: Maria, chamada Madalena, da qual tinham saído sete demônios;

[3] Joana, mulher de Cuza, procurador de Herodes; Susana e muitas outras, que o assistiram com as suas posses. (= Mt 13,1-23; 5,15 = Mc 4,1-25)

[4] Havia se reunido uma grande multidão: eram pessoas vindas de várias cidades para junto dele. Ele lhes disse esta parábola:

[5] "Saiu o semeador a semear a sua semente. E, ao semear, parte da semente caiu à beira do caminho; foi pisada, e as aves do céu a comeram.

## Lucas 8

[1]Et factum est deinceps, et ipse iter faciebat per civitates, et castella prædicans, et evangelizans regnum Dei: et duodecim cum illo,

[2]et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a spiritibus malignis et infirmantibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant,

[3]et Joanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, et Susanna, et aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

[4]Cum autem turba plurima convenirent, et de civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem:

[5]Exiit qui seminat, seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, et conculcatum est, et volucres cæli comederunt illud.

[6]Et aliud cecidit supra petram: et natum aruit, quia non habebat humorem.

[6] Outra caiu no pedregulho; e, tendo nascido, secou, por falta de umidade.

[7] Outra caiu entre os espinhos; cresceram com ela os espinhos, e sufocaram-na.

[8] Outra, porém, caiu em terra boa; tendo crescido, produziu fruto cem por um". Dito isso, Jesus acrescentou alteando a voz: "Quem tem ouvidos para ouvir, ouça!".

[9] Os seus discípulos perguntaram-lhe a significação desta parábola.

[10] Ele respondeu: "A vós é concedido conhecer os mistérios do Reino de Deus, mas aos outros se lhes fala por parábolas; de forma que vendo não vejam, e ouvindo não entendam.

[11] Eis o que significa esta parábola: a semente é a Palavra de Deus.

[12] Os que estão à beira do caminho são aqueles que ouvem; mas depois vem o demônio e lhes tira a palavra do coração, para que não creiam nem se salvem.

[13] Aqueles que a recebem em solo pedregoso são os ouvintes da Palavra de Deus que a acolhem com alegria; mas não têm raiz, porque creem até certo tempo, e na hora da provação a abandonam.

[14] A que caiu entre os espinhos, estes são os que ouvem a palavra, mas, prosseguindo o caminho, são sufocados pelos cuidados, riquezas e prazeres da vida, e assim os seus frutos não amadurecem.

[15] A que caiu na terra boa são os que ouvem a palavra com coração reto e bom, retêm-na e dão fruto pela perseverança.

[16] Ninguém acende uma lâmpada e a cobre com um vaso ou a põe debaixo da cama; mas a põe sobre um castiçal, para iluminar os que entram.

[17] Porque não há coisa oculta que não acabe por se manifestar, nem secreta que não venha a ser descoberta.

[18] Vede, pois, como é que ouvis. Porque ao que tiver lhe será dado; e ao que não tiver até aquilo que julga ter lhe será tirado". (= Mt 12,46-50 = Mc 3,31-35)

[7]Et aliud cecidit inter spinas, et simul exortæ spinæ suffocaverunt illud.

[8]Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.

[9]Interrogabant autem eum discipuli ejus, quæ esset hæc parabola.

[10]Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis: ut videntes non videant, et audientes non intelligant.

[11]Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei.

[12]Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, et tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant.

[13]Nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: et hi radices non habent: qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt.

[14]Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus, et divitiis, et voluptatibus vitæ euntes, suffocantur, et non referunt fructum.

[15]Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.

[16]Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen.

[17]Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur, et in palam veniat.

[18]Videte ergo quomodo audiatis? Qui enim habet, dabitur illi: et quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.

[19]Venerunt autem ad illum mater et fratres ejus, et non poterant adire eum præ turba.

[20]Et nuntiatum est illi: Mater tua et fratres tui stant foris, volentes te videre.

[21]Qui respondens, dixit ad eos: Mater mea et fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt et faciunt.

[19] A mãe e os irmãos de Jesus foram procurá-lo, mas não podiam chegar-se a ele por causa da multidão.

[20] Foi-lhe avisado: “Tua mãe e teus irmãos estão lá fora e desejam ver-te”.

[21] Ele lhes disse: “Minha mãe e meus irmãos são estes, que ouvem a Palavra de Deus e a observam”. (= Mt 8,18.23-27 = Mc 4,35-41)

[22] Num daqueles dias ele subiu com os seus discípulos a uma barca. Disse ele: “Passemos à outra margem do lago.” E eles partiram.

[23] Durante a travessia, Jesus adormeceu. Desabou então uma tempestade de vento sobre o lago. A barca enchia-se de água, e eles se achavam em perigo.

[24] Aproximaram-se dele então e o despertaram com este grito: “Mestre, Mestre! Nós estamos perecendo!”. Levantou-se ele e ordenou aos ventos e à fúria da água que se acalmassem; e se acalmaram e logo veio a bonança.

[25] Perguntou-lhes, então: “Onde está a vossa fé?”. Eles, cheios de respeito e de profunda admiração, diziam uns aos outros: “Quem é este, a quem os ventos e o mar obedecem?”. (= Mt 8,28-34 = Mc 5,1-20)

[26] Navegaram para a região dos gerasenos, que está defronte da Galileia.

[27] Mal saltou em terra, veio-lhe ao encontro um homem dessa região, possuído de muitos demônios; há muito tempo não se vestia nem parava em casa, mas habitava no cemitério.

[28] Ao ver Jesus, prostrou-se diante dele e gritou em alta voz: “Por que te ocupas de mim, Jesus, Filho do Deus Altíssimo? Rogo-te, não me atormentes!”.

[29] Porque Jesus ordenara ao espírito imundo que saísse do homem. Pois há muito tempo que se apoderara dele, e guardavam-no preso em cadeias e com grilhões nos pés, mas ele rompia as cadeias e era impelido pelo demônio para os desertos.

[30] Jesus perguntou-lhe: “Qual é o teu nome?”. Ele respondeu: “Legião!”. (Porque

[22]Factum est autem in una dierum: et ipse ascendit in naviculam, et discipuli ejus, et ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt.

[23]Et navigantibus illis, obdormivit, et descendit procella venti in stagnum, et complebantur, et periclitabantur.

[24]Accedentes autem suscitaverunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. At ille surgens, increpavit ventum, et tempestatem aquæ, et cessavit: et facta est tranquillitas.

[25]Dixit autem illis: Ubi est fides vestra? Qui timentes, mirati sunt ad invicem, dicentes: Quis putas hic est, quia et ventis, et mari imperat, et obediunt ei?

[26]Et navigaverunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam.

[27]Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium jam temporibus multis, et vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.

[28]Is, ut vidit Jesum, procidit ante illum: et exclamans voce magna, dixit: Quid mihi et tibi est, Jesu Fili Dei Altissimi? obsecro te, ne me torqueas.

[29]Præcipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, et vinciebatur catenis, et compedibus custoditus. Et ruptis vinculis agebatur a dæmonio in deserta.

[30]Interrogavit autem illum Jesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio: quia intraverant dæmonia multa in eum.

[31]Et rogabant illum ne imperaret illis ut in abyssum irent.

[32]Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: et rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis.

[33]Exierunt ergo dæmonia ab homine, et intraverunt in porcos: et impetu abiit grex per præceps in stagnum, et suffocatus est.

[34]Quod ut viderunt factum qui pascebant, fugerunt, et nuntiaverunt in civitatem et in villas.

eram muitos os demônios que nele se ocultavam.)

31 E pediam-lhe que não os mandasse ir para o abismo.

32 Ora, andava ali pastando no monte uma grande manada de porcos; rogaram-lhe os demônios que lhes permitisse entrar neles. Ele permitiu.

33 Saíram, pois, os demônios do homem e entraram nos porcos; e a manada de porcos precipitou-se pelo despenhadeiro, impetuosamente no lago, e afogou-se.

34 Quando aqueles que os guardavam viram o acontecido, fugiram e foram contá-lo na cidade e pelo campo.

35 Saíram eles, pois, a ver o que havia ocorrido. Chegaram a Jesus e acharam a seus pés, sentado, vestido e calmo, o homem de quem haviam sido expulsos os demônios; e, tomados de medo,

36 ouviram das testemunhas a narração desse exorcismo.

37 Então, todo o povo da região dos gerasenos rogou a Jesus que se retirasse deles, pois estavam possuídos de grande temor. Jesus subiu à barca, para regressar.

38 Nesse momento, pedia-lhe o homem, de quem tinham saído os demônios, para ficar com ele. Mas Jesus despediu-o, dizendo:

39 "Volta para casa, e conta quanto Deus te fez". E ele se foi, publicando por toda a cidade essas grandes coisas... (= Mt 9,18-26 = Mc 5,21-43)

40 À sua volta, Jesus foi recebido por uma multidão que o esperava.

41 O chefe da sinagoga, chamado Jairo, foi ao seu encontro. Lançou-se a seus pés e rogou-lhe que fosse à sua casa,

42 porque tinha uma filha única, de uns doze anos, que estava para morrer. Jesus dirigiu-se para lá, comprimido pelo povo.

43 Ora, uma mulher que padecia dum fluxo de sangue havia doze anos, e tinha gasto com médicos todos os seus bens, sem que nenhum a pudesse curar,

35Exierunt autem videre quod factum est, et venerunt ad Jesum, et invenerunt hominem sedentem, a quo dæmonia exierant, vestitum ac sana mente, ad pedes ejus, et timuerunt.

36Nuntiaverunt autem illis et qui viderant, quomodo sanus factus esset a legione:

37et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens navim, reversus est.

38Et rogabat illum vir, a quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Jesus, dicens:

39Redi in domum tuam, et narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per universam civitatem, prædicans quanta illi fecisset Jesus.

40Factum est autem cum rediisset Jesus, excepit illum turba: erunt enim omnes exspectantes eum.

41Et ecce venit vir, cui nomen Jairus, et ipse princeps synagogæ erat: et cecidit ad pedes Jesu, rogans eum ut intraret in domum ejus,

42quia unica filia erat ei fere annorum duodecim, et hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, a turba comprimebatur.

43Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari:

44accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti ejus: et confestim stetit fluxus sanguinis ejus.

45Et ait Jesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, et qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt, et affligunt, et dicis: Quis me tetigit?

46Et dicit Jesus: Tetigit me aliquis: nam ego novi virtutem de me exiisse.

47Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, et procidit ante pedes ejus: et ob quam causam tetigerit eum, indicavit coram omni populo: et quemadmodum confestim sanata sit.

[44] aproximou-se dele por detrás e tocou-lhe a orla do manto; e, no mesmo instante, lhe parou o fluxo de sangue.

[45] Jesus perguntou: “Quem foi que me tocou?” Como todos negassem, Pedro e os que com ele estavam disseram: “Mestre, a multidão te aperta de todos os lados...”.

[46] Jesus replicou: “Alguém me tocou, porque percebi sair de mim uma força”.

[47] A mulher viu-se descoberta e foi tremendo e prostrou-se aos seus pés; e declarou diante de todo o povo o motivo por que o havia tocado, e como logo ficara curada.

[48] Jesus disse-lhe: “Minha filha, tua fé te salvou; vai em paz”.

[49] Enquanto ainda falava, veio alguém e disse ao chefe da sinagoga: “Tua filha acaba de morrer; não incomodes mais o Mestre”.

[50] Mas Jesus o ouviu e disse a Jairo: “Não temas; crê somente e ela será salva”.

[51] Quando Jesus chegou à casa, não deixou ninguém entrar com ele, senão Pedro, Tiago, João com o pai e a mãe da menina.

[52] Todos, entretanto, choravam e se lamentavam. Mas Jesus disse: “Não choreis; a menina não morreu, mas dorme.”

[53] Zombavam dele, pois sabiam bem que estava morta.

[54] Mas segurando ele a mão dela, disse em alta voz: “Menina, levanta-te!”.

[55] Voltou-lhe a vida e ela levantou-se imediatamente. Jesus mandou que lhe dessem de comer.

[56] Seus pais ficaram tomados de pasmo; Jesus ordenou-lhes que não contassem a pessoa alguma o que se tinha passado. (= Mt 10,5-14 = Mc 6,7-13)

[48]At ipse dixit ei: Filia, fides tua salvam te fecit: vade in pace.

[49]Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.

[50]Jesus autem, audito hoc verbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, et salva erit.

[51]Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, et Jacobum, et Joannem, et patrem, et matrem puellæ.

[52]Flebant autem omnes, et plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere: non est mortua puella, sed dormit.

[53]Et deridebant eum, scientes quod mortua esset.

[54]Ipse autem tenens manum ejus clamavit, dicens: Puella, surge.

[55]Et reversus est spiritus ejus, et surrexit continuo. Et jussit illi dari manducare.

[56]Et stupuerunt parentes ejus, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

## São Lucas 9

[1] Reunindo Jesus os doze apóstolos, deu-lhes poder e autoridade sobre todos os demônios, e para curar enfermidades.

[2] Enviou-os a pregar o Reino de Deus e a curar os enfermos.

## Lucas 9

[1]Convocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent.

[2]Et misit illos prædicare regnum Dei, et sanare infirmos.

[3] Disse-lhes: “Não leveis coisa alguma para o caminho, nem bordão, nem mochila, nem pão, nem dinheiro, nem tenhais duas túnicas.

[4] Em qualquer casa em que entrardes, ficai ali até que deixeis aquela localidade.

[5] Onde ninguém vos receber, deixai aquela cidade e em testemunho contra eles sacudi a poeira dos vossos pés”.

[6] Partiram, pois, e percorriam as aldeias, pregando o Evangelho e fazendo curas por toda parte. (= Mt 14,1s = Mc 6,14ss)

[7] O tetrarca Herodes ouviu falar de tudo o que Jesus fazia e ficou perplexo. Uns diziam: “É João que ressurgiu dos mortos”; outros: “É Elias que apareceu”;

[8] e ainda outros: “É um dos antigos profetas que ressuscitou”.

[9] Mas Herodes dizia: “Eu degolei a João. Quem é, pois, este, de quem ouço tais coisas?”. E procurava ocasião de vê-lo. (= Mt 14,13-21 = Mc 6,30-44 = Jo 6,1-15)

[10] Os apóstolos, ao voltarem, contaram a Jesus tudo o que haviam feito. Tomando-os ele consigo à parte, dirigiu-se a um lugar deserto para o lado de Betsaida.

[11] Logo que a multidão o soube, o foi seguindo; Jesus recebeu-os e falava-lhes do Reino de Deus. Restabelecia também a saúde dos doentes.

[12] Ora, o dia começava a declinar e os Doze foram dizer-lhe: “Despede as turbas, para que vão pelas aldeias e sítios da vizinhança e procurem alimento e hospedagem, porque aqui estamos num lugar deserto”.

[13] Jesus replicou-lhes: “Dai-lhes vós mesmos de comer”. Retrucaram eles: “Não temos mais do que cinco pães e dois peixes, a menos que nós mesmos vamos e compremos mantimentos para todo este povo”.

[14] (Pois eram quase cinco mil homens.) Jesus disse aos discípulos: “Mandai-os sentar, divididos em grupos de cinquenta”.

[15] Assim o fizeram e todos se assentaram.

[3]Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.

[4]Et in quamcumque domum intraveritis, ibi manete, et inde ne exeatis.

[5]Et quicumque non receperint vos: exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos.

[6]Egressi autem circuibant per castella evangelizantes, et curantes ubique.

[7]Audivit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, et hæsitabat eo quod diceretur

[8]a quibusdam: Quia Joannes surrexit a mortuis: a quibusdam vero: Quia Elias apparuit: ab aliis autem: Quia propheta unus de antiquis surrexit.

[9]Et ait Herodes: Joannem ego decollavi: quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

[10]Et reversi Apostoli, narraverunt illi quæcumque fecerunt: et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ.

[11]Quod cum cognovissent turbæ, secutæ sunt illum: et excepit eos, et loquebatur illis de regno Dei, et eos, qui cura indigebant, sanabat.

[12]Dies autem cœperat declinare, et accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, ut euntes in castella villasque quæ circa sunt, divertant, et inveniant escas: quia hic in loco deserto sumus.

[13]Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quam quinque panes et duo pisces: nisi forte nos eamus, et emamus in omnem hanc turbam escas.

[14]Erant autem fere viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per convivia quinquagenos.

[15]Et ita fecerunt: et discumbere fecerunt omnes.

[16]Acceptis autem quinque panibus et duobus piscibus, respexit in cælum, et

[16] Então, Jesus tomou os cinco pães e os dois peixes, levantou os olhos ao céu, abençoou-os, partiu-os e deu-os a seus discípulos, para que os servissem ao povo.

[17] E todos comeram e ficaram fartos. Do que sobrou recolheram ainda doze cestos de pedaços. (=Mt 16,13-23 = Mc 8,27-33)

[18] Num dia em que ele estava a orar a sós com os discípulos, perguntou-lhes: "Quem dizem que eu sou?".

[19] Responderam-lhe: "Uns dizem que és João Batista; outros, Elias; outros pensam que ressuscitou algum dos antigos profetas".

[20] Perguntou-lhes, então: "E vós, quem dizeis que eu sou?" Pedro respondeu: "O Cristo de Deus".

[21] Ordenou-lhes energicamente que não o dissessem a ninguém. (= Mt 16,24-28 = Mc 8,34–9,1 = Jo 12,25)

[22] Ele acrescentou: "É necessário que o Filho do Homem padeça muitas coisas, seja rejeitado pelos anciãos, pelos príncipes dos sacerdotes e pelos escribas. É necessário que seja levado à morte e que ressuscite ao terceiro dia".

[23] Em seguida, dirigiu-se a todos: "Se alguém quer vir após mim, renegue-se a si mesmo, tome cada dia a sua cruz e siga-me.

[24] Porque, quem quiser salvar a sua vida, irá perdê-la; mas quem sacrificar a sua vida por amor de mim, irá salvá-la.

[25] Pois que aproveita ao homem ganhar o mundo inteiro, se vem a perder-se a si mesmo e se causa a sua própria ruína?

[26] Se alguém se envergonhar de mim e das minhas palavras, também o Filho do Homem se envergonhará dele, quando vier na sua glória, na glória de seu Pai e dos santos anjos.

[27] Em verdade vos digo: dos que aqui se acham, alguns há que não morrerão, até que vejam o Reino de Deus". (= Mt 17,1-19 = Mc 9,2-10)

benedixit illis: et fregit, et distribuit discipulis suis, ut ponerent ante turbas.

[17]Et manducaverunt omnes, et saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

[18]Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo et discipuli: et interrogavit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ?

[19]At illi responderunt, et dixerunt: Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero quia unus propheta de prioribus surrexit.

[20]Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Christum Dei.

[21]At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc,

[22]dicens: Quia oportet Filium hominis multa pati, et reprobari a senioribus, et principibus sacerdotum, et scribis, et occidi, et tertia die resurgere.

[23]Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me.

[24]Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam.

[25]Quid enim proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat, et detrimentum sui faciat?

[26]Nam qui me erubuerit, et meos sermones: hunc Filius hominis erubescet cum venerit in majestate sua, et Patris, et sanctorum angelorum.

[27]Dico autem vobis vere: sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei.

[28]Factum est autem post hæc verba fere dies octo, et assumpsit Petrum, et Jacobum, et Joannem, et ascendit in montem ut oraret.

[29]Et facta est, dum oraret, species vultus ejus altera: et vestitus ejus albus et refulgens.

[30]Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses et Elias,

28 Passados uns oito dias, Jesus tomou consigo Pedro, Tiago e João, e subiu ao monte para orar.

29 Enquanto orava, transformou-se o seu rosto e as suas vestes tornaram-se resplandecentes de brancura.

30 E eis que falavam com ele dois personagens: eram Moisés e Elias,

31 que apareceram envoltos em glória, e falavam da morte dele, que se havia de cumprir em Jerusalém.

32 Entretanto, Pedro e seus companheiros tinham-se deixado vencer pelo sono; ao despertarem, viram a glória de Jesus e os dois personagens em sua companhia.

33 Quando estes se apartaram de Jesus, Pedro disse: "Mestre, é bom estarmos aqui. Podemos levantar três tendas: uma para ti, outra para Moisés e outra para Elias!...". Ele não sabia o que dizia.

34 Enquanto ainda assim falava, veio uma nuvem e encobriu-os com a sua sombra; e os discípulos, vendo-os desaparecer na nuvem, tiveram um grande pavor.

35 Então, da nuvem saiu uma voz: "Este é o meu Filho muito amado; ouvi-o!".

36 E, enquanto ainda ressoava esta voz, achou-se Jesus sozinho. Os discípulos calaram-se e a ninguém disseram naqueles dias coisa alguma do que tinham visto. (Mt 17,14-20 = Mc 9,14-29)

37 No dia seguinte, descendo eles do monte, veio ao encontro de Jesus uma grande multidão.

38 Eis que um homem exclamou do meio da multidão: "Mestre, rogo-te que olhes para meu filho, pois é o único que tenho.

39 Um espírito se apodera dele e subitamente dá gritos, lança-o por terra, agita-o com violência, fá-lo espumar e só o larga depois de o deixar todo ofegante.

40 Pedi a teus discípulos que o expelissem, mas não o puderam fazer".

41 Respondeu Jesus: "Ó geração incrédula e perversa, até quando estarei convosco e vos aturarei? Traze cá teu filho".

31visi in majestate: et dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.

32Petrus vero, et qui cum illo erant, gravati erant somno. Et evigilantes viderunt majestatem ejus, et duos viros qui stabant cum illo.

33Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Jesum: Præceptor, bonum est nos hic esse: et faciamus tria tabernacula, unum tibi, et unum Moysi, et unum Eliæ: nesciens quid diceret.

34Hæc autem illo loquente, facta est nubes, et obumbravit eos: et timuerunt, intrantibus illis in nubem.

35Et vox facta est de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.

36Et dum fieret vox, inventus est Jesus solus. Et ipsi tacuerunt, et nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ viderant.

37Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa.

38Et ecce vir de turba exclamavit, dicens: Magister, obsecro te, respice in filium meum quia unicus est mihi:

39et ecce spiritus apprehendit eum, et subito clamat, et elidit, et dissipat eum cum spuma, et vix discedit dilanians eum:

40et rogavi discipulos tuos ut ejicerent illum, et non potuerunt.

41Respondens autem Jesus, dixit: O generatio infidelis, et perversa, usquequo ero apud vos, et patiar vos? adduc huc filium tuum.

42Et cum accederet, elisit illum dæmonium, et dissipavit.

43Et increpavit Jesus spiritum immundum, et sanavit puerum, et reddidit illum patri ejus.

44Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum.

[42] E quando ele ia chegando, o demônio lançou-o por terra e agitou-o violentamente. Mas Jesus intimou o espírito imundo, curou o menino e o restituiu a seu pai.

[43] Todos ficaram pasmados ante a grandeza de Deus. (= Mt 17,21s = Mc 9,30ss) Como todos se admirassem de tudo o que Jesus fazia, disse ele a seus discípulos:

[44] "Gravai nos vossos corações estas palavras: O Filho do Homem há de ser entregue às mãos dos homens!".

[45] Eles, porém, não entendiam essa palavra e era-lhes obscura, de modo que não alcançaram o seu sentido; e tinham medo de lhe perguntar a esse respeito. (= Mt 18,1-6 = Mc 9,33-39)

[46] Veio-lhes então o pensamento de qual deles seria o maior.

[47] Penetrando Jesus nos pensamentos de seus corações, tomou um menino, colocou-o junto de si e disse-lhes:

[48] "Todo o que recebe este menino em meu nome, a mim é que recebe; e quem recebe a mim recebe aquele que me enviou; pois quem dentre vós for o menor, esse será grande".

[49] João tomou a palavra e disse: "Mestre, vimos um homem que expelia demônios em teu nome, e nós lho proibimos, porque não é dos nossos".

[50] Mas Jesus lhe disse: "Não lho proibais; porque, o que não é contra vós é a vosso favor".

[51] Aproximando-se o tempo em que Jesus devia ser arrebatado deste mundo, ele resolveu dirigir-se a Jerusalém.

[52] Enviou diante de si mensageiros que, tendo partido, entraram em uma povoação dos samaritanos para lhe arranjar pousada.

[53] Mas não o receberam, por ele dar mostras de que ia para Jerusalém.

[54] Vendo isso, Tiago e João disseram: "Senhor, queres que mandemos que desça fogo do céu e os consuma?".

[45]At illi ignorabant verbum istud, et erat velatum ante eos ut non sentirent illud: et timebant eum interrogare de hoc verbo.

[46]Intravit autem cogitatio in eos quis eorum major esset.

[47]At Jesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, et statuit illum secus se,

[48]et ait illis: Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: et quicumque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic major est.

[49]Respondens autem Joannes dixit: Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, et prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum.

[50]Et ait ad illum Jesus: Nolite prohibere: qui enim non est adversum vos, pro vobis est.

[51]Factum est autem dum complerentur dies assumptionis ejus, et ipse faciem suam firmavit ut iret in Jerusalem.

[52]Et misit nuntios ante conspectum suum: et euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum ut parerent illi.

[53]Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jerusalem.

[54]Cum vidissent autem discipuli ejus Jacobus et Joannes, dixerunt: Domine, vis dicimus ut ignis descendat de cælo, et consumat illos?

[55]Et conversus increpavit illos, dicens: Nescitis cujus spiritus estis.

[56]Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. Et abierunt in aliud castellum.

[57]Factum est autem: ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocumque ieris.

[58]Dixit illi Jesus: Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.

[59]Ait autem ad alterum: Sequere me: ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum ire, et sepelire patrem meum.

[55] Jesus voltou-se e repreendeu-os severamente. ["Não sabeis de que espírito sois animados.

[56] O Filho do Homem não veio para perder as vidas dos homens, mas para salvá-las."] Foram então para outra povoação.

[57] Enquanto caminhavam, um homem lhe disse: "Senhor, te seguirei para onde quer que vás".

[58] Jesus replicou-lhe: "As raposas têm covas e as aves do céu, ninhos, mas o Filho do Homem não tem onde reclinar a cabeça".

[59] A outro disse: "Segue-me". Mas ele pediu: "Senhor, permite-me ir primeiro enterrar meu pai".

[60] Mas Jesus disse-lhe: "Deixa que os mortos enterrem seus mortos; tu, porém, vai e anuncia o Reino de Deus".

[61] Um outro ainda lhe falou: "Senhor, te seguirei, mas permite primeiro que me despeça dos que estão em casa".

[62] Mas Jesus disse-lhe: "Aquele que põe a mão no arado e olha para trás não é apto para o Reino de Deus". (= Mt 9,37ss; 10,7-16.40; 11,21-24)

[60]Dixitque ei Jesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, et annuntia regnum Dei.

[61]Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi primum renuntiare his quæ domi sunt.

[62]Ait ad illum Jesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei.

## São Lucas 10

[1] Depois disso, designou o Senhor ainda setenta e dois outros discípulos e mandou-os, dois a dois, adiante de si, por todas as cidades e lugares para onde ele tinha de ir.

[2] Disse-lhes: "Grande é a messe, mas poucos são os operários. Rogai ao Senhor da messe que mande operários para a sua messe.

[3] Ide, eis que vos envio como cordeiros entre lobos.

[4] Não leveis bolsa nem mochila, nem calçado e a ninguém saudeis pelo caminho.

[5] Em toda casa em que entrardes, dizei primeiro: Paz a esta casa!

[6] Se ali houver algum homem pacífico, repousará sobre ele a vossa paz; mas, se não houver, ela tornará para vós.

## Lucas 10

[1]Post hæc autem designavit Dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus.

[2]Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam.

[3]Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

[4]Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, et neminem per viam salutaveritis.

[5]In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui:

[6]et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertetur.

[7] Permanecei na mesma casa, comei e bebei do que eles tiverem, pois o operário é digno do seu salário. Não andeis de casa em casa.

[8] Em qualquer cidade em que entrardes e vos receberem, comei o que se vos servir.

[9] Curai os enfermos que nela houver e dizei-lhes: O Reino de Deus está próximo.

[10] Mas se entrardes em alguma cidade e não vos receberem, saindo pelas suas praças, dizei:

[11] Até o pó que se nos pegou da vossa cidade, sacudimos contra vós; sabei, contudo, que o Reino de Deus está próximo.

[12] Digo-vos: naqueles dias haverá um tratamento menos rigoroso para Sodoma.

[13] Ai de ti, Corozaim! Ai de ti, Betsaida! Porque, se em Tiro e Sidônia tivessem sido feitos os prodígios que foram realizados em vosso meio, há muito tempo teriam feito penitência, cobrindo-se de saco e cinza.

[14] Por isso, haverá no dia do juízo menos rigor para Tiro e Sidônia do que para vós.

[15] E tu, Cafarnaum, que te elevas até o céu, serás precipitada até aos infernos.

[16] Quem vos ouve a mim ouve; e quem vos rejeita a mim rejeita; e quem me rejeita rejeita aquele que me enviou."

[17] Voltaram alegres os setenta e dois, dizendo: "Senhor, até os demônios se nos submetem em teu nome!".

[18] Jesus disse-lhes: "Vi Satanás cair do céu como um raio.

[19] Eis que vos dei poder para pisar serpentes, escorpiões e todo o poder do inimigo.

[20] Contudo, não vos alegreis porque os espíritos vos estão sujeitos, mas alegrai-vos porque os vossos nomes estejam escritos nos céus". (= Mt 11,25ss; 13,16s)

[21] Naquela mesma hora, Jesus exultou de alegria no Espírito Santo e disse: "Pai, Senhor do céu e da terra, eu te dou graças porque escondeste essas coisas aos sábios e inteligentes e as revelaste aos pequeninos.

[7]In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum.

[8]Et in quamcumque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis:

[9]et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: Appropinquavit in vos regnum Dei.

[10]In quamcumque autem civitatem intraveritis, et non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite:

[11]Etiam pulverem, qui adhæsit nobis de civitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquavit regnum Dei.

[12]Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quam illi civitati.

[13]Væ tibi Corozain! væ tibi Bethsaida! quia si in Tyro et Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere sedentes pœniterent.

[14]Verumtamen Tyro et Sidoni remissius erit in judicio, quam vobis.

[15]Et tu Capharnaum, usque ad cælum exaltata, usque ad infernum demergeris.

[16]Qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.

[17]Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo.

[18]Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgor de cælo cadentem.

[19]Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpiones, et super omnem virtutem inimici: et nihil vobis nocebit.

[20]Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subjiciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cælis.

[21]In ipsa hora exsultavit Spiritu Sancto, et dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli et terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Etiam Pater: quoniam sic placuit ante te.

Sim, Pai, bendigo-te porque assim foi do teu agrado.

22 Todas as coisas me foram entregues por meu Pai. Ninguém conhece quem é o Filho senão o Pai, nem quem é o Pai senão o Filho, e aquele a quem o Filho o quiser revelar”.

23 E voltou-se para os seus discípulos e disse: “Ditosos os olhos que veem o que vós vedes,

24 pois vos digo que muitos profetas e reis desejaram ver o que vós vedes, e não o viram; e ouvir o que vós ouvis, e não o ouviram”. (= Mt 22,34-40 = Mc 12,28-34)

25 Levantou-se um doutor da Lei e, para pô-lo à prova, perguntou: “Mestre, que devo fazer para possuir a vida eterna?”.

26 Disse-lhe Jesus: “Que está escrito na Lei? Como é que lês?”.

27 Respondeu ele: “Amarás o Senhor, teu Deus, de todo o teu coração, de toda a tua alma, de todas as tuas forças e de todo o teu pensamento (Dt 6,5); e a teu próximo como a ti mesmo” (Lv 19,18).

28 Falou-lhe Jesus: “Respondeste bem; faze isto e viverás”.

29 Mas ele, querendo justificar-se, perguntou a Jesus: “E quem é o meu próximo?”

30 Jesus então contou: “Um homem descia de Jerusalém a Jericó, e caiu nas mãos de ladrões, que o despojaram; e depois de o terem maltratado com muitos ferimentos, retiraram-se, deixando-o meio morto.

31 Por acaso desceu pelo mesmo caminho um sacerdote, viu-o e passou adiante.

32 Igualmente um levita, chegando àquele lugar, viu-o e passou também adiante.

33 Mas um samaritano que viajava, chegando àquele lugar, viu-o e moveu-se de compaixão.

34 Aproximando-se, atou-lhe as feridas, deitando nelas azeite e vinho; colocou-o sobre a sua própria montaria e levou-o a uma hospedaria e tratou dele.

22Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: et quis sit Pater, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.

23Et conversus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis.

24Dico enim vobis quod multi prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt: et audire quæ auditis, et non audierunt.

[18]et capillus de capite vestro non peribit.

[19]In patientia vestra possidebitis animas vestras.

[20]Cum autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus:

[21]tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, et qui in medio ejus, discedant: et qui in regionibus, non intrent in eam,

[22]quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt.

[23]Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus! erit enim pressura magna super terram, et ira populo huic.

[24]Et cadent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes, et Jerusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum.

[25]Et erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, et fluctuum:

será pisada pelos pagãos, até se completarem os tempos das nações pagãs". (= Mt 24,29-44 = Mc 13,24-37)

25 "Haverá sinais no sol, na lua e nas estrelas. Na terra a aflição e a angústia irão apoderar-se das nações pelo bramido do mar e das ondas.

26 Os homens definharão de medo, na expectativa dos males que devem sobrevir a toda a terra. As próprias forças dos céus serão abaladas.

27 Então, verão o Filho do Homem vir sobre uma nuvem com grande glória e majestade.

28 Quando começarem a acontecer essas coisas, reanimai-vos e levantai as vossas cabeças; porque se aproxima a vossa libertação."

29 Acrescentou ainda esta comparação: "Olhai para a figueira e para as demais árvores.

30 Quando elas lançam os brotos, vós julgais que está perto o verão.

31 Assim também, quando virdes que vão sucedendo essas coisas, sabereis que está perto o Reino de Deus.

32 Em verdade vos declaro: não passará esta geração sem que tudo isso se cumpra.

33 Passarão o céu e a terra, mas as minhas palavras não passarão".

34 "Velai sobre vós mesmos, para que os vossos corações não se tornem pesados com o excesso do comer, com a embriaguez e com as preocupações da vida; para que aquele dia não vos apanhe de improviso.

35 Como um laço cairá sobre aqueles que habitam a face de toda a terra.

36 Vigiai, pois, em todo o tempo e orai, a fim de que vos torneis dignos de escapar a todos esses males que hão de acontecer, e de vos apresentar de pé diante do Filho do Homem."

37 Durante o dia, Jesus ensinava no templo e, à tarde, saía para passar a noite no monte chamado das Oliveiras.

26arescentibus hominibus præ timore, et exspectatione, quæ supervenient universo orbi: nam virtutes cælorum movebuntur:

27et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna et majestate.

28His autem fieri incipientibus, respicite, et levate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra.

29Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, et omnes arbores:

30cum producunt jam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas.

31Ita et vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.

32Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

33Cælum et terra transibunt: verba autem mea non transibunt.

34Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, et ebrietate, et curis hujus vitæ, et superveniat in vos repentina dies illa:

35tamquam laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ.

36Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, et stare ante Filium hominis.

37Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliveti.

38Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

[38] E todo o povo ia de manhã cedo ter com ele, no templo, para ouvi-lo. (= Mt 26,1-16 = Mc 14,1-11)

## São Lucas 22

[1] Aproximava-se a festa dos pães sem fermento, chamada Páscoa.

[2] Os príncipes dos sacerdotes e os escribas buscavam um meio de matar Jesus, mas temiam o povo.

[3] Entretanto, Satanás entrou em Judas, que tinha por sobrenome Iscariotes, um dos Doze.

[4] Judas foi procurar os príncipes dos sacerdotes e os oficiais para se entender com eles sobre o modo de lho entregar.

[5] Eles se alegraram com isso, e concordaram em lhe dar dinheiro.

[6] Também ele se obrigou. E buscava ocasião oportuna para o trair, sem que a multidão o soubesse. (= Mt 26,17-29 = Mc 14,12-25)

[7] Raiou o dia dos pães sem fermento, em que se devia imolar a Páscoa.

[8] Jesus enviou Pedro e João, dizendo: "Ide e preparai-nos a ceia da Páscoa".

[9] Perguntaram-lhe eles: "Onde queres que a preparemos?".

[10] Ele respondeu: "Ao entrardes na cidade, encontrareis um homem carregando uma bilha de água; segui-o até a casa em que ele entrar,

[11] e direis ao dono da casa: O Mestre pergunta-te: Onde está a sala em que comerei a Páscoa com os meus discípulos?

[12] Ele vos mostrará no andar superior uma grande sala mobiliada, e ali fazei os preparativos".

[13] Foram, pois, e acharam tudo como Jesus lhes dissera; e prepararam a Páscoa.

[14] Chegada que foi a hora, Jesus pôs-se à mesa, e com ele os apóstolos.

[15] Disse-lhes: "Tenho desejado ardentemente comer convosco esta Páscoa, antes de sofrer.

## Lucas 22

[1]Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha:

[2]et quærebant principes sacerdotum, et scribæ, quomodo Jesum interficerent: timebant vero plebem.

[3]Intravit autem Satanas in Judam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim:

[4]et abiit, et locutus est cum principibus sacerdotum, et magistratibus, quemadmodum illum traderet eis.

[5]Et gavisi sunt, et pacti sunt pecuniam illi dare.

[6]Et spopondit, et quærebat opportunitatem ut traderet illum sine turbis.

[7]Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha.

[8]Et misit Petrum et Joannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, ut manducemus.

[9]At illi dixerunt: Ubi vis paremus?

[10]Et dixit ad eos: Ecce introëuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat,

[11]et dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magister: Ubi est diversorium, ubi pascha cum discipulis meis manducem?

[12]Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, et ibi parate.

[13]Euntes autem invenerunt sicut dixit illis, et paraverunt pascha.

[14]Et cum facta esset hora, discubuit, et duodecim apostoli cum eo.

[15]Et ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.

[16]Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.

[16] Pois vos digo: não tornarei a comê-la, até que ela se cumpra no Reino de Deus".

[17] Pegando o cálice, deu graças e disse: "Tomai este cálice e distribuí-o entre vós.

[18] Pois vos digo: já não tornarei a beber do fruto da videira, até que venha o Reino de Deus".

[19] Tomou em seguida o pão e depois de ter dado graças, partiu-o e deu-lho, dizendo: "Isto é o meu corpo, que é dado por vós; fazei isto em memória de mim".

[20] Do mesmo modo tomou também o cálice, depois de cear, dizendo: "Este cálice é a Nova Aliança em meu sangue, que é derramado por vós...

[21] Entretanto, eis que a mão de quem me trai está à mesa comigo.

[22] O Filho do Homem vai, segundo o que está determinado, mas ai daquele homem por quem ele é traído!".

[23] Perguntavam então os discípulos entre si quem deles seria o que tal haveria de fazer. (= Mt 20,25-28 = Mc 10,42-45 = Jo 13,1-20)

[24] Surgiu também entre eles uma discussão: qual deles seria o maior.

[25] E Jesus disse-lhes: "Os reis dos pagãos dominam como senhores, e os que exercem sobre eles autoridade chamam-se benfeitores.

[26] Que não seja assim entre vós; mas o que entre vós é o maior, torne-se como o último; e o que governa seja como o servo.

[27] Pois qual é o maior: o que está sentado à mesa ou o que serve? Não é aquele que está sentado à mesa? Todavia, eu estou no meio de vós, como aquele que serve.

[28] E vós tendes permanecido comigo nas minhas provações;

[29] eu, pois, disponho do Reino a vosso favor, assim como meu Pai o dispôs a meu favor,

[30] para que comais e bebais à minha mesa no meu Reino e vos senteis em tronos, para julgar as doze tribos de Israel". (= Mt 26,30-35 = Mc 14,26-31 = Jo 13,36ss)

[17]Et accepto calice gratias egit, et dixit: Accipite, et dividite inter vos.

[18]Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis donec regnum Dei veniat.

[19]Et accepto pane gratias egit, et fregit, et dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.

[20]Similiter et calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

[21]Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.

[22]Et quidem Filius hominis, secundum quod definitum est, vadit: verumtamen væ homini illi per quem tradetur.

[23]Et ipsi cœperunt quærere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset.

[24]Facta est autem et contentio inter eos, quis eorum videretur esse major.

[25]Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur.

[26]Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor: et qui præcessor est, sicut ministrator.

[27]Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat:

[28]vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.

[29]Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum,

[30]ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo, et sedeatis super thronos judicantes duodecim tribus Israël.

[31]Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum:

[32]ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.

[33]Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire.

[31] "Simão, Simão, eis que Satanás vos reclamou para vos peneirar como o trigo;

[32] mas eu roguei por ti, para que a tua confiança não desfaleça; e tu, por tua vez, confirma os teus irmãos."

[33] Pedro disse-lhe: "Senhor, estou pronto a ir contigo tanto para a prisão como para a morte".

[34] Jesus respondeu-lhe: "Digo-te, Pedro, não cantará hoje o galo, até que três vezes hajas negado que me conheces".

[35] Depois ajuntou: "Quando vos mandei sem bolsa, sem mochila e sem calçado, faltou-vos porventura alguma coisa?". Eles responderam: "Nada".

[36] "Mas agora" – disse-lhes ele –, "aquele que tem uma bolsa, tome-a; aquele que tem uma mochila, tome-a igualmente; e aquele que não tiver uma espada, venda sua capa para comprar uma.

[37] Pois vos digo: é necessário que se cumpra em mim ainda este oráculo: E foi contado entre os malfeitores (Is 53,12). Com efeito, aquilo que me diz respeito está próximo de se cumprir."

[38] Eles replicaram: "Senhor, eis aqui duas espadas". "Basta" – respondeu ele. (= Mt 26,36-46 = Mc 14,32-42)

[39] Conforme o seu costume, Jesus saiu dali e dirigiu-se para o monte das Oliveiras, seguido dos seus discípulos.

[40] Ao chegar àquele lugar, disse-lhes: "Orai para que não caiais em tentação".

[41] Depois se afastou deles à distância de um tiro de pedra e, ajoelhando-se, orava:

[42] "Pai, se é de teu agrado, afasta de mim este cálice! Não se faça, todavia, a minha vontade, mas sim a tua".

[43] Apareceu-lhe então um anjo do céu para confortá-lo.

[44] Ele entrou em agonia e orava ainda com mais instância, e seu suor tornou-se como gotas de sangue a escorrer pela terra.

[34]At ille dixit: Dico tibi, Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis:

[35]Quando misi vos sine sacculo, et pera, et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis?

[36]At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat; similiter et peram: et qui non habet, vendat tunicam suam et emat gladium.

[37]Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me finem habent.

[38]At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis est.

[39]Et egressus ibat secundum consuetudinem in monte Olivarum. Secuti sunt autem illum et discipuli.

[40]Et cum pervenisset ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationem.

[41]Et ipse avulsus est ab eis quantum jactus est lapidis: et positis genibus orabat,

[42]dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.

[43]Apparuit autem illi angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat.

[44]Et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

[45]Et cum surrexisset ab oratione et venisset ad discipulos suos, invenit eos dormientes præ tristitia.

[46]Et ait illis: Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem.

[47]Adhuc eo loquente, ecce turba: et qui vocabatur Judas, unus de duodecim, antecedebat eos, et appropinquavit Jesu ut oscularetur eum.

[48]Jesus autem dixit illi: Juda, osculo Filium hominis tradis?

[49]Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio?

[45] Depois de ter rezado, levantou-se, foi ter com os discípulos e achou-os adormecidos de tristeza.

[46] Disse-lhes: "Por que dormis? Levantai-vos, orai, para não cairdes em tentação". (= Mt 26,47-56 = Mc 14,43-52 = Jo 18,1-11)

[47] Ele ainda falava, quando apareceu uma multidão de gente; e à testa deles vinha um dos Doze, que se chamava Judas. Achegou-se de Jesus para o beijar.

[48] Jesus perguntou-lhe: "Judas, com um beijo trais o Filho do Homem!".

[49] Os que estavam ao redor dele, vendo o que ia acontecer, perguntaram: "Senhor, devemos atacá-los à espada?".

[50] E um deles feriu o servo do príncipe dos sacerdotes, decepando-lhe a orelha direita.

[51] Mas Jesus interveio: "Deixai, basta". E, tocando na orelha daquele homem, curou-o.

[52] Voltando-se para os príncipes dos sacerdotes, para os oficiais do templo e para os anciãos que tinham vindo contra ele, disse-lhes: "Saístes armados de espadas e cacetes, como se viésseis contra um ladrão.

[53] Entretanto, eu estava todos os dias convosco no templo, e não estendestes as mãos contra mim; mas esta é a vossa hora e do poder das trevas". (= Mt 26,69-75 = Mc 14,66-72 = Jo 18,13-27)

[54] Prenderam-no então e conduziram-no à casa do príncipe dos sacerdotes. Pedro seguia-o de longe.

[55] Acenderam um fogo no meio do pátio, e sentaram-se em redor. Pedro veio sentar-se com eles.

[56] Uma criada percebeu-o sentado junto ao fogo, encarou-o de perto e disse: "Também este homem estava com ele".

[57] Mas ele negou-o: "Mulher, não o conheço".

[58] Pouco depois, viu-o outro e disse-lhe: "Também tu és um deles". Pedro respondeu: "Não, eu não o sou".

[50]Et percussit unus ex illis servum principis sacerdotum, et amputavit auriculam ejus dexteram.

[51]Respondens autem Jesus, ait: Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum.

[52]Dixit autem Jesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum, et magistratus templi, et seniores: Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus?

[53]Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, et potestas tenebrarum.

[54]Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur a longe.

[55]Accenso autem igne in medio atrii et circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.

[56]Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, et eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat.

[57]At ille negavit eum, dicens: Mulier, non novi illum.

[58]Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O homo, non sum.

[59]Et intervallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Vere et hic cum illo erat: nam et Galilæus est.

[60]Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuo, adhuc illo loquente, cantavit gallus.

[61]Et conversus Dominus respexit Petrum, et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis.

[62]Et egressus foras Petrus flevit amare.

[63]Et viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes.

[64]Et velaverunt eum, et percutiebant faciem ejus: et interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis est, qui te percussit?

[65]Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

[59] Passada quase uma hora, afirmava um outro: “Certamente também este homem estava com ele, pois também é galileu”.

[60] Mas Pedro disse: “Meu amigo, não sei o que queres dizer.” E, no mesmo instante, quando ainda falava, cantou o galo.

[61] Voltando-se o Senhor, olhou para Pedro. Então, Pedro se lembrou da palavra do Senhor: “Hoje, antes que o galo cante, tu me negarás três vezes”.

[62] Saiu dali e chorou amargamente. (= Mt 26,57-68 = Mc 14,61-64 = Jo 18,19-24)

[63] Entretanto, os homens que guardavam Jesus escarneciam dele e davam-lhe bofetadas.

[64] Cobriam-lhe o rosto e diziam: “Adivinha quem te bateu!”.

[65] E injuriavam-no ainda de outros modos.

[66] Ao amanhecer, reuniram-se os anciãos do povo, os príncipes dos sacerdotes e os escribas, e mandaram trazer Jesus ao seu conselho.

[67] Perguntaram-lhe: “Dize-nos se és o Cristo!” Respondeu-lhes ele: “Se eu vo-lo disser, não me acreditareis;

[68] e se vos fizer qualquer pergunta, não me respondereis.

[69] Mas, doravante, o Filho do Homem estará sentado à direita do poder de Deus”.

[70] Então, perguntaram todos: “Logo, tu és o Filho de Deus?”. Respondeu: “Sim, eu sou.

[71] Eles então exclamaram: “Temos nós ainda necessidade de testemunho? Nós mesmos o ouvimos de sua boca”. (= Mt 27,11-26 = Mc 15,1-15 = Jo 18,28-19,16)

[66]Et ut factus est dies, convenerunt seniores plebis, et principes sacerdotum, et scribæ, et duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis.

[67]Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi:

[68]si autem et interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.

[69]Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei.

[70]Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum.

[71]At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus de ore ejus.

## São Lucas 23

[1] Levantou-se a sessão e conduziram Jesus diante de Pilatos,

[2] e puseram-se a acusá-lo: “Temos encontrado este homem excitando o povo à revolta, proibindo pagar imposto ao imperador e dizendo-se Messias e rei”.

[3] Pilatos perguntou-lhe: “És tu o rei dos judeus?” Jesus respondeu: “Sim”.

## Lucas 23

[1]Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum.

[2]Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dare Cæsari, et dicentem se Christum regem esse.

[4] Declarou Pilatos aos príncipes dos sacerdotes e ao povo: "Eu não acho neste homem culpa alguma".

[5] Mas eles insistiam fortemente: "Ele revoluciona o povo ensinando por toda a Judeia, a começar da Galileia até aqui".

[6] A essas palavras, Pilatos perguntou se ele era galileu.

[7] E, quando soube que era da jurisdição de Herodes, enviou-o a Herodes, pois justamente naqueles dias se achava em Jerusalém.

[8] Herodes alegrou-se muito em ver Jesus, pois de longo tempo desejava vê-lo, por ter ouvido falar dele muitas coisas, e esperava presenciar algum milagre operado por ele.

[9] Dirigiu-lhe muitas perguntas, mas Jesus nada respondeu.

[10] Ali estavam os príncipes dos sacerdotes e os escribas, acusando-o com violência.

[11] Herodes, com a sua guarda, tratou-o com desprezo, escarneceu dele, mandou revesti-lo de uma túnica branca e reenviou-o a Pilatos.

[12] Naquele mesmo dia, Pilatos e Herodes fizeram as pazes, pois antes eram inimigos um do outro.

[13] Pilatos convocou então os príncipes dos sacerdotes, os magistrados e o povo, e disse-lhes:

[14] "Apresentastes-me este homem como agitador do povo, mas, interrogando-o eu diante de vós, não o achei culpado de nenhum dos crimes de que o acusais.

[15] Nem tampouco Herodes, pois no-lo devolveu. Portanto, ele nada fez que mereça a morte.

[16] Por isso, eu o soltarei depois de o castigar".

[17] [Acontecia que em cada festa ele era obrigado a soltar-lhes um preso.]

[18] Todo o povo gritou a uma voz: "À morte com este, e solta-nos Barrabás."

[3]Pilatus autem interrogavit eum, dicens: Tu es rex Judæorum? At ille respondens ait: Tu dicis.

[4]Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas: Nihil invenio causæ in hoc homine.

[5]At illi invalescebant, dicentes: Commovet populum docens per universam Judæam, incipiens a Galilæa usque huc.

[6]Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit si homo Galilæus esset.

[7]Et ut cognovit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui et ipse Jerosolymis erat illis diebus.

[8]Herodes autem viso Jesu, gavisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.

[9]Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat.

[10]Stabant autem principes sacerdotum et scribæ constanter accusantes eum.

[11]Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo: et illusit indutum veste alba, et remisit ad Pilatum.

[12]Et facti sunt amici Herodes et Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad invicem.

[13]Pilatus autem, convocatis principibus sacerdotum, et magistratibus, et plebe,

[14]dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum, et ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inveni in homine isto ex his in quibus eum accusatis.

[15]Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, et ecce nihil dignum morte actum est ei.

[16]Emendatum ergo illum dimittam.

[17]Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum.

[18]Exclamavit autem simul universa turba, dicens: Tolle hunc, et dimitte nobis Barabbam:

[19] (Este homem fora lançado ao cárcere devido a uma revolta levantada na cidade, por causa de um homicídio.)

[20] Pilatos, porém, querendo soltar Jesus, falou-lhes de novo,

[21] mas eles vociferavam: "Crucifica-o! Crucifica-o!".

[22] Pela terceira vez, Pilatos ainda interveio: "Mas que mal fez ele, então? Não achei nele nada que mereça a morte; irei, portanto, castigá-lo e, depois, o soltarei".

[23] Mas eles instavam, reclamando em altas vozes que fosse crucificado, e os seus clamores recrudesciam.

[24] Pilatos pronunciou então a sentença que lhes satisfazia o desejo.

[25] Soltou-lhes aquele que eles reclamavam e que havia sido lançado ao cárcere por causa do homicídio e da revolta, e entregou Jesus à vontade deles. (= Mt 27,32-56 = Mc 15,21-41 = Jo 19,17-37)

[26] Enquanto o conduziam, detiveram um certo Simão de Cirene, que voltava do campo, e impuseram-lhe a cruz para que a carregasse atrás de Jesus.

[27] Seguia-o uma grande multidão de povo e de mulheres, que batiam no peito e o lamentavam.

[28] Voltando-se para elas, Jesus disse: "Filhas de Jerusalém, não choreis sobre mim, mas chorai sobre vós mesmas e sobre vossos filhos.

[29] Porque virão dias em que se dirá: Felizes as estéreis, os ventres que não geraram e os peitos que não amamentaram!

[30] Então, dirão aos montes: Caí sobre nós! E aos outeiros: Cobri-nos!

[31] Porque, se eles fazem isso ao lenho verde, que acontecerá ao seco?".

[32] Eram conduzidos ao mesmo tempo dois malfeitores para serem mortos com Jesus.

[33] Chegados que foram ao lugar chamado Calvário, ali o crucificaram, como também os ladrões, um à direita e outro à esquerda.

[19]qui erat propter seditionem quamdam factam in civitate et homicidium missus in carcerem.

[20]Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Jesum.

[21]At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

[22]Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis invenio in eo: corripiam ergo illum et dimittam.

[23]At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur: et invalescebant voces eorum.

[24]Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum.

[25]Dimisit autem illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Jesum vero tradidit voluntati eorum.

[26]Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem venientem de villa: et imposuerunt illi crucem portare post Jesum.

[27]Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum, quæ plangebant et lamentabantur eum.

[28]Conversus autem ad illas Jesus, dixit: Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros.

[29]Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beatæ steriles, et ventres qui non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt.

[30]Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; et collibus: Operite nos.

[31]Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

[32]Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo, ut interficerentur.

[33]Et postquam venerunt in locum qui vocatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum: et latrones, unum a dextris, et alterum a sinistris.

[34] E Jesus dizia: “Pai, perdoa-lhes; porque não sabem o que fazem”. Eles dividiram as suas vestes e as sortearam.

[35] A multidão conservava-se lá e observava. Os príncipes dos sacerdotes escarneciam de Jesus, dizendo: “Salvou a outros, que se salve a si próprio, se é o Cristo, o escolhido de Deus!”.

[36] Do mesmo modo zombavam dele os soldados. Aproximavam-se dele, ofereciam-lhe vinagre e diziam:

[37] “Se és o rei dos judeus, salva-te a ti mesmo”.

[38] Por cima de sua cabeça pendia esta inscrição: “Este é o rei dos judeus”.

[39] Um dos malfeitores, ali crucificados, blasfemava contra ele: “Se és o Cristo, salva-te a ti mesmo e salva-nos a nós!”.

[40] Mas o outro o repreendeu: “Nem sequer temes a Deus, tu que sofres no mesmo suplício?

[41] Para nós isto é justo: recebemos o que mereceram os nossos crimes, mas este não fez mal algum.”

[42] E acrescentou: “Jesus, lembra-te de mim, quando tiveres entrado no teu Reino!”.

[43] Jesus respondeu-lhe: “Em verdade te digo: hoje estarás comigo no paraíso”.

[44] Era quase à hora sexta e em toda a terra houve trevas até a hora nona.

[45] Escureceu-se o sol e o véu do templo rasgou-se pelo meio.

[46] Jesus deu então um grande brado e disse: “Pai, nas tuas mãos entrego o meu espírito”. E, dizendo isso, expirou.

[47] Vendo o centurião o que acontecia, deu glória a Deus e disse: “Na verdade, este homem era um justo”.

[48] E toda a multidão dos que assistiam a esse espetáculo e viam o que se passava voltou batendo no peito.

[49] Os amigos de Jesus, como também as mulheres que o tinham seguido desde a Galileia, conservavam-se a certa distância, e

[34]Jesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Dividentes vero vestimenta ejus, miserunt sortes.

[35]Et stabat populus spectans, et deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios salvos fecit, se salvum faciat, si hic est Christus Dei electus.

[36]Illudebant autem ei et milites accedentes, et acetum offerentes ei,

[37]et dicentes: Si tu es rex Judæorum, salvum te fac.

[38]Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris græcis, et latinis, et hebraicis: Hic est rex Judæorum.

[39]Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac temetipsum et nos.

[40]Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es.

[41]Et nos quidem juste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit.

[42]Et dicebat ad Jesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum.

[43]Et dixit illi Jesus: Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.

[44]Erat autem fere hora sexta, et tenebræ factæ sunt in universam terram usque ad horam nonam.

[45]Et obscuratus est sol, et velum templi scissum est medium.

[46]Et clamans voce magna Jesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expiravit.

[47]Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens: Vere hic homo justus erat.

[48]Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, et videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur.

[49]Stabant autem omnes noti ejus a longe, et mulieres, quæ secutæ eum erant a Galilæa, hæc videntes.

observavam estas coisas. (= Mt 27,57-61 = Mc 15,42-47 = Jo 19,38-42)

50 Havia um homem, por nome José, membro do conselho, homem reto e justo.

51 Ele não havia concordado com a decisão dos outros nem com os atos deles. Originário de Arimateia, cidade da Judeia, esperava ele o Reino de Deus.

52 Foi ter com Pilatos e lhe pediu o corpo de Jesus.

53 Ele o desceu da cruz, envolveu-o em um pano de linho e colocou-o num sepulcro, escavado na rocha, onde ainda ninguém havia sido depositado.

54 Era o dia da Preparação e já ia principiar o sábado.

55 As mulheres, que tinham vindo com Jesus da Galileia, acompanharam José. Elas viram o túmulo e o modo como o corpo de Jesus ali fora depositado.

56 Elas voltaram e prepararam aromas e bálsamos. No dia de sábado, observaram o preceito do repouso. (= Mt 28,1-8 = Mc 16,1-8)

50Et ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio, vir bonus et justus:

51hic non consenserat consilio, et actibus eorum: ab Arimathæa civitate Judææ, qui exspectabat et ipse regnum Dei:

52hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Jesu:

53et depositum involvit sindone, et posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

54Et dies erat parasceves, et sabbatum illucescebat.

55Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, et quemadmodum positum erat corpus ejus.

56Et revertentes paraverunt aromata, et unguenta: et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

## São Lucas 24

1 No primeiro dia da semana, muito cedo, dirigiram-se ao sepulcro com os aromas que haviam preparado.

2 Acharam a pedra removida longe da abertura do sepulcro.

3 Entraram, mas não encontraram o corpo do Senhor Jesus.

4 Não sabiam elas o que pensar, quando apareceram em frente delas dois personagens com vestes resplandecentes.

5 Como estivessem amedrontadas e voltassem o rosto para o chão, disseram-lhes eles: “Por que buscais entre os mortos aquele que está vivo?

6 Não está aqui, mas ressuscitou. Lembrai-vos de como ele vos disse, quando ainda estava na Galileia:

## Lucas 24

1Una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ paraverant aromata:

2et invenerunt lapidem revolutum a monumento.

3Et ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu.

4Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti.

5Cum timerent autem, et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viventem cum mortuis?

6non est hic, sed surrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset,

7dicens: Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi, et die tertia resurgere.

[7] O Filho do Homem deve ser entregue nas mãos dos pecadores e crucificado, mas ressuscitará ao terceiro dia".

[8] Então, elas se lembraram das palavras de Jesus.

[9] Voltando do sepulcro, contaram tudo isso aos Onze e a todos os demais.

[10] Eram elas Maria Madalena, Joana e Maria, mãe de Tiago; as outras suas amigas relataram aos apóstolos a mesma coisa.

[11] Mas essas notícias pareciam-lhes como um delírio, e não lhes deram crédito.

[12] Contudo, Pedro correu ao sepulcro; inclinando-se para olhar, viu só os panos de linho na terra. Depois, retirou-se para a sua casa, admirado do que acontecera. (= Mc 16,12-13)

[13] Nesse mesmo dia, dois discípulos caminhavam para uma aldeia chamada Emaús, distante de Jerusalém sessenta estádios.

[14] Iam falando um com o outro de tudo o que se tinha passado.

[15] Enquanto iam conversando e discorrendo entre si, o mesmo Jesus aproximou-se deles e caminhava com eles.

[16] Mas os olhos estavam-lhes como que vendados e não o reconheceram.

[17] Perguntou-lhes, então: "De que estais falando pelo caminho, e por que estais tristes?"

[18] Um deles, chamado Cléofas, respondeu-lhe: "És tu acaso o único forasteiro em Jerusalém que não sabe o que nela aconteceu estes dias?".

[19] Perguntou-lhes ele: "Que foi?". Disseram: "A respeito de Jesus de Nazaré... Era um profeta poderoso em obras e palavras, diante de Deus e de todo o povo.

[20] Os nossos sumos sacerdotes e os nossos magistrados o entregaram para ser condenado à morte e o crucificaram.

[21] Nós esperávamos que fosse ele quem haveria de restaurar Israel e agora, além de

[8]Et recordatæ sunt verborum ejus.

[9]Et regressæ a monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim, et ceteris omnibus.

[10]Erat autem Maria Magdalene, et Joanna, et Maria Jacobi, et ceteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc.

[11]Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, et non crediderunt illis.

[12]Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: et procumbens vidit linteamina sola posita, et abiit secum mirans quod factum fuerat.

[13]Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaus.

[14]Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus quæ acciderant.

[15]Et factum est, dum fabularentur, et secum quærerent: et ipse Jesus appropinquans ibat cum illis:

[16]oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.

[17]Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, et estis tristes?

[18]Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Jerusalem, et non cognovisti quæ facta sunt in illa his diebus?

[19]Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere et sermone coram Deo et omni populo:

[20]et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt eum:

[21]nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israël: et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt.

[22]Sed et mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum,

tudo isso, é hoje o terceiro dia que essas coisas sucederam.

22 É verdade que algumas mulheres dentre nós nos alarmaram. Elas foram ao sepulcro, antes do nascer do sol;

23 e, não tendo achado o seu corpo, voltaram, dizendo que tiveram uma visão de anjos, os quais asseguravam que está vivo.

24 Alguns dos nossos foram ao sepulcro e acharam-no assim como as mulheres tinham dito, mas a ele mesmo não viram".

25 Jesus lhes disse: "Ó gente sem inteligência! Como sois tardos de coração para crerdes em tudo o que anunciaram os profetas!

26 Porventura não era necessário que Cristo sofresse essas coisas e assim entrasse na sua glória?".

27 E começando por Moisés, percorrendo todos os profetas, explicava-lhes o que dele se achava dito em todas as Escrituras.

28 Aproximaram-se da aldeia para onde iam e ele fez como se quisesse passar adiante.

29 Mas eles forçaram-no a parar: "Fica conosco, já é tarde e já declina o dia". Entrou então com eles.

30 Aconteceu que, estando sentado conjuntamente à mesa, ele tomou o pão, abençoou-o, partiu-o e serviu-lho.

31 Então, se lhes abriram os olhos e o reconheceram... mas ele desapareceu.

32 Diziam então um para o outro: "Não se nos abrasava o coração, quando ele nos falava pelo caminho e nos explicava as Escrituras?".

33 Levantaram-se na mesma hora e voltaram a Jerusalém. Aí acharam reunidos os Onze e os que com eles estavam.

34 Todos diziam: "O Senhor ressuscitou verdadeiramente e apareceu a Simão".

35 Eles, por sua parte, contaram o que lhes havia acontecido no caminho e como o tinham reconhecido ao partir o pão. (= Jo 20,19-23)

23et non invento corpore ejus, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere.

24Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenerunt.

25Et ipse dixit ad eos: O stulti, et tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ!

26Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?

27Et incipiens a Moyse, et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant.

28Et appropinquaverunt castello quo ibant: et ipse se finxit longius ire.

29Et coëgerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit, et inclinata est jam dies. Et intravit cum illis.

30Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, et benedixit, ac fregit, et porrigebat illis.

31Et aperti sunt oculi eorum, et cognoverunt eum: et ipse evanuit ex oculis eorum.

32Et dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas?

33Et surgentes eadem hora regressi sunt in Jerusalem: et invenerunt congregatos undecim, et eos qui cum illis erant,

34dicentes: Quod surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni.

35Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

36Dum autem hæc loquuntur, stetit Jesus in medio eorum, et dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere.

37Conturbati vero et conterriti, existimabant se spiritum videre.

38Et dixit eis: Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra?

[36] Enquanto ainda falavam dessas coisas, Jesus apresentou-se no meio deles e disse-lhes: “A paz esteja convosco!”.

[37] Perturbados e espantados, pensaram estar vendo um espírito.

[38] Mas ele lhes disse: “Por que estais perturbados, e por que essas dúvidas nos vossos corações?

[39] Vede minhas mãos e meus pés, sou eu mesmo; apalpai e vede: um espírito não tem carne nem ossos, como vedes que tenho”.

[40] E, dizendo isso, mostrou-lhes as mãos e os pés.

[41] Mas, vacilando eles ainda e estando transportados de alegria, perguntou: “Tendes aqui alguma coisa para comer?”.

[42] Então, ofereceram-lhe um pedaço de peixe assado.

[43] Ele tomou e comeu à vista deles.

[44] Depois lhes disse: “Isto é o que vos dizia quando ainda estava convosco: era necessário que se cumprisse tudo o que de mim está escrito na Lei de Moisés, nos profetas e nos Salmos.”

[45] Abriu-lhes então o espírito, para que compreendessem as Escrituras, dizendo:

[46] “Assim é que está escrito, e assim era necessário que Cristo padecesse, mas que ressurgisse dos mortos ao terceiro dia.

[47] E que em seu nome se pregasse a penitência e a remissão dos pecados a todas as nações, começando por Jerusalém.

[48] Vós sois as testemunhas de tudo isso.

[49] Eu vos mandarei o Prometido de meu Pai; entretanto, permanecei na cidade, até que sejais revestidos da força do alto”.

[50] Depois os levou para Betânia e, levantando as mãos, os abençoou.

[51] Enquanto os abençoava, separou-se deles e foi arrebatado ao céu.

[52] Depois de o terem adorado, voltaram para Jerusalém com grande júbilo.

[53] E permaneciam no templo, louvando e bendizendo a Deus.

[39]videte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum; palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.

[40]Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et pedes.

[41]Adhuc autem illis non credentibus, et mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur?

[42]At illi obtulerunt ei partem piscis assi et favum mellis.

[43]Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

[44]Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et Psalmis de me.

[45]Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas,

[46]et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die:

[47]et prædicari in nomine ejus pœnitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Jerosolyma.

[48]Vos autem testes estis horum.

[49]Et ego mitto promissum Patris mei in vos; vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

[50]Eduxit autem eos foras in Bethaniam, et elevatis manibus suis benedixit eis.

[51]Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, et ferebatur in cælum.

[52]Et ipsi adorantes regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno:

[53]et erant semper in templo, laudantes et benedicentes Deum. Amen.

| São João | Joannes |
|---|---|

## São João 1

[1] No princípio era o Verbo, e o Verbo estava junto de Deus e o Verbo era Deus.

[2] Ele estava no princípio junto de Deus.

[3] Tudo foi feito por ele, e sem ele nada foi feito.

[4] Nele havia vida, e a vida era a luz dos homens.

[5] A luz resplandece nas trevas, e as trevas não a compreenderam.

[6] Houve um homem, enviado por Deus, que se chamava João.

[7] Este veio como testemunha, para dar testemunho da luz, a fim de que todos cressem por meio dele.

[8] Não era ele a luz, mas veio para dar testemunho da luz.

[9] [O Verbo] era a verdadeira luz que, vindo ao mundo, ilumina todo homem.

[10] Estava no mundo e o mundo foi feito por ele, e o mundo não o reconheceu.

[11] Veio para o que era seu, mas os seus não o receberam.

[12] Mas a todos aqueles que o receberam, aos que creem no seu nome, deu-lhes o poder de se tornarem filhos de Deus,

[13] os quais não nasceram do sangue, nem da vontade da carne, nem da vontade do homem, mas sim de Deus.

[14] E o Verbo se fez carne e habitou entre nós, e vimos sua glória, a glória que o Filho único recebe do seu Pai, cheio de graça e de verdade.

[15] João dá testemunho dele, e exclama: "Eis aquele de quem eu disse: O que vem depois de mim é maior do que eu, porque existia antes de mim".

[16] Todos nós recebemos da sua plenitude graça sobre graça.

## Joannes 1

[1]In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

[2]Hoc erat in principio apud Deum.

[3]Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est.

[4]In ipso vita erat, et vita erat lux hominum:

[5]et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt.

[6]Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes.

[7]Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.

[8]Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.

[9]Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

[10]In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.

[11]In propria venit, et sui eum non receperunt.

[12]Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus:

[13]qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

[14]Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre plenum gratiæ et veritatis.

[15]Joannes testimonium perhibet de ipso, et clamat dicens: Hic erat quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.

[16]Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia:

[17]quia lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est.

[17] Pois a Lei foi dada por Moisés, a graça e a verdade vieram por Jesus Cristo.

[18] Ninguém jamais viu Deus. O Filho único, que está no seio do Pai, foi quem o revelou. (= Mt 3,1-17 = Mc 1,1-13 = Lc 3,1-17)

[19] Este foi o testemunho de João, quando os judeus lhe enviaram de Jerusalém sacerdotes e levitas para perguntar-lhe: "Quem és tu?".

[20] Ele fez esta declaração que confirmou sem hesitar: "Eu não sou o Cristo". –

[21] "Pois, então, quem és?" – perguntaram-lhe eles. "És tu Elias?". Disse ele: "Não o sou". "És tu o profeta?" Ele respondeu: "Não".

[22] Perguntaram-lhe de novo: "Dize-nos, afinal, quem és, para que possamos dar uma resposta aos que nos enviaram. Que dizes de ti mesmo?".

[23] Ele respondeu: "Eu sou a voz que clama no deserto: Endireitai o caminho do Senhor, como o disse o profeta Isaías" (40,3).

[24] Alguns dos emissários eram fariseus.

[25] Continuaram a perguntar-lhe: "Como, pois, batizas, se tu não és o Cristo, nem Elias, nem o profeta?".

[26] João respondeu: "Eu batizo com água, mas no meio de vós está quem vós não conheceis.

[27] Esse é quem vem depois de mim; e eu não sou digno de lhe desatar a correia do calçado".

[28] Esse diálogo se passou em Betânia, além do Jordão, onde João estava batizando.

[29] No dia seguinte, João viu Jesus que vinha a ele e disse: "Eis o Cordeiro de Deus, que tira o pecado do mundo.

[30] É este de quem eu disse: Depois de mim virá um homem, que me é superior, porque existe antes de mim.

[31] Eu não o conhecia, mas, se vim batizar em água, é para que ele se torne conhecido em Israel".

[18]Deum nemo vidit umquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.

[19]Et hoc est testimonium Joannis, quando miserunt Judæi ab Jerosolymis sacerdotes et Levitas ad eum ut interrogarent eum: Tu quis es?

[20]Et confessus est, et non negavit, et confessus est: Quia non sum ego Christus.

[21]Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non.

[22]Dixerunt ergo ei: Quis es ut responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de teipso?

[23]Ait: Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta.

[24]Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis.

[25]Et interrogaverunt eum, et dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta?

[26]Respondit eis Joannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis.

[27]Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti.

[28]Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.

[29]Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

[30]Hic est de quo dixi: Post me venit vir qui ante me factus est: quia prior me erat:

[31]et ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans.

[32]Et testimonium perhibuit Joannes, dicens: Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cælo, et mansit super eum.

[33]Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto.

32 (João havia declarado: "Vi o Espírito descer do céu em forma de uma pomba e repousar sobre ele".)

33 Eu não o conhecia, mas aquele que me mandou batizar com água disse-me: Sobre quem vires descer e repousar o Espírito, este é quem batiza no Espírito Santo.

34 Eu o vi e dou testemunho de que ele é o Filho de Deus".

35 No dia seguinte, estava lá João outra vez com dois dos seus discípulos.

36 E, avistando Jesus que ia passando, disse: "Eis o Cordeiro de Deus".

37 Os dois discípulos ouviram-no falar e seguiram Jesus.

38 Voltando-se Jesus e vendo que o seguiam, perguntou-lhes: "Que procurais?". Disseram-lhe: "Rabi (que quer dizer Mestre), onde moras?". –

39 "Vinde e vede" – respondeu-lhes ele. Foram aonde ele morava e ficaram com ele aquele dia. Era cerca da hora décima.

40 André, irmão de Simão Pedro, era um dos dois que tinham ouvido João e que o tinham seguido.

41 Foi ele então logo à procura de seu irmão e disse-lhe: "Achamos o Messias (que quer dizer o Cristo)".

42 Levou-o a Jesus, e Jesus, fixando nele o olhar, disse: "Tu és Simão, filho de João; serás chamado Cefas (que quer dizer pedra)".

43 No dia seguinte, tinha Jesus a intenção de dirigir-se à Galileia. Encontra Filipe e diz-lhe: "Segue-me".

44 (Filipe era natural de Betsaida, cidade de André e Pedro.)

45 Filipe encontra Natanael e diz-lhe: "Achamos aquele de quem Moisés escreveu na Lei e que os profetas anunciaram: é Jesus de Nazaré, filho de José".

46 Respondeu-lhe Natanael: "Pode, porventura, vir coisa boa de Nazaré?" Filipe retrucou: "Vem e vê".

34Et ego vidi: et testimonium perhibui quia hic est Filius Dei.

35Altera die iterum stabat Joannes, et ex discipulis ejus duo.

36Et respiciens Jesum ambulantem, dicit: Ecce agnus Dei.

37Et audierunt eum duo discipuli loquentem, et secuti sunt Jesum.

38Conversus autem Jesus, et videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum Magister), ubi habitas?

39Dicit eis: Venite et videte. Venerunt, et viderunt ubi maneret, et apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima.

40Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant a Joanne, et secuti fuerant eum.

41Invenit hic primum fratrem suum Simonem, et dicit ei: Invenimus Messiam (quod est interpretatum Christus).

42Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autem eum Jesus, dixit: Tu es Simon, filius Jona; tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

43In crastinum voluit exire in Galilæam, et invenit Philippum. Et dicit ei Jesus: Sequere me.

44Erat autem Philippus a Bethsaida, civitate Andreæ et Petri.

45Invenit Philippus Nathanaël, et dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, et prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth.

46Et dixit ei Nathanaël: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni et vide.

47Vidit Jesus Nathanaël venientem ad se, et dicit de eo: Ecce vere Israëlita, in quo dolus non est.

48Dicit ei Nathanaël: Unde me nosti? Respondit Jesus, et dixit ei: Priusquam te Philippus vocavit, cum esses sub ficu, vidi te.

[47] Jesus vê Natanael, que lhe vem ao encontro, e diz: “Eis um verdadeiro israelita, no qual não há falsidade”.

[48] Natanael pergunta-lhe: “Donde me conheces?” Respondeu Jesus: “Antes que Filipe te chamasse, eu te vi quando estavas debaixo da figueira”.

[49] Falou-lhe Natanael: “Mestre, tu és o Filho de Deus, tu és o rei de Israel”.

[50] Jesus replicou-lhe: “Porque eu te disse que te vi debaixo da figueira, crês! Verás coisas maiores do que esta”.

[51] E ajuntou: “Em verdade, em verdade vos digo: vereis o céu aberto e os anjos de Deus subindo e descendo sobre o Filho do Homem”.

[49]Respondit ei Nathanaël, et ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israël.

[50]Respondit Jesus, et dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis; majus his videbis.

[51]Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, et angelos Dei ascendentes, et descendentes supra Filium hominis.

## São João 2

[1] Três dias depois, celebravam-se bodas em Caná da Galileia, e achava-se ali a mãe de Jesus.

[2] Também foram convidados Jesus e os seus discípulos.

[3] Como viesse a faltar vinho, a mãe de Jesus disse-lhe: “Eles já não têm vinho”.

[4] Respondeu-lhe Jesus: “Mulher, isso compete a nós? Minha hora ainda não chegou”.

[5] Disse, então, sua mãe aos serventes: “Fazei o que ele vos disser”.

[6] Ora, achavam-se ali seis talhas de pedra para as purificações dos judeus, que continham cada qual duas ou três medidas.

[7] Jesus ordena-lhes: “Enchei as talhas de água”. Eles encheram-nas até em cima.

[8] “Tirai agora” – disse-lhes Jesus – “e levai ao chefe dos serventes”. E levaram.

[9] Logo que o chefe dos serventes provou da água tornada vinho, não sabendo de onde era (se bem que o soubessem os serventes, pois tinham tirado a água), chamou o noivo

[10] e disse-lhe: “É costume servir primeiro o vinho bom e, depois, quando os convidados já estão quase embriagados, servir o menos

## Joannes 2

[1]Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat mater Jesu ibi.

[2]Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus, ad nuptias.

[3]Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent.

[4]Et dicit ei Jesus: Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea.

[5]Dicit mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite.

[6]Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.

[7]Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum.

[8]Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt.

[9]Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus,

[10]et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit et cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc.

bom. Mas tu guardaste o vinho melhor até agora".

11 Esse foi o primeiro milagre de Jesus; realizou-o em Caná da Galileia. Manifestou a sua glória, e os seus discípulos creram nele.

12 Depois disso, desceu para Cafarnaum, com sua mãe, seus irmãos e seus discípulos; e ali só demoraram poucos dias.

13 Estava próxima a Páscoa dos judeus, e Jesus subiu a Jerusalém.

14 Encontrou no templo os negociantes de bois, ovelhas e pombas, e mesas dos trocadores de moedas.

15 Fez ele um chicote de cordas, expulsou todos do templo, como também as ovelhas e os bois, espalhou pelo chão o dinheiro dos trocadores e derrubou as mesas.

16 Disse aos que vendiam as pombas: "Tirai isto daqui e não façais da casa de meu Pai uma casa de negociantes".

17 Lembraram-se então os seus discípulos do que está escrito: O zelo da tua casa me consome (Sl 68,10).

18 Perguntaram-lhe os judeus: "Que sinal nos apresentas tu, para procederes deste modo?".

19 Respondeu-lhes Jesus: "Destruí vós este templo, e eu o reerguerei em três dias".

20 Os judeus replicaram: "Em quarenta e seis anos foi edificado este templo, e tu hás de levantá-lo em três dias?!".

21 Mas ele falava do templo do seu corpo.

22 Depois que ressurgiu dos mortos, os seus discípulos lembraram-se destas palavras e creram na Escritura e na Palavra de Jesus.

23 Enquanto Jesus celebrava em Jerusalém a festa da Páscoa, muitos creram no seu nome, à vista dos milagres que fazia.

24 Mas Jesus mesmo não se fiava neles, porque os conhecia a todos.

25 Ele não necessitava que alguém lhe desse testemunho do homem, pois ele bem sabia o que havia no homem.

11Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ; et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli ejus.

12Post hoc descendit Capharnaum ipse, et mater ejus, et fratres ejus, et discipuli ejus: et ibi manserunt non multis diebus.

13Et prope erat Pascha Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam:

14et invenit in templo vendentes boves, et oves, et columbas, et numularios sedentes.

15Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque, et boves, et numulariorum effudit æs, et mensas subvertit.

16Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, et nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.

17Recordati sunt vero discipuli ejus quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.

18Responderunt ergo Judæi, et dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?

19Respondit Jesus, et dixit eis: Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.

20Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud?

21Ille autem dicebat de templo corporis sui.

22Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, et crediderunt scripturæ et sermoni quem dixit Jesus.

23Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quæ faciebat.

24Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes,

25et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

## São João 3

[1] Havia um homem entre os fariseus, chamado Nicodemos, príncipe dos judeus.

[2] Este foi ter com Jesus, de noite, e disse-lhe: “Rabi, sabemos que és um Mestre vindo de Deus. Ninguém pode fazer esses milagres que fazes, se Deus não estiver com ele”.

[3] Jesus replicou-lhe: “Em verdade, em verdade te digo: quem não nascer de novo não poderá ver o Reino de Deus”.

[4] Nicodemos perguntou-lhe: “Como pode um homem renascer, sendo velho? Porventura pode tornar a entrar no seio de sua mãe e nascer pela segunda vez?”.

[5] Respondeu Jesus: “Em verdade, em verdade te digo: quem não renascer da água e do Espírito não poderá entrar no Reino de Deus.

[6] O que nasceu da carne é carne, e o que nasceu do Espírito é espírito.

[7] Não te maravilhes de que eu te tenha dito: Necessário vos é nascer de novo.

[8] O vento sopra onde quer; ouves-lhe o ruído, mas não sabes de onde vem, nem para onde vai. Assim acontece com aquele que nasceu do Espírito”.

[9] Replicou Nicodemos: “Como se pode fazer isso?”.

[10] Disse Jesus: “És doutor em Israel e ignoras estas coisas!...

[11] Em verdade, em verdade te digo: dizemos o que sabemos e damos testemunho do que vimos, mas não recebeis o nosso testemunho.

[12] Se vos tenho falado das coisas terrenas e não me credes, como crereis se vos falar das celestiais?

[13] Ninguém subiu ao céu senão aquele que desceu do céu, o Filho do Homem que está no céu.

[14] Como Moisés levantou a serpente no deserto, assim deve ser levantado o Filho do Homem,

## Joannes 3

[1]Erat autem homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum.

[2]Hic venit ad Jesum nocte, et dixit ei: Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

[3]Respondit Jesus, et dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.

[4]Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire et renasci?

[5]Respondit Jesus: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.

[6]Quod natum est ex carne, caro est: et quod natum est ex spiritu, spiritus est.

[7]Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo.

[8]Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu.

[9]Respondit Nicodemus, et dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?

[10]Respondit Jesus, et dixit ei: Tu es magister in Israël, et hæc ignoras?

[11]amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur, et testimonium nostrum non accipitis.

[12]Si terrena dixi vobis, et non creditis: quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis?

[13]Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo.

[14]Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis:

[15]ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

[16]Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

[15] para que todo homem que nele crer tenha a vida eterna".

[16] Com efeito, de tal modo Deus amou o mundo, que lhe deu seu Filho único, para que todo o que nele crer não pereça, mas tenha a vida eterna.

[17] Pois Deus não enviou o Filho ao mundo para condená-lo, mas para que o mundo seja salvo por ele.

[18] Quem nele crê não é condenado, mas quem não crê já está condenado, porque não crê no nome do Filho único de Deus.

[19] Ora, este é o julgamento: a luz veio ao mundo, mas os homens amaram mais as trevas do que a luz, pois as suas obras eram más.

[20] Porquanto todo aquele que faz o mal odeia a luz e não vem para a luz, para que as suas obras não sejam reprovadas.

[21] Mas aquele que pratica a verdade vem para a luz. Torna-se assim claro que as suas obras são feitas em Deus.

[22] Em seguida, foi Jesus com os seus discípulos para os campos da Judeia, e ali se deteve com eles, e batizava.

[23] Também João batizava em Enon, perto de Salim, porque havia ali muita água, e muitos vinham e eram batizados.

[24] Pois João ainda não tinha sido lançado no cárcere.

[25] Ora, surgiu uma discussão entre os discípulos de João e um judeu, a respeito da purificação.

[26] Foram e disseram-lhe: "Mestre, aquele que estava contigo além do Jordão, de quem tu deste testemunho, ei-lo que está batizando e todos vão ter com ele...".

[27] João replicou: "Ninguém pode atribuir-se a si mesmo senão o que lhe foi dado do céu.

[28] Vós mesmos me sois testemunhas de que disse: Eu não sou o Cristo, mas fui enviado diante dele.

[29] Aquele que tem a esposa é o esposo. O amigo do esposo, porém, que está presente e o ouve, regozija-se sobremodo com a voz

[17]Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.

[18]Qui credit in eum, non judicatur; qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.

[19]Hoc est autem judicium: quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim eorum mala opera.

[20]Omnis enim qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus:

[21]qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta.

[22]Post hæc venit Jesus et discipuli ejus in terram Judæam: et illic demorabatur cum eis, et baptizabat.

[23]Erat autem et Joannes baptizans, in Ænnon, juxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, et veniebant et baptizabantur.

[24]Nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem.

[25]Facta est autem quæstio ex discipulis Joannis cum Judæis de purificatione.

[26]Et venerunt ad Joannem, et dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eum.

[27]Respondit Joannes, et dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo.

[28]Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum.

[29]Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.

[30]Illum oportet crescere, me autem minui.

[31]Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est.

do esposo. Nisso consiste a minha alegria, que agora se completa.

30 Importa que ele cresça e que eu diminua".

31 Aquele que vem de cima é superior a todos. Aquele que vem da terra é terreno e fala de coisas terrenas. Aquele que vem do céu é superior a todos.

32 Ele testemunha as coisas que viu e ouviu, mas ninguém recebe o seu testemunho.

33 Aquele que recebe o seu testemunho confirma que Deus é verdadeiro.

34 Com efeito, aquele que Deus enviou fala a linguagem de Deus, porque ele concede o Espírito sem medidas.

35 O Pai ama o Filho e confiou-lhe todas as coisas.

36 Aquele que crê no Filho tem a vida eterna; quem não crê no Filho não verá a vida, mas sobre ele pesa a ira de Deus.

32Et quod vidit, et audivit, hoc testatur: et testimonium ejus nemo accipit.

33Qui accepit ejus testimonium signavit, quia Deus verax est.

34Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum.

35Pater diligit Filium et omnia dedit in manu ejus.

36Qui credit in Filium, habet vitam æternam; qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

## São João 4

1 O Senhor soube que os fariseus tinham ouvido dizer que ele recrutava e batizava mais discípulos que João

2 (se bem que não era Jesus quem batizava, mas os seus discípulos).

3 Deixou a Judeia e voltou para a Galileia.

4 Ora, devia passar por Samaria.

5 Chegou, pois, a uma localidade da Samaria, chamada Sicar, junto das terras que Jacó dera a seu filho José.

6 Ali havia o poço de Jacó. E Jesus, fatigado da viagem, sentou-se à beira do poço. Era por volta do meio-dia.

7 Veio uma mulher da Samaria tirar água. Pediu-lhe Jesus: "Dá-me de beber".

8 (Pois os discípulos tinham ido à cidade comprar mantimentos.)

9 Aquela samaritana lhe disse: "Sendo tu judeu, como pedes de beber a mim, que sou samaritana!...". (Pois os judeus não se comunicavam com os samaritanos.)

10 Respondeu-lhe Jesus: "Se conhecesses o dom de Deus, e quem é que te diz: Dá-me de

## Joannes 4

1Ut ergo cognovit Jesus quia audierunt pharisæi quod Jesus plures discipulos facit, et baptizat, quam Joannes

2(quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus),

3reliquit Judæam, et abiit iterum in Galilæam.

4Oportebat autem eum transire per Samariam.

5Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, juxta prædium quod dedit Jacob Joseph filio suo.

6Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.

7Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bibere.

8(Discipuli enim ejus abierant in civitatem ut cibos emerent.)

9Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Judæi Samaritanis.

beber, certamente lhe pedirias tu mesma e ele te daria uma água viva”.

11 A mulher lhe replicou: “Senhor, não tens com que tirá-la, e o poço é fundo... donde tens, pois, essa água viva?

12 És, porventura, maior do que o nosso pai Jacó, que nos deu este poço, do qual ele mesmo bebeu e também os seus filhos e os seus rebanhos?”.

13 Respondeu-lhe Jesus: “Todo aquele que beber desta água tornará a ter sede,

14 mas o que beber da água que eu lhe der jamais terá sede. Mas a água que eu lhe der virá a ser nele fonte de água, que jorrará até a vida eterna”.

15 A mulher suplicou: “Senhor, dá-me desta água, para eu já não ter sede nem vir aqui tirá-la!”.

16 Disse-lhe Jesus: “Vai, chama teu marido e volta cá”.

17 A mulher respondeu: “Não tenho marido.” Disse Jesus: “Tens razão em dizer que não tens marido.

18 Tiveste cinco maridos, e o que agora tens não é teu. Nisso disseste a verdade”. –

19 “Senhor” – disse-lhe a mulher –, “vejo que és profeta!...

20 Nossos pais adoraram neste monte, mas vós dizeis que é em Jerusalém que se deve adorar.”

21 Jesus respondeu: “Mulher, acredita-me, vem a hora em que não adorareis o Pai, nem neste monte nem em Jerusalém.

22 Vós adorais o que não conheceis, nós adoramos o que conhecemos, porque a salvação vem dos judeus.

23 Mas vem a hora, e já chegou, em que os verdadeiros adoradores hão de adorar o Pai em espírito e verdade, e são esses adoradores que o Pai deseja.

24 Deus é espírito, e os seus adoradores devem adorá-lo em espírito e verdade”.

25 Respondeu a mulher: “Sei que deve vir o Messias (que se chama Cristo); quando,

10Respondit Jesus, et dixit ei: Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam.

11Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est: unde ergo habes aquam vivam?

12Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus, et pecora ejus?

13Respondit Jesus, et dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum:

14sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

15Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.

16Dicit ei Jesus: Vade, voca virum tuum, et veni huc.

17Respondit mulier, et dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habeo virum;

18quinque enim viros habuisti, et nunc, quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti.

19Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu.

20Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jerosolymis est locus ubi adorare oportet.

21Dicit ei Jesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jerosolymis adorabitis Patrem.

22Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Judæis est.

23Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit, qui adorent eum.

24Spiritus est Deus: et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.

pois, vier, ele nos fará conhecer todas as coisas".

26 Disse-lhe Jesus: "Sou eu, quem fala contigo".

27 Nisso seus discípulos chegaram e maravilharam-se de que estivesse falando com uma mulher. Ninguém, todavia, perguntou: "Que perguntas?". Ou: "Que falas com ela?".

28 A mulher deixou o seu cântaro, foi à cidade e disse àqueles homens:

29 "Vinde e vede um homem que me contou tudo o que tenho feito. Não seria ele, porventura, o Cristo?".

30 Eles saíram da cidade e vieram ter com Jesus.

31 Entretanto, os discípulos lhe pediam: "Mestre, come".

32 Mas ele lhes disse: "Tenho um alimento para comer que vós não conheceis".

33 Os discípulos perguntavam uns aos outros: "Alguém lhe teria trazido de comer?".

34 Disse-lhes Jesus: "Meu alimento é fazer a vontade daquele que me enviou e cumprir a sua obra.

35 Não dizeis vós que ainda há quatro meses e vem a colheita? Eis que vos digo: levantai os vossos olhos e vede os campos, porque já estão brancos para a ceifa.

36 O que ceifa recebe o salário e ajunta fruto para a vida eterna; assim o semeador e o ceifador juntamente se regozijarão.

37 Porque eis que se pode dizer com toda a verdade: Um é o que semeia, outro é o que ceifa.

38 Enviei-vos a ceifar onde não tendes trabalhado; outros trabalharam, e vós entrastes nos seus trabalhos".

39 Muitos foram os samaritanos daquela cidade que creram nele por causa da palavra da mulher, que lhes declarara: "Ele me disse tudo quanto tenho feito".

25Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit (qui dicitur Christus): cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia.

26Dicit ei Jesus: Ego sum, qui loquor tecum.

27Et continuo venerunt discipuli ejus, et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris? aut, Quid loqueris cum ea?

28Reliquit ergo hydriam suam mulier, et abiit in civitatem, et dicit illis hominibus:

29Venite, et videte hominem qui dixit mihi omnia quæcumque feci: numquid ipse est Christus?

30Exierunt ergo de civitate et veniebant ad eum.

31Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca.

32Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.

33Dicebant ergo discipuli ad invicem: Numquid aliquis attulit ei manducare?

34Dicit eis Jesus: Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus.

35Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? Ecce dico vobis: levate oculos vestros, et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem.

36Et qui metit, mercedem accipit, et congregat fructum in vitam æternam: ut et qui seminat, simul gaudeat, et qui metit.

37In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, et alius est qui metit.

38Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alii laboraverunt, et vos in labores eorum introistis.

39Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci.

40Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.

41Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem ejus.

[40] Assim, quando os samaritanos foram ter com ele, pediram que ficasse com eles. Ele permaneceu ali dois dias.

[41] Ainda muitos outros creram nele por causa das suas palavras.

[42] E diziam à mulher: "Já não é por causa da tua declaração que cremos, mas nós mesmos ouvimos e sabemos ser este verdadeiramente o Salvador do mundo".

[43] Passados os dois dias, Jesus partiu para a Galileia.

[44] (Ele mesmo havia declarado que um profeta não é honrado na sua pátria.)

[45] Chegando à Galileia, acolheram-no os galileus, porque tinham visto tudo o que fizera durante a festa em Jerusalém; pois também eles tinham ido à festa.

[46] Ele voltou, pois, a Caná da Galileia, onde transformara água em vinho. Havia então em Cafarnaum um oficial do rei, cujo filho estava doente.

[47] Ao ouvir que Jesus vinha da Judeia para a Galileia, foi a ele e rogou-lhe que descesse e curasse seu filho, que estava prestes a morrer.

[48] Disse-lhe Jesus: "Se não virdes milagres e prodígios, não credes...".

[49] Pediu-lhe o oficial: "Senhor, desce antes que meu filho morra!".

[50] "Vai" – disse-lhe Jesus –, "o teu filho está passando bem!" O homem acreditou na Palavra de Jesus e partiu.

[51] Enquanto ia descendo, os criados vieram-lhe ao encontro e lhe disseram: "Teu filho está passando bem".

[52] Indagou então deles a hora em que se sentira melhor. Responderam-lhe: "Ontem à sétima hora a febre o deixou".

[53] Reconheceu o pai ser a mesma hora em que Jesus dissera: "Teu filho está passando bem". E creu tanto ele como toda a sua casa.

[54] Esse foi o segundo milagre que Jesus fez, depois de voltar da Judeia para a Galileia.

## São João 5

[42]Et mulieri dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audivimus, et scimus quia hic est vere Salvator mundi.

[43]Post duos autem dies exiit inde, et abiit in Galilæam.

[44]Ipse enim Jesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet.

[45]Cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent quæ fecerat Jerosolymis in die festo: et ipsi enim venerant ad diem festum.

[46]Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.

[47]Hic cum audisset quia Jesus adveniret a Judæa in Galilæam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet, et sanaret filium ejus: incipiebat enim mori.

[48]Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.

[49]Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus.

[50]Dicit ei Jesus: Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, et ibat.

[51]Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei, et nuntiaverunt dicentes, quia filius ejus viveret.

[52]Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris.

[53]Cognovit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Jesus: Filius tuus vivit; et credidit ipse et domus ejus tota.

[54]Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cum venisset a Judæa in Galilæam.

## Joannes 5

[1] Depois disso, houve uma festa dos judeus, e Jesus subiu a Jerusalém.

[2] Há em Jerusalém, junto à porta das Ovelhas, um tanque, chamado em hebraico Betesda, que tem cinco pórticos.

[3] Nesses pórticos jazia um grande número de enfermos, de cegos, de coxos e de paralíticos, que esperavam o movimento da água.

[4] [Pois de tempos em tempos um anjo do Senhor descia ao tanque e a água se punha em movimento. E o primeiro que entrasse no tanque, depois da agitação da água, ficava curado de qualquer doença que tivesse.]

[5] Estava ali um homem enfermo havia trinta e oito anos.

[6] Vendo-o deitado e sabendo que já havia muito tempo que estava enfermo, perguntou-lhe Jesus: "Queres ficar curado?".

[7] O enfermo respondeu-lhe: "Senhor, não tenho ninguém que me ponha no tanque, quando a água é agitada; enquanto vou, já outro desceu antes de mim."

[8] Ordenou-lhe Jesus: "Levanta-te, toma o teu leito e anda".

[9] No mesmo instante, aquele homem ficou curado, tomou o seu leito e foi andando. Ora, aquele dia era sábado.

[10] E os judeus diziam ao homem curado: "É sábado, não te é permitido carregar o teu leito."

[11] Respondeu-lhes ele: "Aquele que me curou disse: Toma o teu leito e anda."

[12] Perguntaram-lhe eles: "Quem é o homem que te disse: Toma o teu leito e anda?".

[13] O que havia sido curado, porém, não sabia quem era, porque Jesus se havia retirado da multidão que estava naquele lugar.

[14] Mais tarde, Jesus o achou no templo e lhe disse: "Eis que ficaste são; já não peques, para não te acontecer coisa pior".

[1]Post hæc erat dies festus Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam.

[2]Est autem Jerosolymis probatica piscina, quæ cognominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus habens.

[3]In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, exspectantium aquæ motum.

[4]Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, et movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate.

[5]Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua.

[6]Hunc autem cum vidisset Jesus jacentem, et cognovisset quia jam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri?

[7]Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut, cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit.

[8]Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum et ambula.

[9]Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suum, et ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo.

[10]Dicebant ergo Judæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.

[11]Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum et ambula.

[12]Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum et ambula?

[13]Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus enim declinavit a turba constituta in loco.

[14]Postea invenit eum Jesus in templo, et dixit illi: Ecce sanus factus es; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

[15]Abiit ille homo, et nuntiavit Judæis quia Jesus esset, qui fecit eum sanum.

[16]Propterea persequebantur Judæi Jesum, quia hæc faciebat in sabbato.

[15] Aquele homem foi então contar aos judeus que fora Jesus quem o havia curado.

[16] Por esse motivo, os judeus perseguiam Jesus, porque fazia esses milagres no dia de sábado.

[17] Mas ele lhes disse: “Meu Pai continua agindo até agora, e eu ajo também”.

[18] Por essa razão os judeus, com maior ardor, procuravam tirar-lhe a vida, porque não somente violava o repouso do sábado, mas afirmava ainda que Deus era seu Pai e se fazia igual a Deus.

[19] Jesus tomou a palavra e disse-lhes: “Em verdade, em verdade vos digo: o Filho de si mesmo não pode fazer coisa alguma; ele só faz o que vê fazer o Pai; e tudo o que o Pai faz, o faz também semelhantemente o Filho.

[20] Pois o Pai ama o Filho e mostra-lhe tudo o que faz; e maiores obras do que esta lhe mostrará, para que fiqueis admirados.

[21] Com efeito, como o Pai ressuscita os mortos e lhes dá vida, assim também o Filho dá vida a quem ele quer.

[22] Assim também o Pai não julga ninguém, mas entregou todo o julgamento ao Filho.

[23] Desse modo, todos honrarão o Filho, bem como honram o Pai. Aquele que não honra o Filho não honra o Pai, que o enviou.

[24] Em verdade, em verdade vos digo: quem ouve a minha palavra e crê naquele que me enviou tem a vida eterna e não incorre na condenação, mas passou da morte para a vida.

[25] Em verdade, em verdade vos digo: vem a hora, e já está aí, em que os mortos ouvirão a voz do Filho de Deus; e os que a ouvirem, viverão.

[26] Pois como o Pai tem a vida em si mesmo, assim também deu ao Filho ter a vida em si mesmo,

[27] e lhe conferiu o poder de julgar, porque é o Filho do Homem.

[28] Não vos maravilheis disso, porque vem a hora em que todos os que se acham nos sepulcros sairão deles ao som de sua voz:

[17]Jesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur, et ego operor.

[18]Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere: quia non solum solvebat sabbatum, sed et patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Jesus, et dixit eis:

[19]Amen, amen dico vobis: non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcumque enim ille fecerit, hæc et Filius similiter facit.

[20]Pater enim diligit Filium, et omnia demonstrat ei quæ ipse facit: et majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini.

[21]Sicut enim Pater suscitat mortuos, et vivificat, sic et Filius, quos vult, vivificat.

[22]Neque enim Pater judicat quemquam: sed omne judicium dedit Filio,

[23]ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem; qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.

[24]Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam æternam, et in judicium non venit, sed transiit a morte in vitam.

[25]Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: et qui audierint, vivent.

[26]Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso:

[27]et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est.

[28]Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem Filii Dei:

[29]et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.

[30]Non possum ego a meipso facere quidquam. Sicut audio, judico: et judicium meum justum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.

[29] os que praticaram o bem irão para a ressurreição da vida, e aqueles que praticaram o mal ressuscitarão para serem condenados.

[30] De mim mesmo não posso fazer coisa alguma. Julgo como ouço; e o meu julgamento é justo, porque não busco a minha vontade, mas a vontade daquele que me enviou.

[31] Se eu der testemunho de mim mesmo, não é digno de fé o meu testemunho.

[32] Há outro que dá testemunho de mim, e sei que é digno de fé o testemunho que dá de mim.

[33] Vós enviastes mensageiros a João, e ele deu testemunho da verdade.

[34] Não invoco, porém, o testemunho de homem algum. Digo-vos essas coisas, a fim de que sejais salvos.

[35] João era uma lâmpada que arde e ilumina; vós, porém, só por uma hora quisestes alegrar-vos com a sua luz.

[36] Mas tenho maior testemunho do que o de João, porque as obras que meu Pai me deu para executar – essas mesmas obras que faço – testemunham a meu respeito que o Pai me enviou.

[37] E o Pai que me enviou, ele mesmo deu testemunho de mim. Vós nunca ouvistes a sua voz nem vistes a sua face...

[38] e não tendes a sua palavra permanente em vós, pois não credes naquele que ele enviou.

[39] Vós perscrutais as Escrituras, julgando encontrar nelas a vida eterna. Pois bem! São elas mesmas que dão testemunho de mim.

[40] E vós não quereis vir a mim para que tenhais a vida...

[41] Não espero a minha glória dos homens,

[42] mas sei que não tendes em vós o amor de Deus.

[43] Vim em nome de meu Pai, mas não me recebeis. Se vier outro em seu próprio nome, haveis de recebê-lo...

[31]Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.

[32]Alius est qui testimonium perhibet de me: et scio quia verum est testimonium, quod perhibet de me.

[33]Vos misistis ad Joannem, et testimonium perhibuit veritati.

[34]Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico ut vos salvi sitis.

[35]Ille erat lucerna ardens et lucens: vos autem voluistis ad horam exsultare in luce ejus.

[36]Ego autem habeo testimonium majus Joanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me:

[37]et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem ejus umquam audistis, neque speciem ejus vidistis:

[38]et verbum ejus non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis.

[39]Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me:

[40]et non vultis venire ad me ut vitam habeatis.

[41]Claritatem ab hominibus non accipio.

[42]Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

[43]Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me; si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

[44]Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis?

[45]Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.

[46]Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit.

[47]Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis?

[44] Como podeis crer, vós que recebeis a glória uns dos outros, e não buscais a glória que é só de Deus?

[45] Não julgueis que vos hei de acusar diante do Pai; há quem vos acuse: Moisés, no qual colocais a vossa esperança.

[46] Pois, se crêsseis em Moisés, certamente creríeis em mim, porque ele escreveu a meu respeito.

[47] Mas, se não acreditais nos seus escritos, como acreditareis nas minhas palavras?". (= Mt 14,13-21 = Mc 6,32-44 = Lc 9,10-17)

## São João 6

[1] Depois disso, atravessou Jesus o lago da Galileia (que é o de Tiberíades.)

[2] Seguia-o uma grande multidão, porque via os milagres que fazia em benefício dos enfermos.

[3] Jesus subiu a um monte e ali se sentou com seus discípulos.

[4] Aproximava-se a Páscoa, festa dos judeus.

[5] Jesus levantou os olhos sobre aquela grande multidão que vinha ter com ele e disse a Filipe: "Onde compraremos pão para que todos estes tenham o que comer?".

[6] Falava assim para o experimentar, pois bem sabia o que havia de fazer.

[7] Filipe respondeu-lhe: "Duzentos denários de pão não lhes bastam, para que cada um receba um pedaço".

[8] Um dos seus discípulos, chamado André, irmão de Simão Pedro, disse-lhe:

[9] "Está aqui um menino que tem cinco pães de cevada e dois peixes... mas que é isto para tanta gente?".

[10] Disse Jesus: "Fazei-os assentar". Ora, havia naquele lugar muita relva. Sentaram-se aqueles homens em número de uns cinco mil.

[11] Jesus tomou os pães e rendeu graças. Em seguida, distribuiu-os às pessoas que estavam sentadas, e igualmente dos peixes lhes deu quanto queriam.

## Joannes 6

[1]Post hæc abiit Jesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis:

[2]et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur.

[3]Subiit ergo in montem Jesus et ibi sedebat cum discipulis suis.

[4]Erat autem proximum Pascha dies festus Judæorum.

[5]Cum sublevasset ergo oculos Jesus, et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi?

[6]Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.

[7]Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat.

[8]Dicit ei unus ex discipulis ejus, Andreas, frater Simonis Petri:

[9]Est puer unus hic qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?

[10]Dixit ergo Jesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia.

[11]Accepit ergo Jesus panes: et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter et ex piscibus quantum volebant.

[12] Estando eles saciados, disse aos discípulos: “Recolhei os pedaços que sobraram, para que nada se perca”.

[13] Eles os recolheram e, dos pedaços dos cinco pães de cevada que sobraram, encheram doze cestos.

[14] À vista desse milagre de Jesus, aquela gente dizia: “Este é verdadeiramente o profeta que há de vir ao mundo”.

[15] Jesus, percebendo que queriam arrebatá-lo e fazê-lo rei, tornou a retirar-se sozinho para o monte. (= Mt 14,22-36 = Mc 6,47-53)

[16] Chegada a tarde, os seus discípulos desceram à margem do lago.

[17] Subindo a uma barca, atravessaram o lago rumo a Cafarnaum. Era já escuro, e Jesus ainda não se tinha reunido a eles.

[18] O mar, entretanto, se agitava, porque soprava um vento rijo.

[19] Tendo eles remado uns vinte e cinco ou trinta estádios, viram Jesus que se aproximava da barca, andando sobre as águas, e ficaram atemorizados.

[20] Mas ele lhes disse: “Sou eu, não temais”.

[21] Quiseram recebê-lo na barca, mas pouco depois a barca chegou ao seu destino.

[22] No dia seguinte, a multidão que tinha ficado do outro lado do mar percebeu que Jesus não tinha subido com seus discípulos na única barca que lá estava, mas que eles tinham partido sozinhos.

[23] Nesse meio tempo, outras barcas chegaram de Tiberíades, perto do lugar onde tinham comido o pão, depois de o Senhor ter dado graças.

[24] E, reparando a multidão que nem Jesus nem os seus discípulos estavam ali, entrou nas barcas e foi até Cafarnaum à sua procura.

[25] Encontrando-o na outra margem do lago, perguntaram-lhe: “Mestre, quando chegaste aqui?”.

[26] Respondeu-lhes Jesus: “Em verdade, em verdade vos digo: buscais-me, não porque

[12]Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant.

[13]Collegerunt ergo, et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his qui manducaverant.

[14]Illi ergo homines cum vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.

[15]Jesus ergo cum cognovisset quia venturi essent ut raperent eum, et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.

[16]Ut autem sero factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare.

[17]Et cum ascendissent navim, venerunt trans mare in Capharnaum: et tenebræ jam factæ erant et non venerat ad eos Jesus.

[18]Mare autem, vento magno flante, exsurgebat.

[19]Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Jesum ambulantem supra mare, et proximum navi fieri, et timuerunt.

[20]Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere.

[21]Voluerunt ergo accipere eum in navim et statim navis fuit ad terram, in quam ibant.

[22]Altera die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, et quia non introisset cum discipulis suis Jesus in navim, sed soli discipuli ejus abiissent:

[23]aliæ vero supervenerunt naves a Tiberiade juxta locum ubi manducaverant panem, gratias agente Domino.

[24]Cum ergo vidisset turba quia Jesus non esset ibi, neque discipuli ejus, ascenderunt in naviculas, et venerunt Capharnaum quærentes Jesum.

[25]Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti?

[26]Respondit eis Jesus, et dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus et saturati estis.

vistes os milagres, mas porque comestes dos pães e ficastes fartos.

27 Trabalhai, não pela comida que perece, mas pela que dura até a vida eterna, que o Filho do Homem vos dará. Pois nela Deus Pai imprimiu o seu sinal".

28 Perguntaram-lhe: "Que faremos para praticar as obras de Deus?"

29 Respondeu-lhes Jesus: "A obra de Deus é esta: que creiais naquele que ele enviou".

30 Perguntaram eles: "Que milagre fazes tu, para que o vejamos e creiamos em ti? Qual é a tua obra?

31 Nossos pais comeram o maná no deserto, segundo o que está escrito: Deu-lhes de comer o pão vindo do céu" (Sl 77,24).

32 Jesus respondeu-lhes: "Em verdade, em verdade vos digo: Moisés não vos deu o pão do céu, mas o meu Pai é quem vos dá o verdadeiro pão do céu;

33 porque o pão de Deus é o pão que desce do céu e dá vida ao mundo".

34 Disseram-lhe: "Senhor, dá-nos sempre deste pão!".

35 Jesus replicou: "Eu sou o pão da vida: aquele que vem a mim não terá fome, e aquele que crê em mim jamais terá sede.

36 Mas já vos disse: Vós me vedes e não credes...

37 Todo aquele que o Pai me dá virá a mim, e o que vem a mim não o lançarei fora.

38 Pois desci do céu não para fazer a minha vontade, mas a vontade daquele que me enviou.

39 Ora, esta é a vontade daquele que me enviou: que eu não deixe perecer nenhum daqueles que me deu, mas que os ressuscite no último dia.

40 Esta é a vontade de meu Pai: que todo aquele que vê o Filho e nele crê tenha a vida eterna; e eu o ressuscitarei no último dia".

41 Murmuravam então dele os judeus, porque dissera: "Eu sou o pão que desceu do céu".

27 Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus.

28 Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei?

29 Respondit Jesus, et dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.

30 Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum ut videamus et credamus tibi? quid operaris?

31 Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis manducare.

32 Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.

33 Panis enim Dei est, qui de cælo descendit, et dat vitam mundo.

34 Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc.

35 Dixit autem eis Jesus: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet, et qui credit in me, non sitiet umquam.

36 Sed dixi vobis quia et vidistis me, et non creditis.

37 Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: et eum qui venit ad me, non ejiciam foras:

38 quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.

39 Hæc est autem voluntas ejus qui misit me, Patris: ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die.

40 Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: ut omnis qui videt Filium et credit in eum, habeat vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die.

41 Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi,

42 et dicebant: Nonne hic est Jesus filius Joseph, cujus nos novimus patrem et

[42] E perguntavam: "Porventura não é ele Jesus, o filho de José, cujo pai e mãe conhecemos? Como, pois, diz ele: Desci do céu?".

[43] Respondeu-lhes Jesus: "Não murmureis entre vós.

[44] Ninguém pode vir a mim se o Pai, que me enviou, não o atrair; e eu hei de ressuscitá-lo no último dia.

[45] Está escrito nos profetas: Todos serão ensinados por Deus (Is 54,13). Assim, todo aquele que ouviu o Pai e foi por ele instruído vem a mim.

[46] Não que alguém tenha visto o Pai, pois só aquele que vem de Deus, esse é que viu o Pai.

[47] Em verdade, em verdade vos digo: quem crê em mim tem a vida eterna.

[48] Eu sou o pão da vida.

[49] Vossos pais, no deserto, comeram o maná e morreram.

[50] Este é o pão que desceu do céu, para que não morra todo aquele que dele comer.

[51] Eu sou o pão vivo que desceu do céu. Quem comer deste pão viverá eternamente. E o pão, que eu hei de dar, é a minha carne para a salvação do mundo".

[52] A essas palavras, os judeus começaram a discutir, dizendo: "Como pode este homem dar-nos de comer a sua carne?".

[53] Então, Jesus lhes disse: "Em verdade, em verdade vos digo: se não comerdes a carne do Filho do Homem, e não beberdes o seu sangue, não tereis a vida em vós mesmos.

[54] Quem come a minha carne e bebe o meu sangue tem a vida eterna; e eu o ressuscitarei no último dia.

[55] Pois a minha carne é verdadeiramente uma comida e o meu sangue, verdadeiramente uma bebida.

[56] Quem come a minha carne e bebe o meu sangue permanece em mim e eu nele.

[57] Assim como o Pai que me enviou vive, e eu vivo pelo Pai, assim também aquele que comer a minha carne viverá por mim.

matrem? quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo descendi?

[43]Respondit ergo Jesus, et dixit eis: Nolite murmurare in invicem:

[44]nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum; et ego resuscitabo eum in novissimo die.

[45]Est scriptum in prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me.

[46]Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est a Deo, hic vidit Patrem.

[47]Amen, amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam æternam.

[48]Ego sum panis vitæ.

[49]Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt.

[50]Hic est panis de cælo descendens: ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.

[51]Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi.

[52]Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

[53]Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?

[54]Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

[55]Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: et ego resuscitabo eum in novissimo die.

[56]Caro enim mea vere est cibus: et sanguis meus, vere est potus;

[57]qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.

[58]Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me.

[59]Hic est panis qui de cælo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna,

[58] Este é o pão que desceu do céu. Não como o maná que vossos pais comeram e morreram. Quem come deste pão viverá eternamente”.

[59] Tal foi o ensinamento de Jesus na sinagoga de Cafarnaum.

[60] Muitos dos seus discípulos, ouvindo-o, disseram: “Isto é muito duro! Quem o pode admitir?”.

[61] Sabendo Jesus que os discípulos murmuravam por isso, perguntou-lhes: “Isso vos escandaliza?

[62] Que será, quando virdes subir o Filho do Homem para onde ele estava antes?...

[63] O espírito é que vivifica, a carne de nada serve. As palavras que vos tenho dito são espírito e vida.

[64] Mas há alguns entre vós que não creem...”. Pois desde o princípio Jesus sabia quais eram os que não criam e quem o havia de trair.

[65] Ele prosseguiu: “Por isso, vos disse: Ninguém pode vir a mim, se por meu Pai não lho for concedido”.

[66] Desde então, muitos dos seus discípulos se retiraram e já não andavam com ele.

[67] Então, Jesus perguntou aos Doze: “Quereis vós também retirar-vos?”.

[68] Respondeu-lhe Simão Pedro: “Senhor, a quem iríamos nós? Tu tens as palavras da vida eterna.

[69] E nós cremos e sabemos que tu és o Santo de Deus!”.

[70] Jesus acrescentou: “Não vos escolhi eu todos os doze? Contudo, um de vós é um demônio!...”.

[71] Ele se referia a Judas, filho de Simão Iscariotes, porque era quem o havia de entregar, não obstante ser um dos Doze.

et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.

[60]Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum.

[61]Multi ergo audientes ex discipulis ejus, dixerunt: Durus est hic sermo, et quis potest eum audire?

[62]Sciens autem Jesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis: Hoc vos scandalizat?

[63]si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?

[64]Spiritus est qui vivificat: caro non prodest quidquam: verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.

[65]Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus qui essent non credentes, et quis traditurus esset eum.

[66]Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.

[67]Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro: et jam non cum illo ambulabant.

[68]Dixit ergo Jesus ad duodecim: Numquid et vos vultis abire?

[69]Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes:

[70]et nos credidimus, et cognovimus quia tu es Christus Filius Dei.

[71]Respondit eis Jesus: Nonne ego vos duodecim elegi: et ex vobis unus diabolus est?

[72]Dicebat autem Judam Simonis Iscariotem: hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

## São João 7

[1] Depois disso, Jesus percorria a Galileia. Ele não queria deter-se na Judeia, porque os judeus procuravam tirar-lhe a vida.

## Joannes 7

[1]Post hæc autem ambulabat Jesus in Galilæam: non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.

[2] Aproximava-se a festa dos judeus chamada dos Tabernáculos.

[3] Seus irmãos disseram-lhe: “Parte daqui e vai para a Judeia, a fim de que também os teus discípulos vejam as obras que fazes.

[4] Pois quem deseja ser conhecido em público não faz coisa alguma ocultamente. Já que fazes essas obras, revela-te ao mundo”.

[5] Com efeito, nem mesmo os seus irmãos acreditavam nele.

[6] Disse-lhes Jesus: “O meu tempo ainda não chegou, mas para vós a hora é sempre favorável.

[7] O mundo não vos pode odiar, mas odeia-me, porque eu testemunho contra ele que as suas obras são más.

[8] Subi vós para a festa. Quanto a mim, eu não irei, porque ainda não chegou o meu tempo”.

[9] Dito isso, permaneceu na Galileia.

[10] Mas, quando os seus irmãos tinham subido, então subiu também ele à festa, não em público, mas despercebidamente.

[11] Buscavam-no os judeus durante a festa e perguntavam: “Onde está ele?”.

[12] E na multidão só se discutia a respeito dele. Uns diziam: “É homem de bem.” Outros, porém, diziam: “Não é; ele seduz o povo”.

[13] Ninguém, contudo, ousava falar dele livremente com medo dos judeus.

[14] Lá pelo meio da festa, Jesus subiu ao templo e pôs-se a ensinar.

[15] Os judeus se admiravam e diziam: “Este homem não fez estudos. Donde lhe vem, pois, este conhecimento das Escrituras?”.

[16] Respondeu-lhes Jesus: “A minha doutrina não é minha, mas daquele que me enviou.

[6] Dizia isso não porque ele se interessasse pelos pobres, mas porque era ladrão e, tendo a bolsa, furtava o que nela lançavam.

[7] Jesus disse: "Deixai-a; ela guardou este perfume para o dia da minha sepultura.

## Joannes 12

[1]Jesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus.

[2]Fecerunt autem ei cœnam ibi, et Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo.

[3]Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, et unxit pedes Jesu, et extersit pedes ejus capillis suis: et domus impleta est ex odore unguenti.

[4]Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus:

[5]Quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis, et datum est egenis?

[6]Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.

[7]Dixit ergo Jesus: Sinite illam ut in diem sepulturæ meæ servet illud.

8 Pois sempre tereis convosco os pobres, mas a mim nem sempre me tereis".

9 Uma grande multidão de judeus veio a saber que Jesus lá estava; e chegou, não somente por causa de Jesus, mas ainda para ver Lázaro, que ele ressuscitara.

10 Mas os príncipes dos sacerdotes resolveram tirar a vida também a Lázaro,

11 porque muitos judeus, por causa dele, se afastavam e acreditavam em Jesus. (= Mt 21,1-11 = Mc 11,1-10 = Lc 19,29-40)

12 No dia seguinte, uma grande multidão que tinha vindo à festa em Jerusalém ouviu dizer que Jesus se ia aproximando.

13 Saíram-lhe ao encontro com ramos de palmas, exclamando: "Hosana! Bendito o que vem em nome do Senhor, o rei de Israel!".

14 Tendo Jesus encontrado um jumentinho, montou nele, segundo o que está escrito:

15 Não temas, filha de Sião, eis que vem o teu rei montado num filho de jumenta (Zc 9,9).

16 Os seus discípulos a princípio não compreendiam essas coisas, mas, quando Jesus foi glorificado, então se lembraram de que isso estava escrito a seu respeito e de que assim lho fizeram.

17 A multidão, pois, que se achava com ele, quando chamara Lázaro do sepulcro e o ressuscitara, aclamava-o.

18 Por isso, o povo lhe saía ao encontro, porque tinha ouvido que Jesus fizera aquele milagre.

19 Mas os fariseus disseram entre si: "Vede! Nada adiantou! Reparai que todo mundo corre atrás dele!"

20 Havia alguns gregos entre os que subiram para adorar durante a festa.

21 Estes se aproximaram de Filipe (aquele de Betsaida da Galileia) e rogaram-lhe: "Senhor, quiséramos ver Jesus".

22 Filipe foi e falou com André. Então, André e Filipe o disseram ao Senhor.

23 Respondeu-lhes Jesus: "É chegada a hora para o Filho do Homem ser glorificado.

8Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

9Cognovit ergo turba multa ex Judæis quia illic est, et venerunt, non propter Jesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis.

10Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut et Lazarum interficerent:

11quia multi propter illum abibant ex Judæis, et credebant in Jesum.

12In crastinum autem, turba multa quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Jesus Jerosolymam,

13acceperunt ramos palmarum, et processerunt obviam ei, et clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israël.

14Et invenit Jesus asellum, et sedit super eum, sicut scriptum est:

15Noli timere, filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ.

16Hæc non cognoverunt discipuli ejus primum: sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, et hæc fecerunt ei.

17Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento, et suscitavit eum a mortuis.

18Propterea et obviam venit ei turba: quia audierunt fecisse hoc signum.

19Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit.

20Erant autem quidam gentiles, ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo.

21Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ, et rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Jesum videre.

22Venit Philippus, et dicit Andreæ; Andreas rursum et Philippus dixerunt Jesu.

23Jesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.

24Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit,

[24] Em verdade, em verdade vos digo: se o grão de trigo, caído na terra, não morrer, fica só; se morrer, produz muito fruto.

[25] Quem ama a sua vida, irá perdê-la; mas quem odeia a sua vida neste mundo, irá conservá-la para a vida eterna.

[26] Se alguém me quer servir, siga-me; e, onde eu estiver, estará ali também o meu servo. Se alguém me serve, meu Pai o honrará.

[27] Agora, a minha alma está perturbada. Mas que direi?... Pai, salva-me desta hora... Mas é exatamente para isso que vim a esta hora.

[28] Pai, glorifica o teu nome!" Nisso veio do céu uma voz: "Já o glorifiquei e tornarei a glorificá-lo".

[29] Ora, a multidão que ali estava, ao ouvir isso, dizia ter havido um trovão. Outros replicavam: "Um anjo falou-lhe".

[30] Jesus disse: "Essa voz não veio por mim, mas sim por vossa causa.

[31] Agora é o juízo deste mundo; agora será lançado fora o príncipe deste mundo.

[32] E quando eu for levantado da terra, atrairei todos os homens a mim".

[33] Dizia, porém, isto, significando de que morte havia de morrer.

[34] A multidão respondeu-lhe: "Nós temos ouvido da Lei que o Cristo permanece para sempre. Como dizes tu: Importa que o Filho do Homem seja levantado? Quem é esse Filho do Homem?".

[35] Respondeu-lhes Jesus: "Ainda por pouco tempo a luz estará em vosso meio. Andai enquanto tendes a luz, para que as trevas não vos surpreendam; e quem caminha nas trevas não sabe para onde vai.

[36] Enquanto tendes a luz, crede na luz, e assim vos tornareis filhos da luz." Jesus disse essas coisas, retirou-se e ocultou-se longe deles.

[37] Embora tivesse feito tantos milagres na presença deles, não acreditavam nele.

[38] Assim se cumpria o oráculo do profeta Isaías: Senhor, quem creu em nossa

[25]ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

[26]Si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.

[27]Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc:

[28]Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: Et clarificavi, et iterum clarificabo.

[29]Turba ergo, quæ stabat, et audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii dicebant: Angelus ei locutus est.

[30]Respondit Jesus, et dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.

[31]Nunc judicium est mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.

[32]Et ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.

[33](Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.)

[34]Respondit ei turba: Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum: et quomodo tu dicis: Oportet exaltari Filium hominis? quis est iste Filius hominis?

[35]Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant; et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.

[36]Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc locutus est Jesus, et abiit et abscondit se ab eis.

[37]Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum;

[38]ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est?

pregação? E a quem foi revelado o braço do Senhor (Is 53,1)?

[39] Aliás, não podiam crer, porque outra vez disse Isaías:

[40] Ele cegou-lhes os olhos, endureceu-lhes o coração, para que não vejam com os olhos nem entendam com o coração e se convertam e eu os sare (Is 6,10).

[41] Assim se exprimiu Isaías, quando teve a visão de sua glória e dele falou.

[42] Não obstante, também muitos dos chefes creram nele, mas por causa dos fariseus não o manifestavam, para não serem expulsos da sinagoga.

[43] Assim preferiram a glória dos homens àquela que vem de Deus.

[44] Entretanto, Jesus exclamou em voz alta: “Aquele que crê em mim crê não em mim, mas naquele que me enviou;

[45] e aquele que me vê vê aquele que me enviou.

[46] Eu vim como luz ao mundo; assim, todo aquele que crer em mim não ficará nas trevas.

[47] Se alguém ouve as minhas palavras e não as guarda, eu não o condenarei, porque não vim para condenar o mundo, mas para salvá-lo.

[48] Quem me despreza e não recebe as minhas palavras tem quem o julgue; a palavra que anunciei, essa o julgará no último dia.

[49] Em verdade, não falei por mim mesmo, mas o Pai, que me enviou, ele mesmo me prescreveu o que devo dizer e o que devo ensinar.

[50] E sei que o seu mandamento é vida eterna. Portanto, o que digo, digo-o segundo me falou o Pai”.

[39]Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias:

[40]Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum ut non videant oculis, et non intelligant corde, et convertantur, et sanem eos.

[41]Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo.

[42]Verumtamen et ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter pharisæos non confitebantur, ut e synagoga non ejicerentur.

[43]Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.

[44]Jesus autem clamavit, et dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.

[45]Et qui videt me, videt eum qui misit me.

[46]Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

[47]Et si quis audierit verba mea, et non custodierit, ego non judico eum; non enim veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum.

[48]Qui spernit me et non accipit verba mea, habet qui judicet eum. Sermo quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die.

[49]Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me, Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam et quid loquar.

[50]Et scio quia mandatum ejus vita æterna est: quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

## São João 13

[1] Antes da festa da Páscoa, sabendo Jesus que chegara a sua hora de passar deste mundo ao Pai, como amasse os seus que estavam no mundo, até o extremo os amou.

## Joannes 13

[1]Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

[2] Durante a ceia – quando o demônio já tinha lançado no coração de Judas, filho de Simão Iscariotes, o propósito de traí-lo –,

[3] sabendo Jesus que o Pai tudo lhe dera nas mãos, e que saíra de Deus e para Deus voltava,

[4] levantou-se da mesa, depôs as suas vestes e, pegando duma toalha, cingiu-se com ela.

[5] Em seguida, deitou água numa bacia e começou a lavar os pés dos discípulos e a enxugá-los com a toalha com que estava cingido.

[6] Chegou a Simão Pedro. Mas Pedro lhe disse: "Senhor, queres lavar-me os pés!...".

[7] Respondeu-lhe Jesus: "O que faço não compreendes agora, mas irás compreendê-lo em breve".

[8] Disse-lhe Pedro: "Jamais me lavarás os pés!...". Respondeu-lhe Jesus: "Se eu não os lavar, não terás parte comigo".

[9] Exclamou então Simão Pedro: "Senhor, não somente os pés, mas também as mãos e a cabeça".

[10] Disse-lhe Jesus: "Aquele que tomou banho não tem necessidade de lavar-se; está inteiramente puro. Ora, vós estais puros, mas nem todos!...".

[11] Pois sabia quem o havia de trair; por isso, disse: "Nem todos estais puros".

[12] Depois de lhes lavar os pés e tomar as suas vestes, sentou-se novamente à mesa e perguntou-lhes: "Sabeis o que vos fiz?

[13] Vós me chamais Mestre e Senhor, e dizeis bem, porque eu o sou.

[14] Logo, se eu, vosso Senhor e Mestre, vos lavei os pés, também vós deveis lavar-vos os pés uns dos outros.

[15] Dei-vos o exemplo para que, como eu vos fiz, assim façais também vós.

[16] Em verdade, em verdade vos digo: o servo não é maior do que o seu Senhor, nem o enviado é maior do que aquele que o enviou.

[17] Se compreenderdes essas coisas, sereis felizes, sob condição de as praticardes.

[2]Et cœna facta, cum diabolus jam misisset in cor ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ:

[3]sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exivit, et ad Deum vadit:

[4]surgit a cœna, et ponit vestimenta sua, et cum accepisset linteum, præcinxit se.

[5]Deinde mittit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo, quo erat præcinctus.

[6]Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes?

[7]Respondit Jesus, et dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea.

[8]Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus: Si non lavero te, non habebis partem mecum.

[9]Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed et manus, et caput.

[10]Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.

[11]Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum; propterea dixit: Non estis mundi omnes.

[12]Postquam ergo lavit pedes eorum, et accepit vestimenta sua, cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?

[13]Vos vocatis me Magister et Domine, et bene dicitis: sum etenim.

[14]Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes.

[15]Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis.

[16]Amen, amen dico vobis: non est servus major domino suo: neque apostolus major est eo qui misit illum.

[17]Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.

[18]Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim; sed ut adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum.

[18] Não digo isso de vós todos; conheço os que escolhi, mas é preciso que se cumpra essa palavra da Escritura: Aquele que come o pão comigo levantou contra mim o seu calcanhar (Sl 40,10).

[19] Desde já vo-lo digo, antes que aconteça, para que, quando acontecer, creiais e reconheçais quem sou eu.

[20] Em verdade, em verdade vos digo: quem recebe aquele que eu enviei recebe a mim; e quem me recebe recebe aquele que me enviou".

[21] Dito isso, Jesus ficou perturbado em seu espírito e declarou abertamente: "Em verdade, em verdade vos digo: um de vós me há de trair!...".

[22] Os discípulos olhavam uns para os outros, sem saber de quem falava.

[23] Um dos discípulos, a quem Jesus amava, estava à mesa reclinado ao peito de Jesus.

[24] Simão Pedro acenou-lhe para dizer-lhe: "Dize-nos, de quem é que ele fala".

[25] Reclinando-se esse mesmo discípulo sobre o peito de Jesus, interrogou-o: "Senhor, quem é?".

[26] Jesus respondeu: "É aquele a quem eu der o pão embebido". Em seguida, molhou o pão e deu-o a Judas, filho de Simão Iscariotes.

[27] Logo que ele o engoliu, Satanás entrou nele. Jesus disse-lhe, então: "O que queres fazer, faze-o depressa".

[28] Mas ninguém dos que estavam à mesa soube por que motivo lhe dissera.

[29] Pois, como Judas tinha a bolsa, pensavam alguns que Jesus lhe falava: "Compra aquilo de que temos necessidade para a festa". Ou: "Dá alguma coisa aos pobres".

[30] Tendo Judas recebido o bocado de pão, apressou-se em sair. E era noite...

[31] Logo que Judas saiu, Jesus disse: "Agora é glorificado o Filho do Homem, e Deus é glorificado nele.

[32] Se Deus foi glorificado nele, também Deus o glorificará em si mesmo, e o glorificará em breve.

[19]Amodo dico vobis, priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis quia ego sum.

[20]Amen, amen dico vobis: qui accipit si quem misero, me accipit; qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

[21]Cum hæc dixisset Jesus, turbatus est spiritu: et protestatus est, et dixit: Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me.

[22]Aspiciebant ergo ad invicem discipuli, hæsitantes de quo diceret.

[23]Erat ergo recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus.

[24]Innuit ergo huic Simon Petrus, et dixit ei: Quis est, de quo dicit?

[25]Itaque cum recubuisset ille supra pectus Jesu, dicit ei: Domine, quis est?

[26]Respondit Jesus: Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Iscariotæ.

[27]Et post buccellam, introivit in eum Satanas. Et dixit ei Jesus: Quod facis, fac citius.

[28]Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei.

[29]Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixisset ei Jesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret.

[30]Cum ergo accepisset ille buccellam, exivit continuo. Erat autem nox.

[31]Cum ergo exisset, dixit Jesus: Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo.

[32]Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso: et continuo clarificabit eum.

[33]Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me; et sicut dixi Judæis, quo ego vado, vos non potestis venire: et vobis dico modo.

[34]Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem: sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem.

[33] Filhinhos meus, por um pouco apenas ainda estou convosco. Vós me haveis de procurar, mas, como disse aos judeus, também vos digo agora a vós: para onde eu vou, vós não podeis ir.

[34] Dou-vos um novo mandamento: Amai-vos uns aos outros. Como eu vos tenho amado, assim também vós deveis amar-vos uns aos outros.

[35] Nisso todos conhecerão que sois meus discípulos, se vos amardes uns aos outros".

[36] Perguntou-lhe Simão Pedro: "Senhor, para onde vais?". Jesus respondeu-lhe: "Para onde vou, não podes seguir-me agora, mas tu seguirás mais tarde".

[37] Pedro tornou a perguntar: "Senhor, por que te não posso seguir agora? Darei a minha vida por ti!".

[38] Respondeu-lhe Jesus: "Darás a tua vida por mim!... Em verdade, em verdade te digo: não cantará o galo até que me negues três vezes".

[35]In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.

[36]Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? Respondit Jesus: Quo ego vado non potes me modo sequi: sequeris autem postea.

[37]Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam.

[38]Respondit ei Jesus: Animam tuam pro me pones? amen, amen dico tibi: non cantabit gallus, donec ter me neges.

## São João 14

[1] "Não se perturbe o vosso coração. Credes em Deus, crede também em mim.

[2] Na casa de meu Pai há muitas moradas. Não fora assim, e eu vos teria dito; pois vou preparar-vos um lugar.

[3] Depois de ir e vos preparar um lugar, voltarei e vos tomarei comigo, para que, onde eu estou, também vós estejais.

[4] E vós conheceis o caminho para ir aonde vou."

[5] Disse-lhe Tomé: "Senhor, não sabemos para onde vais. Como podemos conhecer o caminho?".

[6] Jesus lhe respondeu: "Eu sou o caminho, a verdade e a vida; ninguém vem ao Pai senão por mim.

[7] Se me conhecêsseis, também certamente conheceríeis meu Pai; desde agora já o conheceis, pois o tendes visto".

[8] Disse-lhe Filipe: "Senhor, mostra-nos o Pai e isso nos basta".

## Joannes 14

[1]Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, et in me credite.

[2]In domo Patris mei mansiones multæ sunt; si quominus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.

[3]Et si abiero, et præparavero vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum: ut ubi sum ego, et vos sitis.

[4]Et quo ego vado scitis, et viam scitis.

[5]Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis: et quomodo possumus viam scire?

[6]Dicit ei Jesus: Ego sum via, et veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.

[7]Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis: et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum.

[8]Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis.

[9]Dicit ei Jesus: Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui

[9] Respondeu Jesus: “Há tanto tempo que estou convosco e não me conheceste, Filipe! Aquele que me viu viu também o Pai. Como, pois, dizes: Mostra-nos o Pai...

[10] Não credes que estou no Pai, e que o Pai está em mim? As palavras que vos digo não as digo de mim mesmo; mas o Pai, que permanece em mim, é que realiza as suas próprias obras.

[11] Crede-me: estou no Pai, e o Pai em mim. Crede-o ao menos por causa dessas obras.

[12] Em verdade, em verdade vos digo: aquele que crê em mim fará também as obras que eu faço, e fará ainda maiores do que estas, porque vou para junto do Pai.

[13] E tudo o que pedirdes ao Pai em meu nome, vo-lo farei, para que o Pai seja glorificado no Filho.

[14] Qualquer coisa que me pedirdes, em meu nome, vo-lo farei.

[15] Se me amais, guardareis os meus mandamentos.

[16] E eu rogarei ao Pai, e ele vos dará outro Paráclito, para que fique eternamente convosco.

[17] É o Espírito da Verdade, que o mundo não pode receber, porque não o vê nem o conhece, mas vós o conhecereis, porque permanecerá convosco e estará em vós.

[18] Não vos deixarei órfãos. Voltarei a vós.

[19] Ainda um pouco de tempo e o mundo já não me verá. Vós, porém, me tornareis a ver, porque eu vivo e vós vivereis.

[20] Naquele dia, conhecereis que estou em meu Pai, e vós em mim e eu em vós.

[21] Aquele que tem os meus mandamentos e os guarda, esse é que me ama. E aquele que me ama será amado por meu Pai, e eu o amarei e me manifestarei a ele.

[22] Pergunta-lhe Judas, não o Iscariotes: ‘Senhor, por que razão hás de manifestar-te a nós e não ao mundo?’.

[23] Respondeu-lhe Jesus: Se alguém me ama, guardará a minha palavra e meu Pai o

videt me, videt et Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem?

[10]Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse fecit opera.

[11]Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est?

[12]alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado.

[13]Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.

[14]Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

[15]Si diligitis me, mandata mea servate:

[16]et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum,

[17]Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit.

[18]Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

[19]Adhuc modicum, et mundus me jam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, et vos vivetis.

[20]In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis.

[21]Qui habet mandata mea, et servat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.

[22]Dicit ei Judas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, et non mundo?

[23]Respondit Jesus, et dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus;

amará, e nós viremos a ele e nele faremos nossa morada.

[24] Aquele que não me ama não guarda as minhas palavras. A palavra que tendes ouvido não é minha, mas sim do Pai que me enviou.

[25] Disse-vos essas coisas enquanto estou convosco.

[26] Mas o Paráclito, o Espírito Santo, que o Pai enviará em meu nome, irá ensinar-vos todas as coisas e vos recordará tudo o que vos tenho dito.

[27] Deixo-vos a paz, dou-vos a minha paz. Não vo-la dou como o mundo a dá. Não se perturbe o vosso coração, nem se atemorize!

[28] Ouvistes o que eu vos disse: Vou e volto a vós. Se me amardes, certamente haveis de alegrar-vos, que vou para junto do Pai, porque o Pai é maior do que eu.

[29] E disse-vos agora essas coisas, antes que aconteçam, para que creiais quando acontecerem.

[30] Já não falarei muito convosco, porque vem o príncipe deste mundo; mas ele não tem nada em mim.

[31] O mundo, porém, deve saber que amo o Pai e procedo como o Pai me ordenou. Levantai-vos, vamo-nos daqui”.

[24]qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem, quem audistis, non est meus: sed ejus qui misit me, Patris.

[25]Hæc locutus sum vobis apud vos manens.

[26]Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.

[27]Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

[28]Audistis quia ego dixi vobis: Vado, et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est.

[29]Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis.

[30]Jam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam.

[31]Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

## São João 15

[1] “Eu sou a videira verdadeira, e meu Pai é o agricultor. Todo ramo que não der fruto em mim, ele o cortará;

[2] e podará todo o que der fruto, para que produza mais fruto.

[3] Vós já estais puros pela palavra que vos tenho anunciado.

[4] Permanecei em mim e eu permanecerei em vós. O ramo não pode dar fruto por si mesmo, se não permanecer na videira. Assim também vós: não podeis tampouco dar fruto, se não permanecerdes em mim.

[5] Eu sou a videira; vós, os ramos. Quem permanecer em mim e eu nele, esse dá

## Joannes 15

[1]Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est.

[2]Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.

[3]Jam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.

[4]Manete in me, et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis.

muito fruto; porque sem mim nada podeis fazer.

6 Se alguém não permanecer em mim será lançado fora, como o ramo. Ele secará e hão de ajuntá-lo e lançá-lo ao fogo, e será queimado.

7 Se permanecerdes em mim, e as minhas palavras permanecerem em vós, pedireis tudo o que quiserdes e vos será feito.

8 Nisso é glorificado meu Pai, para que deis muito fruto e vos torneis meus discípulos."

9 "Como o Pai me ama, assim também eu vos amo. Perseverai no meu amor.

10 Se guardardes os meus mandamentos, sereis constantes no meu amor, como também eu guardei os mandamentos de meu Pai e persisto no seu amor.

11 Disse-vos essas coisas para que a minha alegria esteja em vós, e a vossa alegria seja completa."

12 "Este é o meu mandamento: amai-vos uns aos outros, como eu vos amo.

13 Ninguém tem maior amor do que aquele que dá a sua vida por seus amigos.

14 Vós sois meus amigos, se fazeis o que vos mando.

15 Já não vos chamo servos, porque o servo não sabe o que faz seu senhor. Mas chamei-vos amigos, pois vos dei a conhecer tudo quanto ouvi de meu Pai.

16 Não fostes vós que me escolhestes, mas eu vos escolhi e vos constituí para que vades e produzais fruto, e o vosso fruto permaneça. Eu assim vos constituí, a fim de que tudo quanto pedirdes ao Pai em meu nome, ele vos conceda.

17 O que vos mando é que vos ameis uns aos outros."

18 "Se o mundo vos odeia, sabei que me odiou a mim antes que a vós.

19 Se fôsseis do mundo, o mundo vos amaria como sendo seus. Como, porém, não sois do mundo, mas do mundo vos escolhi, por isso o mundo vos odeia.

5Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.

6Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet.

7Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, et fiet vobis.

8In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli.

9Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.

10Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego Patris mei præcepta servavi, et maneo in ejus dilectione.

11Hæc locutus sum vobis: ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur.

12Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

13Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

14Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.

15Jam non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.

16Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

17Hæc mando vobis: ut diligatis invicem.

18Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.

19Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

20Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur; si

[20] Lembrai-vos da palavra que vos disse: O servo não é maior do que o seu senhor. Se me perseguiram, também vos hão de perseguir. Se guardaram a minha palavra, hão de guardar também a vossa.

[21] Mas vos farão tudo isso por causa do meu nome, porque não conhecem aquele que me enviou.

[22] Se eu não viesse e não lhes tivesse falado, não teriam pecado; mas agora não há desculpa para o seu pecado.

[23] Aquele que me odeia odeia também a meu Pai.

[24] Se eu não tivesse feito entre eles obras, como nenhum outro fez, não teriam pecado; mas agora as viram e odiaram a mim e a meu Pai.

[25] Mas foi para que se cumpra a palavra que está escrita na sua Lei: Odiaram-me sem motivo (Sl 34,19; 68,5).

[26] Quando vier o Paráclito, que vos enviarei da parte do Pai, o Espírito da Verdade, que procede do Pai, ele dará testemunho de mim.

[27] Também vós dareis testemunho, porque estais comigo desde o princípio."

sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt.

[21]Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me.

[22]Si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

[23]Qui me odit, et Patrem meum odit.

[24]Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem et viderunt, et oderunt et me, et Patrem meum.

[25]Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis.

[26]Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me;

[27]et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

## São João 16

[1] "Disse-vos essas coisas para vos preservar de alguma queda.

[2] Eles vos expulsarão das sinagogas, e virá a hora em que todo aquele que vos tirar a vida julgará prestar culto a Deus.

[3] Procederão desse modo porque não conheceram o Pai, nem a mim.

[4] Disse-vos, porém, essas palavras para que, quando chegar a hora, vos lembreis de que vo-lo anunciei. E não vo-las disse desde o princípio, porque estava convosco."

[5] "Agora vou para aquele que me enviou, e ninguém de vós me pergunta: Para onde vais?

[6] Mas porque vos falei assim, a tristeza encheu o vosso coração.

## Joannes 16

[1]Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini.

[2]Absque synagogis facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo.

[3]Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.

[4]Sed hæc locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis.

[5]Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum qui misit me; et nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis?

[6]sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.

[7] Entretanto, digo-vos a verdade: convém a vós que eu vá! Porque, se eu não for, o Paráclito não virá a vós; mas se eu for, vo-lo enviarei.

[8] E, quando ele vier, convencerá o mundo a respeito do pecado, da justiça e do juízo.

[9] Convencerá o mundo a respeito do pecado, que consiste em não crer em mim.

[10] Ele o convencerá a respeito da justiça, porque eu me vou para junto do meu Pai e vós já não me vereis;

[11] ele o convencerá a respeito do juízo, que consiste em que o príncipe deste mundo já está julgado e condenado.

[12] Muitas coisas ainda tenho a dizer-vos, mas não as podeis suportar agora.

[13] Quando vier o Paráclito, o Espírito da Verdade, ele vos ensinará toda a verdade, porque não falará por si mesmo, mas dirá o que ouvir, e vos anunciará as coisas que virão.

[14] Ele me glorificará, porque receberá do que é meu, e vo-lo anunciará.

[15] Tudo o que o Pai possui é meu. Por isso, disse: Há de receber do que é meu, e vo-lo anunciará."

[16] "Ainda um pouco de tempo, e já me não vereis; e depois mais um pouco de tempo, e me tornareis a ver, porque vou para junto do Pai."

[17] Nisso alguns dos seus discípulos perguntavam uns aos outros: "Que é isso que ele nos diz: Ainda um pouco de tempo, e não me vereis; e depois mais um pouco de tempo, e me tornareis a ver? E que significa também: Eu vou para o Pai?".

[18] Diziam então: "Que significa este 'pouco de tempo' de que fala? Não sabemos o que ele quer dizer".

[19] Jesus notou que lhe queriam perguntar e disse-lhes: "Perguntais uns aos outros acerca do que eu disse: Ainda um pouco de tempo, e não me vereis; e depois mais um pouco de tempo, e me tornareis a ver.

[20] Em verdade, em verdade vos digo: haveis de lamentar e chorar, mas o mundo se há de

[7]Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos.

[8]Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, et de justitia, et de judicio.

[9]De peccato quidem, quia non crediderunt in me.

[10]De justitia vero, quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me.

[11]De judicio autem, quia princeps hujus mundi jam judicatus est.

[12]Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.

[13]Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur a semetipso, sed quæcumque audiet loquetur, et quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

[14]Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.

[15]Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.

[16]Modicum, et jam non videbitis me; et iterum modicum, et videbitis me: quia vado ad Patrem.

[17]Dixerunt ergo ex discipulis ejus ad invicem: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum, et non videbitis me; et iterum modicum, et videbitis me, et quia vado ad Patrem?

[18]Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit: Modicum? nescimus quid loquitur.

[19]Cognovit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, et dixit eis: De hoc quæritis inter vos quia dixi: Modicum, et non videbitis me; et iterum modicum, et videbitis me.

[20]Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, et flebitis vos, mundus autem gaudebit; vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

[21]Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus; cum autem pepererit puerum, jam non meminit pressuræ

alegrar. E haveis de estar tristes, mas a vossa tristeza se há de transformar em alegria.

21 Quando a mulher está para dar à luz, sofre porque veio a sua hora. Mas, depois que deu à luz a criança, já não se lembra da aflição, por causa da alegria que sente de haver nascido um homem no mundo.

22 Assim também vós: sem dúvida, agora estais tristes, mas hei de ver-vos outra vez, e o vosso coração se alegrará e ninguém vos tirará a vossa alegria.

23 Naquele dia não me perguntareis mais coisa alguma". "Em verdade, em verdade vos digo: o que pedirdes ao Pai em meu nome, ele vo-lo dará.

24 Até agora não pedistes nada em meu nome. Pedi e recebereis, para que a vossa alegria seja perfeita.

25 Disse-vos essas coisas em termos figurados e obscuros. Vem a hora em que já não vos falarei por meio de comparações e parábolas, mas vos falarei abertamente a respeito do Pai.

26 Naquele dia pedireis em meu nome, e já não digo que rogarei ao Pai por vós.

27 Pois o mesmo Pai vos ama, porque vós me amastes e crestes que saí de Deus.

28 Saí do Pai e vim ao mundo. Agora deixo o mundo e volto para junto do Pai."

29 Disseram-lhe os seus discípulos: "Eis que agora falas claramente e a tua linguagem já não é figurada e obscura.

30 Agora sabemos que conheces todas as coisas e que não necessitas que alguém te pergunte. Por isso, cremos que saíste de Deus".

31 Jesus replicou-lhes: "Credes agora!...

32 Eis que vem a hora, e ela já veio, em que sereis espalhados, cada um para o seu lado, e me deixareis sozinho. Mas não estou só, porque o Pai está comigo".

33 "Referi-vos essas coisas para que tenhais a paz em mim. No mundo haveis de ter aflições. Coragem! Eu venci o mundo."

propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

22Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

23Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

24Usque modo non petistis quidquam in nomine meo: petite, et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

25Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora cum jam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis:

26in illo die in nomine meo petetis: et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis:

27ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, et credidistis, quia ego a Deo exivi.

28Exivi a Patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem.

29Dicunt ei discipuli ejus: Ecce nunc palam loqueris, et proverbium nullum dicis:

30nunc scimus quia scis omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia a Deo existi.

31Respondit eis Jesus: Modo creditis?

32ecce venit hora, et jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, et me solum relinquatis: et non sum solus, quia Pater mecum est.

33Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

## São João 17

[1] Jesus afirmou essas coisas e depois, levantando os olhos ao céu, disse: “Pai, é chegada a hora. Glorifica teu Filho, para que teu Filho glorifique a ti;

[2] e para que, pelo poder que lhe conferiste sobre toda criatura, ele dê a vida eterna a todos aqueles que lhe entregaste.

[3] Ora, a vida eterna consiste em que conheçam a ti, um só Deus verdadeiro, e a Jesus Cristo que enviaste.

[4] Eu te glorifiquei na terra. Terminei a obra que me deste para fazer.

[5] Agora, pois, Pai, glorifica-me junto de ti, concedendo-me a glória que tive junto de ti, antes que o mundo fosse criado”.

[6] “Manifestei o teu nome aos homens que do mundo me deste. Eram teus e os deste a mim e guardaram a tua palavra.

[7] Agora eles reconheceram que todas as coisas que me deste procedem de ti.

[8] Porque eu lhes transmiti as palavras que tu me confiaste e eles as receberam e reconheceram verdadeiramente que saí de ti, e creram que tu me enviaste.

[9] Por eles é que eu rogo. Não rogo pelo mundo, mas por aqueles que me deste, porque são teus.

[10] Tudo o que é meu é teu, e tudo o que é teu é meu. Neles sou glorificado.

[11] Já não estou no mundo, mas eles estão ainda no mundo; eu, porém, vou para junto de ti. Pai santo, guarda-os em teu nome, que me encarregaste de fazer conhecer, a fim de que sejam um como nós.

[12] Enquanto eu estava com eles, eu os guardava em teu nome, que me incumbiste de fazer conhecido. Conservei os que me deste, e nenhum deles se perdeu, exceto o filho da perdição, para que se cumprisse a Escritura.

[13] Mas, agora, vou para junto de ti. Dirijo-te esta oração enquanto estou no mundo para que eles tenham a plenitude da minha alegria.

## Joannes 17

[1]Hæc locutus est Jesus: et sublevatis oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora: clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te:

[2]sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam.

[3]Hæc est autem vita æterna: ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum.

[4]Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam:

[5]et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te.

[6]Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: tui erant, et mihi eos dedisti: et sermonem tuum servaverunt.

[7]Nunc cognoverunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt:

[8]quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti.

[9]Ego pro eis rogo; non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt:

[10]et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis.

[11]Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut et nos.

[12]Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi: et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur.

[13]Nunc autem ad te venio: et hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

[14]Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo.

[15]Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo.

[14] Dei-lhes a tua palavra, mas o mundo os odeia, porque eles não são do mundo, como também eu não sou do mundo.

[15] Não peço que os tires do mundo, mas sim que os preserves do mal.

[16] Eles não são do mundo, como também eu não sou do mundo.

[17] Santifica-os pela verdade. A tua palavra é a verdade.

[18] Como tu me enviaste ao mundo, também eu os enviei ao mundo.

[19] Santifico-me por eles para que também eles sejam santificados pela verdade."

[20] "Não rogo somente por eles, mas também por aqueles que por sua palavra hão de crer em mim.

[21] Para que todos sejam um, assim como tu, Pai, estás em mim e eu em ti, para que também eles estejam em nós e o mundo creia que tu me enviaste.

[22] Dei-lhes a glória que me deste, para que sejam um, como nós somos um:

[23] eu neles e tu em mim, para que sejam perfeitos na unidade e o mundo reconheça que me enviaste e os amaste, como amaste a mim.

[24] Pai, quero que, onde eu estou, estejam comigo aqueles que me deste, para que vejam a minha glória que me concedeste, porque me amaste antes da criação do mundo.

[25] Pai justo, o mundo não te conheceu, mas eu te conheci, e estes sabem que tu me enviaste.

[26] Manifestei-lhes o teu nome, e ainda hei de lhes manifestar, para que o amor com que me amaste esteja neles, e eu neles." (= Mt 26,36.47-56 = Mc 14,32.43-52 = Lc 22,39.47-53)

[16]De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo.

[17]Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.

[18]Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum:

[19]et pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint et ipsi sanctificati in veritate.

[20]Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me:

[21]ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti.

[22]Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut et nos unum sumus.

[23]Ego in eis, et tu in me: ut sint consummati in unum: et cognoscat mundus quia tu me misisti, et dilexisti eos, sicut et me dilexisti.

[24]Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

[25]Pater juste, mundus te non cognovit, ego autem te cognovi: et hi cognoverunt, quia tu me misisti.

[26]Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

## São João 18

[1] Depois dessas palavras, Jesus saiu com os seus discípulos para além da torrente de Cedron, onde havia um jardim, no qual entrou com os seus discípulos.

## Joannes 18

[1]Hæc cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, et discipuli ejus.

[2] Judas, o traidor, conhecia também aquele lugar, porque Jesus ia frequentemente para lá com os seus discípulos.

[3] Tomou então Judas a coorte e os guardas de serviço dos pontífices e dos fariseus, e chegaram ali com lanternas, tochas e armas.

[4] Como Jesus soubesse tudo o que havia de lhe acontecer, adiantou-se e perguntou-lhes: "A quem buscais?".

[5] Responderam: "A Jesus de Nazaré." – "Sou eu" – disse-lhes. (Também Judas, o traidor, estava com eles.)

[6] Quando lhes disse "Sou eu", recuaram e caíram por terra.

[7] Perguntou-lhes ele, pela segunda vez: "A quem buscais?". Disseram: "A Jesus de Nazaré".

[8] Replicou Jesus: "Já vos disse que sou eu. Se é, pois, a mim que buscais, deixai ir estes".

[9] Assim se cumpriu a palavra que disse: Dos que me deste não perdi nenhum (Jo 17,12).

[10] Simão Pedro, que tinha uma espada, puxou dela e feriu o servo do sumo sacerdote, decepando-lhe a orelha direita. (O servo chamava-se Malco.)

[11] Mas Jesus disse a Pedro: "Enfia a tua espada na bainha! Não hei de beber eu o cálice que o Pai me deu?".

[12] Então a coorte, o tribuno e os guardas dos judeus prenderam Jesus e o ataram.

[13] Conduziram-no primeiro a Anás, por ser sogro de Caifás, que era o sumo sacerdote daquele ano. (= Mt 26,57-75 = Mc 14,53-72 = Lc 22,54-71)

[14] Caifás fora quem dera aos judeus o conselho: "Convém que um só homem morra em lugar do povo".

[15] Simão Pedro seguia Jesus, e mais outro discípulo. Este discípulo era conhecido do sumo sacerdote e entrou com Jesus no pátio da casa do sumo sacerdote,

[16] porém Pedro ficou de fora, à porta. Mas o outro discípulo (que era conhecido do sumo sacerdote) saiu e falou à porteira, e esta deixou Pedro entrar.

[2]Sciebat autem et Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.

[3]Judas ergo cum accepisset cohortem, et a pontificibus et pharisæis ministros, venit illuc cum laternis, et facibus, et armis.

[4]Jesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit, et dixit eis: Quem quæritis?

[5]Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem et Judas, qui tradebat eum, cum ipsis.

[6]Ut ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram.

[7]Iterum ergo interrogavit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum.

[8]Respondit Jesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire.

[9]Ut impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.

[10]Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: et percussit pontificis servum, et abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus.

[11]Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

[12]Cohors ergo, et tribunus, et ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, et ligaverunt eum.

[13]Et adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.

[14]Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Judæis: Quia expedit unum hominem mori pro populo.

[15]Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, et introivit cum Jesu in atrium pontificis.

[16]Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus

[17] A porteira perguntou a Pedro: "Não és acaso também tu dos discípulos desse homem?". – "Não o sou" – respondeu ele.

[18] Os servos e os guardas acenderam um fogo, porque fazia frio, e se aqueciam. Com eles estava também Pedro, de pé, aquecendo-se.

[19] O sumo sacerdote indagou de Jesus acerca dos seus discípulos e da sua doutrina.

[20] Jesus respondeu-lhe: "Falei publicamente ao mundo. Ensinei na sinagoga e no templo, onde se reúnem os judeus, e nada falei às ocultas.

[21] Por que me perguntas? Pergunta àqueles que ouviram o que lhes disse. Estes sabem o que ensinei".

[22] A essas palavras, um dos guardas presentes deu uma bofetada em Jesus, dizendo: "É assim que respondes ao sumo sacerdote?".

[23] Replicou-lhe Jesus: "Se falei mal, prova-o, mas se falei bem, por que me bates?".

[24] (Anás enviou-o preso ao sumo sacerdote Caifás.)

[25] Simão Pedro estava lá se aquecendo. Perguntaram-lhe: "Não és porventura, também tu, dos seus discípulos?" Negou-o, dizendo: "Não!".

[26] Disse-lhe um dos servos do sumo sacerdote, parente daquele a quem Pedro cortara a orelha: "Não te vi eu com ele no horto?".

[27] Mas Pedro negou-o outra vez, e imediatamente o galo cantou. (= Mt 27,1s.11-31 = Mc 15,1-20 = Lc 23,1-25)

[28] Da casa de Caifás conduziram Jesus ao pretório. Era de manhã cedo. Mas os judeus não entraram no pretório, para não se contaminarem e poderem comer a Páscoa.

[29] Saiu, por isso, Pilatos para ter com eles, e perguntou: "Que acusação trazeis contra este homem?".

[30] Responderam-lhe: "Se este não fosse malfeitor, não o teríamos entregue a ti".

pontifici, et dixit ostiariæ: et introduxit Petrum.

[17]Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum.

[18]Stabant autem servi et ministri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciebant se: erat autem cum eis et Petrus stans, et calefaciens se.

[19]Pontifex ergo interrogavit Jesum de discipulis suis, et de doctrina ejus.

[20]Respondit ei Jesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, et in templo, quo omnes Judæi conveniunt, et in occulto locutus sum nihil.

[21]Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

[22]Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens: Sic respondes pontifici?

[23]Respondit ei Jesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?

[7]Itaque jam non est servus, sed filius: quod si filius, et hæres per Deum.

[8]Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui natura non sunt dii, serviebatis.

[9]Nunc autem cum cognoveritis Deum, immo cogniti sitis a Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis?

[10]Dies observatis, et menses, et tempora, et annos.

[11]Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis.

[12]Estote sicut ego, quia et ego sicut vos: fratres, obsecro vos. Nihil me læsistis.

[13]Scitis autem quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridem: et tentationem vestram in carne mea

[14]non sprevistis, neque respuistis: sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum.

[15]Ubi est ergo beatitudo vestra? testimonium enim perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi.

[16]Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?

[17]Æmulantur vos non bene: sed excludere vos volunt, ut illos æmulemini.

[18]Bonum autem æmulamini in bono semper: et non tantum cum præsens sum apud vos.

[19]Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis:

[20]vellem autem esse apud vos modo, et mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis.

[21]Dicite mihi qui sub lege vultis esse: legem non legistis?

[22]Scriptum est enim: Quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, et unum de libera.

linguagem, visto que eu me encontro extremamente perplexo a vosso respeito.

21 Dizei-me, vós que quereis estar sujeitos a uma Lei: não ouvis a Lei?

22 A Escritura diz que Abraão teve dois filhos, um da escrava e outro da livre.

23 O da escrava, filho da natureza; e o da livre, filho da promessa.

24 Nestes fatos há uma alegoria, visto que aquelas mulheres representam as duas alianças: uma, a do monte Sinai, que gera para a escravidão, é Agar.

25 (O monte Sinai está na Arábia.) Corresponde à Jerusalém atual, que é escrava com seus filhos.

26 Mas a Jerusalém lá do alto é livre e esta é a nossa mãe,

27 porque está escrito: Alegra-te, ó estéril, que não davas à luz; rejubila e canta, tu que não tinhas dores de parto, pois são mais numerosos os filhos da abandonada do que daquela que tem marido (Is 54,1).

28 Como Isaac, irmãos, vós sois filhos da promessa.

29 Como naquele tempo o filho da natureza perseguia o filho da promessa, o mesmo se dá hoje.

30 Que diz, porém, a Escritura? Lança fora a escrava e seu filho, porque o filho da escrava não será herdeiro com o filho da livre (Gn 21,10).

31 Pelo que, irmãos, não somos filhos da escrava, mas sim da que é livre.

23Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem:

24quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte Sina, in servitutem generans, quæ est Agar:

25Sina enim mons est in Arabia, qui conjunctus est ei quæ nunc est Jerusalem, et servit cum filiis suis.

26Illa autem, quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra.

27Scriptum est enim: Lætare, sterilis, quæ non paris; erumpe et clama, quæ non parturis: quia multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum.

28Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus.

29Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum: ita et nunc.

30Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam, et filium ejus: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

31Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberavit.

## Gálatas 5

1 É para que sejamos homens livres que Cristo nos libertou. Ficai, portanto, firmes e não vos submetais outra vez ao jugo da escravidão.

2 Eis que eu, Paulo, vos declaro: se vos circuncidardes, de nada vos servirá Cristo.

3 E atesto novamente, a todo homem que se circuncidar: ele está obrigado a observar toda a Lei.

## Galatas 5

1State, et nolite iterum jugo servitutis contineri.

2Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

3Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.

4Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini: a gratia excidistis.

[4] Já estais separados de Cristo, vós que procurais a justificação pela Lei. Decaístes da graça.

[5] Quanto a nós, é espiritualmente, da fé, que aguardamos a justiça esperada.

[6] Estar circuncidado ou incircunciso de nada vale em Cristo Jesus, mas sim a fé que opera pela caridade.

[7] Corríeis bem. Quem, pois, vos cortou os passos para não obedecerdes à verdade?

[8] Esta sugestão não vem daquele que vos chama.

[9] Um pouco de fermento leveda toda a massa.

[10] Tenho confiança no Senhor a vosso respeito, que de maneira alguma mudareis de sentir. Portanto, quem vos perturbar responderá por isto, seja quem for.

[11] Se é verdade, irmãos, que ainda prego a circuncisão, por que, então, sou perseguido? Assim o escândalo da cruz teria cessado!

[12] Oxalá acabem por mutilar-se os que vos inquietam!

[13] Vós, irmãos, fostes chamados à liberdade. Não abuseis, porém, da liberdade como pretexto para prazeres carnais. Pelo contrário, fazei-vos servos uns dos outros pela caridade,

[14] porque toda a Lei se encerra num só preceito: Amarás o teu próximo como a ti mesmo (Lv 19,18).

[15] Mas, se vos mordeis e vos devorais, vede que não acabeis por vos destruirdes uns aos outros.

[16] Digo, pois: deixai-vos conduzir pelo Espírito, e não satisfareis os apetites da carne.

[17] Porque os desejos da carne se opõem aos do Espírito, e estes aos da carne; pois são contrários uns aos outros. É por isso que não fazeis o que quereríeis.

[18] Se, porém, vos deixais guiar pelo Espírito, não estais sob a Lei.

[5]Nos enim spiritu ex fide, spem justitiæ exspectamus.

[6]Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ per caritatem operatur.

[7]Currebatis bene: quis vos impedivit veritati non obedire?

[8]persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos.

[9]Modicum fermentum totam massam corrumpit.

[10]Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque est ille.

[11]Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? ergo evacuatum est scandalum crucis.

[12]Utinam et abscindantur qui vos conturbant.

[13]Vos enim in libertatem vocati estis, fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per caritatem Spiritus servite invicem.

[14]Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

[15]Quod si invicem mordetis, et comeditis: videte ne ab invicem consumamini.

[16]Dico autem: Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis.

[17]Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcumque vultis, illa faciatis.

[18]Quod si Spiritu ducimini, non estis sub lege.

[19]Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria,

[20]idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ,

[21]invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

[19] Ora, as obras da carne são estas: fornicação, impureza, libertinagem,

[20] idolatria, superstição, inimizades, brigas, ciúmes, ódio, ambição, discórdias, partidos,

[21] invejas, bebedeiras, orgias e outras coisas semelhantes. Dessas coisas vos previno, como já vos preveni: os que as praticarem não herdarão o Reino de Deus!

[22] Ao contrário, o fruto do Espírito é caridade, alegria, paz, paciência, afabilidade, bondade, fidelidade,

[23] brandura, temperança. Contra estas coisas não há Lei.

[24] Pois os que são de Jesus Cristo crucificaram a carne, com as paixões e concupiscências.

[25] Se vivemos pelo Espírito, andemos também de acordo com o Espírito.

[26] Não sejamos ávidos da vanglória. Nada de provocações, nada de invejas entre nós.

[22]Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,

[23]mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus hujusmodi non est lex.

[24]Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.

[25]Si Spiritu vivimus, Spiritu et ambulemus.

[26]Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

## Gálatas 6

[1] Irmãos, se alguém for surpreendido numa falta, vós, que sois animados pelo Espírito, admoestai-o em espírito de mansidão. E tem cuidado de ti mesmo, para que não caias também em tentação!

[2] Ajudai-vos uns aos outros a carregar os vossos fardos, e deste modo cumprireis a Lei de Cristo.

[3] Quem pensa ser alguma coisa, não sendo nada, engana-se a si mesmo.

[4] Cada um examine o seu procedimento. Então, poderá gloriar-se do que lhe pertence e não do que pertence a outro.

[5] Pois cada um deve carregar o seu próprio fardo.

[6] Aquele que recebe a catequese da palavra, reparta de todos os seus bens com aquele que o instrui.

[7] Não vos enganeis: de Deus não se zomba. O que o homem semeia, isso mesmo colherá.

## Galatas 6

[1]Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris.

[2]Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

[3]Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.

[4]Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero.

[5]Unusquisque enim onus suum portabit.

[6]Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.

[7]Nolite errare: Deus non irridetur.

[8]Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

[8] Quem semeia na carne, da carne colherá a corrupção; quem semeia no Espírito, do Espírito colherá a vida eterna.

[9] Não nos cansemos de fazer o bem, porque a seu tempo colheremos, se não relaxarmos.

[10] Por isso, enquanto temos tempo, façamos o bem a todos os homens, mas particularmente aos irmãos na fé.

[11] Vede com que tamanho de letras vos escrevo, de próprio punho!

[12] Os que vos obrigam à circuncisão são homens que se querem impor, só para não serem perseguidos por causa da cruz de Cristo.

[13] Pois nem os próprios circuncisos observam a Lei. E se fazem questão de que vos mandeis circuncidar, é para terem motivo de se gloriarem na vossa carne.

[14] Quanto a mim, não pretendo, jamais, gloriar-me, a não ser na cruz de nosso Senhor Jesus Cristo, pela qual o mundo está crucificado para mim e eu para o mundo.

[15] Porque a circuncisão e a incircuncisão de nada valem, mas sim a nova criatura.

[16] A todos que seguirem esta regra, a paz e a misericórdia, assim como ao Israel de Deus.

[17] De ora em diante ninguém me moleste, porque trago em meu corpo as marcas de Jesus.

[18] A graça de nosso Senhor Jesus Cristo esteja com vosso espírito, irmãos. Amém.

[9]Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes.

[10]Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

[11]Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu.

[12]Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur.

[13]Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.

[14]Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

[15]In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.

[16]Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israël Dei.

[17]De cetero, nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.

[18]Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

| Efésios | Ephesios |
| --- | --- |

## Efésios 1

[1] Paulo, apóstolo de Jesus Cristo, pela vontade de Deus, aos cristãos de Éfeso e aos que creem em Jesus Cristo.

[2] A vós, graça e paz da parte de Deus, nosso Pai, e da parte do Senhor Jesus Cristo!

[3] Bendito seja Deus, Pai de nosso Senhor Jesus Cristo, que do alto do céu nos abençoou com toda a bênção espiritual em Cristo,

[4] e nos escolheu nele antes da criação do mundo, para sermos santos e irrepreensíveis, diante de seus olhos.

[5] No seu amor nos predestinou para sermos adotados como filhos seus por Jesus Cristo, segundo o beneplácito de sua livre vontade,

[6] para fazer resplandecer a sua maravilhosa graça, que nos foi concedida por ele no Bem-amado.

[7] Nesse Filho, pelo seu sangue, temos a Redenção, a remissão dos pecados, segundo as riquezas da sua graça

[8] que derramou profusamente sobre nós, em torrentes de sabedoria e de prudência.

[9] Ele nos manifestou o misterioso desígnio de sua vontade, que em sua benevolência formara desde sempre,

[10] para realizá-lo na plenitude dos tempos – desígnio de reunir em Cristo todas as coisas, as que estão nos céus e as que estão na terra.

[11] Nele é que fomos escolhidos, predestinados segundo o desígnio daquele que tudo realiza por um ato deliberado de sua vontade,

[12] para servirmos à celebração de sua glória, nós que desde o começo voltamos nossas esperanças para Cristo.

[13] Nele também vós, depois de terdes ouvido a palavra da verdade, o Evangelho de vossa salvação no qual tendes crido, fostes selados com o Espírito Santo que fora prometido,

## Ephesios 1

[1]Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu.

[2]Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

[3]Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo,

[4]sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in caritate.

[5]Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ,

[6]in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo.

[7]In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus,

[8]quæ superabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia:

[9]ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo,

[10]in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis et quæ in terra sunt, in ipso;

[11]in quo etiam et nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum ejus qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ:

[12]ut simus in laudem gloriæ ejus nos, qui ante speravimus in Christo;

[13]in quo et vos, cum audissetis verbum veritatis, Evangelium salutis vestræ, in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis Sancto,

[14]qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

[14] que é o penhor da nossa herança, enquanto esperamos a completa redenção daqueles que Deus adquiriu para o louvor da sua glória.

[15] Por isso também eu, tendo ouvido falar da vossa fé no Senhor Jesus, e do amor para com todos os cristãos,

[16] não cesso de dar graças a Deus por vós, lembrando-me de vós nas minhas orações.

[17] Rogo ao Deus de nosso Senhor Jesus Cristo, o Pai da glória, vos dê um espírito de sabedoria que vos revele o conhecimento dele;

[18] que ilumine os olhos do vosso coração, para que compreendais a que esperança fostes chamados, quão rica e gloriosa é a herança que ele reserva aos santos,

[19] e qual a suprema grandeza de seu poder para conosco, que abraçamos a fé. É o mesmo poder extraordinário que

[20] ele manifestou na pessoa de Cristo, ressuscitando-o dos mortos e fazendo-o sentar à sua direita no céu,

[21] acima de todo principado, potestade, virtude, dominação e de todo nome que possa haver neste mundo como no futuro.

[22] E sujeitou a seus pés todas as coisas, e o constituiu chefe supremo da Igreja,

[23] que é o seu corpo, o receptáculo daquele que enche todas as coisas sob todos os aspectos.

[15]Propterea et ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Jesu, et dilectionem in omnes sanctos,

[16]non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis:

[17]ut Deus, Domini nostri Jesu Christi Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ et revelationis in agnitione ejus,

[18]illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis,

[19]et quæ supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis ejus,

[20]quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituens ad dexteram suam in cælestibus:

[21]supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.

[22]Et omnia subjecit sub pedibus ejus: et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam,

[23]quæ est corpus ipsius, et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.

## Efésios 2

[1] E vós outros estáveis mortos por vossas faltas, pelos pecados

[2] que cometestes outrora seguindo o modo de viver deste mundo, do príncipe das potestades do ar, do espírito que agora atua nos rebeldes.

[3] Também nós todos éramos deste número quando outrora vivíamos nos desejos carnais, fazendo a vontade da carne e da concupiscência. Éramos como os outros, por natureza, verdadeiros objetos da ira (divina).

## Ephesios 2

[1]Et vos, cum essetis mortui delictis et peccatis vestris,

[2]in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aëris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ,

[3]in quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii iræ, sicut et ceteri:

[4] Mas Deus, que é rico em misericórdia, impulsionado pelo grande amor com que nos amou,

[5] quando estávamos mortos em consequência de nossos pecados, deu-nos a vida juntamente com Cristo – é por graça que fostes salvos! –,

[6] juntamente com ele nos ressuscitou e nos fez assentar nos céus, com Cristo Jesus.

[7] Ele demonstrou assim pelos séculos futuros a imensidão das riquezas de sua graça, pela bondade que tem para conosco, em Jesus Cristo.

[8] Porque é gratuitamente que fostes salvos mediante a fé. Isto não provém de vossos méritos, mas é puro dom de Deus.

[9] Não provém das obras, para que ninguém se glorie.

[10] Somos obra sua, criados em Jesus Cristo para as boas ações, que Deus de antemão preparou para que nós as praticássemos.

[11] Lembrai-vos, pois, de que outrora vós, gentios por nascimento – que sois chamados incircuncisos por aqueles que se dizem circuncidados, os que levam na carne a circuncisão feita por mãos humanas –,

[12] lembrai-vos de que naquele tempo estáveis sem Cristo, sem direito da cidadania em Israel, alheios às alianças, sem esperança da promessa e sem Deus, neste mundo.

[13] Agora, porém, graças a Jesus Cristo, vós que antes estáveis longe, vos tornastes presentes, pelo sangue de Cristo.

[14] Porque é ele a nossa paz, ele que de dois povos fez um só, destruindo o muro de inimizade que os separava,

[15] abolindo na própria carne a Lei, os preceitos e as prescrições. Desse modo, ele queria fazer em si mesmo dos dois povos uma única humanidade nova pelo restabelecimento da paz,

[16] e reconciliá-los ambos com Deus, reunidos num só corpo pela virtude da cruz, aniquilando nela a inimizade.

[4]Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos,

[5]et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo (cujus gratia estis salvati),

[6]et conresuscitavit, et consedere fecit in cælestibus in Christo Jesu:

[7]ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Jesu.

[8]Gratia enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis: Dei enim donum est:

[9]non ex operibus, ut ne quis glorietur.

[10]Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.

[11]Propter quod memores estote quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta:

[12]quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israël, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.

[13]Nunc autem in Christo Jesu, vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.

[14]Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua,

[15]legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem:

[16]et reconciliet ambos in uno corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.

[17]Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem iis, qui prope.

[18]Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem.

[19]Ergo jam non estis hospites, et advenæ: sed estis cives sanctorum, et domestici Dei,

[17] Veio para anunciar a paz a vós que estáveis longe, e a paz também àqueles que estavam perto;

[18] porquanto é por ele que ambos temos acesso junto ao Pai num mesmo espírito.

[19] Consequentemente, já não sois hóspedes nem peregrinos, mas sois concidadãos dos santos e membros da família de Deus,

[20] edificados sobre o fundamento dos apóstolos e profetas, tendo por pedra angular o próprio Cristo Jesus.

[21] É nele que todo edifício, harmonicamente disposto, se levanta até formar um templo santo no Senhor.

[22] É nele que também vós outros entrais conjuntamente, pelo Espírito, na estrutura do edifício que se torna a habitação de Deus.

[20]superædificati super fundamentum apostolorum, et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu:

[21]in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino,

[22]in quo et vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

## Efésios 3

[1] Por essa causa é que eu, Paulo, prisioneiro de Jesus Cristo por amor de vós, gentios... –

[2] Vós deveis ter aprendido o modo como Deus me concedeu esta graça que me foi feita a vosso respeito.

[3] Foi por revelação que me foi manifestado o mistério que acabo de esboçar.

[4] Lendo-me, podereis entender a compreensão que me foi concedida do mistério cristão,

[5] que em outras gerações não foi manifestado aos homens da maneira como agora tem sido revelado pelo Espírito aos seus santos apóstolos e profetas.

[6] A saber: que os gentios são coerdeiros conosco (que somos judeus), são membros do mesmo corpo e participantes da promessa em Jesus Cristo pelo Evangelho.

[7] Eu me tornei servo deste Evangelho em virtude da graça que me foi dada pela onipotente ação divina.

[8] A mim, o mais insignificante dentre todos os santos, coube-me a graça de anunciar entre os pagãos a inexplorável riqueza de Cristo,

## Ephesios 3

[1]Hujus rei gratia, ego Paulus vinctus Christi Jesu, pro vobis gentibus,

[2]si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis:

[3]quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi,

[4]prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi:

[5]quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis ejus et prophetis in Spiritu,

[6]gentes esse cohæredes, et concorporales, et comparticipes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium:

[7]cujus factus sum minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis ejus.

[8]Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi,

[9]et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo, qui omnia creavit:

[9] e a todos manifestar o desígnio salvador de Deus, mistério oculto desde a eternidade em Deus, que tudo criou.

[10] Assim, de ora em diante, as dominações e as potestades celestes podem conhecer, pela Igreja, a infinita diversidade da sabedoria divina,

[11] de acordo com o desígnio eterno que Deus realizou em Jesus Cristo, nosso Senhor.

[12] Pela fé que nele depositamos, temos plena confiança de aproximar-nos junto de Deus.

[13] Por isso, vos rogo que não desfaleçais nas minhas tribulações que sofro por vós: elas são a vossa glória.

[14] Por esta causa dobro os joelhos em presença do Pai,

[15] ao qual deve a sua existência toda família no céu e na terra,

[16] para que vos conceda, segundo seu glorioso tesouro, que sejais poderosamente robustecidos pelo seu Espírito em vista do crescimento do vosso homem interior.

[17] Que Cristo habite pela fé em vossos corações, arraigados e consolidados na caridade,

[18] a fim de que possais, com todos os cristãos, compreender qual seja a largura, o comprimento, a altura e a profundidade,

[19] isto é, conhecer a caridade de Cristo, que desafia todo o conhecimento, e sejais cheios de toda a plenitude de Deus.

[20] Àquele que, pela virtude que opera em nós, pode fazer infinitamente mais do que tudo quanto pedimos ou entendemos,

[21] a ele seja dada glória na Igreja, e em Cristo Jesus, por todas as gerações de eternidade. Amém.

## Efésios 4

[1] Exorto-vos, pois, – prisioneiro que sou pela causa do Senhor –, que leveis uma vida digna da vocação à qual fostes chamados,

[10]ut innotescat principatibus et potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei,

[11]secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro:

[12]in quo habemus fiduciam, et accessum in confidentia per fidem ejus.

[13]Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra.

[14]Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi,

[15]ex quo omnis paternitas in cælis et in terra nominatur,

[16]ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem,

[17]Christum habitare per fidem in cordibus vestris: in caritate radicati, et fundati,

[18]ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum:

[19]scire etiam supereminentem scientiæ caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

[20]Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quæ operatur in nobis:

[21]ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Jesu, in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen.

## Ephesios 4

[1]Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis,

[2] com toda a humildade e amabilidade, com grandeza de alma, suportando-vos mutuamente com caridade.

[3] Sede solícitos em conservar a unidade do Espírito no vínculo da paz.

[4] Sede um só corpo e um só espírito, assim como fostes chamados pela vossa vocação a uma só esperança.

[5] Há um só Senhor, uma só fé, um só batismo.

[6] Há um só Deus e Pai de todos, que atua acima de todos, por todos e em todos.

[7] Mas a cada um de nós foi dada a graça, segundo a medida do dom de Cristo,

[8] pelo que diz: Quando subiu ao alto, levou muitos cativos, cumulou de dons os homens (Sl 67,19).

[9] Ora, que quer dizer ele subiu, senão que antes havia descido a esta terra?

[10] Aquele que desceu é também o que subiu acima de todos os céus, para encher todas as coisas.

[11] A uns ele constituiu apóstolos; a outros, profetas; a outros, evangelistas, pastores, doutores,

[12] para o aperfeiçoamento dos cristãos, para o desempenho da tarefa que visa à construção do corpo de Cristo,

[13] até que todos tenhamos chegado à unidade da fé e do conhecimento do Filho de Deus, até atingirmos o estado de homem feito, a estatura da maturidade de Cristo.

[14] Para que não continuemos crianças ao sabor das ondas, agitados por qualquer sopro de doutrina, ao capricho da malignidade dos homens e de seus artifícios enganadores.

[15] Mas, pela prática sincera da caridade, cresçamos em todos os sentidos, naquele que é a Cabeça, Cristo.

[16] É por ele que todo o corpo – coordenado e unido por conexões que estão ao seu dispor, trabalhando cada um conforme a atividade que lhe é própria – efetua esse

[2]cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in caritate,

[3]solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis.

[4]Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ.

[5]Unus Dominus, una fides, unum baptisma.

[6]Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.

[7]Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

[8]Propter quod dicit: Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus.

[9]Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ?

[10]Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cælos, ut impleret omnia.

[11]Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores,

[12]ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi:

[13]donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi:

[14]ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.

[15]Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus:

[16]ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate.

crescimento, visando à sua plena edificação na caridade.

[17] Portanto, eis o que digo e conjuro no Senhor: não persistais em viver como os pagãos, que andam à mercê de suas ideias frívolas.

[18] Têm o entendimento obscurecido. Sua ignorância e o endurecimento de seu coração mantêm-nos afastados da vida de Deus.

[19] Indolentes, entregaram-se à dissolução, à prática apaixonada de toda espécie de impureza.

[20] Vós, porém, não foi para isto que vos tornastes discípulos de Cristo,

[21] se é que o ouvistes e dele aprendestes, como convém à verdade em Jesus.

[22] Renunciai à vida passada, despojai-vos do homem velho, corrompido pelas concupiscências enganadoras.

[23] Renovai sem cessar o sentimento da vossa alma,

[24] e revesti-vos do homem novo, criado à imagem de Deus, em verdadeira justiça e santidade.

[25] Por isso, renunciai à mentira. Fale cada um a seu próximo a verdade, pois somos membros uns dos outros.

[26] Mesmo em cólera, não pequeis. Não se ponha o sol sobre o vosso ressentimento.

[27] Não deis lugar ao demônio.

[28] Quem era ladrão não torne a roubar, antes, trabalhe seriamente por realizar o bem com as suas próprias mãos, para ter com que socorrer os necessitados.

[29] Nenhuma palavra má saia da vossa boca, mas só a que for útil para a edificação, sempre que for possível, e benfazeja aos que ouvem.

[30] Não contristeis o Espírito Santo de Deus, com o qual estais selados para o dia da Redenção.

[31] Toda amargura, ira, indignação, gritaria e calúnia sejam desterradas do meio de vós, bem como toda malícia.

[17]Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui,

[18]tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum,

[19]qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in avaritiam.

[20]Vos autem non ita didicistis Christum,

[21]si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu,

[22]deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

[23]Renovamini autem spiritu mentis vestræ,

[24]et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, et sanctitate veritatis.

[25]Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus invicem membra.

[26]Irascimini, et nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram.

[27]Nolite locum dare diabolo:

[28]qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

[29]Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei ut det gratiam audientibus.

[30]Et nolite contristare Spiritum Sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis.

[31]Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.

[32]Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem sicut et Deus in Christo donavit vobis.

[32] Antes, sede uns com os outros bondosos e compassivos. Perdoai-vos uns aos outros, como também Deus vos perdoou, em Cristo.

## Efésios 5

[1] Sede, pois, imitadores de Deus, como filhos muito amados.

[2] Progredi na caridade, segundo o exemplo de Cristo, que nos amou e por nós se entregou a Deus como oferenda e sacrifício de agradável odor.

[3] Quanto à fornicação, à impureza, sob qualquer forma, ou à avareza, que disto nem se faça menção entre vós, como convém a santos.

[4] Nada de obscenidades, de conversas tolas ou levianas, porque tais coisas não convêm; em vez disso, ações de graças.

[5] Porque sabei-o bem: nenhum dissoluto, ou impuro, ou avarento – verdadeiros idólatras! – terá herança no Reino de Cristo e de Deus.

[6] E ninguém vos seduza com vãos discursos. Estes são os pecados que atraem a ira de Deus sobre os rebeldes.

[7] Não vos comprometais com eles.

[8] Outrora éreis trevas, mas agora sois luz no Senhor: comportai-vos como verdadeiras luzes.

[9] Ora, o fruto da luz é bondade, justiça e verdade.

[10] Procurai o que é agradável ao Senhor,

[11] e não tenhais cumplicidade nas obras infrutíferas das trevas; pelo contrário, condenai-as abertamente.

[12] Porque as coisas que tais homens fazem ocultamente é vergonhoso até falar delas.

[13] Mas tudo isto, ao ser reprovado, torna-se manifesto pela luz.

[14] E tudo o que se manifesta deste modo torna-se luz. Por isto (a Escritura) diz: Desperta, tu que dormes! Levanta-te dentre os mortos e Cristo te iluminará (Is 26,19; 60,1)!

## Ephesios 5

[1]Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi,

[2]et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis, oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.

[3]Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos:

[4]aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

[5]Hoc enim scitote intelligentes: quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei.

[6]Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.

[7]Nolite ergo effici participes eorum.

[8]Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate:

[9]fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate:

[10]probantes quid sit beneplacitum Deo:

[11]et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.

[12]Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere.

[13]Omnia autem, quæ arguuntur, a lumine manifestantur: omne enim, quod manifestatur, lumen est.

[14]Propter quod dicit: Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus.

[15]Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes,

[16]sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

[15] Vigiai, pois, com cuidado sobre a vossa conduta: que ela não seja conduta de insensatos, mas de sábios

[16] que aproveitam ciosamente o tempo, pois os dias são maus.

[17] Não sejais imprudentes, mas procurai compreender qual seja a vontade de Deus.

[18] Não vos embriagueis com vinho, que é uma fonte de devassidão, mas enchei-vos do Espírito.

[19] Recitai entre vós salmos, hinos e cânticos espirituais. Cantai e celebrai de todo o coração os louvores do Senhor.

[20] Rendei graças, sem cessar e por todas as coisas, a Deus Pai, em nome de nosso Senhor Jesus Cristo!

[21] Sujeitai-vos uns aos outros no temor de Cristo.

[22] As mulheres sejam submissas a seus maridos, como ao Senhor,

[23] pois o marido é o chefe da mulher, como Cristo é o chefe da Igreja, seu corpo, da qual ele é o Salvador.

[24] Ora, assim como a Igreja é submissa a Cristo, assim também o sejam em tudo as mulheres a seus maridos.

[25] Maridos, amai as vossas mulheres, como Cristo amou a Igreja e se entregou por ela,

[26] para santificá-la, purificando-a pela água do batismo com a palavra,

[27] para apresentá-la a si mesmo toda gloriosa, sem mácula, sem ruga, sem qualquer outro defeito semelhante, mas santa e irrepreensível.

[28] Assim os maridos devem amar as suas mulheres, como a seu próprio corpo. Quem ama a sua mulher ama-se a si mesmo.

[29] Certamente, ninguém jamais aborreceu a sua própria carne; ao contrário, cada qual a alimenta e a trata, como Cristo faz à sua Igreja –

[30] porque somos membros de seu corpo.

[31] Por isso, o homem deixará pai e mãe e se unirá à sua mulher, e os dois constituirão uma só carne (Gn 2,24).

[17]Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.

[18]Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu Sancto,

[19]loquentes vobismetipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino,

[20]gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi Deo et Patri,

[21]subjecti invicem in timore Christi.

[22]Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino:

[23]quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ: ipse, salvator corporis ejus.

[24]Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus.

[25]Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea,

[26]ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ,

[27]ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata.

[28]Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit.

[29]Nemo enim umquam carnem suam odio habuit: sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam:

[30]quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus et de ossibus ejus.

[31]Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una.

[32]Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia.

[33]Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum.

[32] Esse mistério é grande, quero dizer, com referência a Cristo e à Igreja.

[33] Em resumo, o que importa é que cada um de vós ame a sua mulher como a si mesmo, e a mulher respeite o seu marido.

## Efésios 6

[1] Filhos, obedecei a vossos pais segundo o Senhor; porque isto é justo.

[2] O primeiro mandamento acompanhado de uma promessa é: Honra teu pai e tua mãe,

[3] para que sejas feliz e tenhas longa vida sobre a terra (Dt 5,16).

[4] Pais, não exaspereis vossos filhos. Pelo contrário, criai-os na educação e doutrina do Senhor.

[5] Servos, obedecei aos vossos senhores temporais, com temor e solicitude, de coração sincero, como a Cristo,

[6] não por mera ostentação, só para agradar aos homens, mas como servos de Cristo, que fazem de bom grado a vontade de Deus.

[7] Servi com dedicação, como servos do Senhor e não dos homens.

[8] E estai certos de que cada um receberá do Senhor a recompensa do bem que tiver feito, quer seja escravo, quer livre.

[9] Senhores, procedei também assim com os servos. Deixai as ameaças. E tende em conta que o Senhor está no céu, Senhor tanto deles como vosso, que não faz distinção de pessoas.

[10] Finalmente, irmãos, fortalecei-vos no Senhor, pelo seu soberano poder.

[11] Revesti-vos da armadura de Deus, para que possais resistir às ciladas do demônio.

[12] Pois não é contra homens de carne e sangue que temos de lutar, mas contra os principados e potestades, contra os príncipes deste mundo tenebroso, contra as forças espirituais do mal (espalhadas) nos ares.

[13] Tomai, portanto, a armadura de Deus, para que possais resistir nos dias maus e

## Ephesios 6

[1]Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est.

[2]Honora patrem tuum, et matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione:

[3]ut bene sit tibi, et sis longævus super terram.

[4]Et vos patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina et correptione Domini.

[5]Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo:

[6]non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo,

[7]cum bona voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus:

[8]scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus, sive liber.

[9]Et vos domini, eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia et illorum et vester Dominus est in cælis: et personarum acceptio non est apud eum.

[10]De cetero, fratres, confortamini in Domino, et in potentia virtutis ejus.

[11]Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli:

[12]quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes, et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus.

[13]Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare.

manter-vos inabaláveis no cumprimento do vosso dever.

14 Ficai alerta, à cintura cingidos com a verdade, o corpo vestido com a couraça da justiça,

15 e os pés calçados de prontidão para anunciar o Evangelho da paz.

16 Sobretudo, embraçai o escudo da fé, com que possais apagar todos os dardos inflamados do Maligno.

17 Tomai, enfim, o capacete da salvação e a espada do Espírito, isto é, a Palavra de Deus.

18 Intensificai as vossas invocações e súplicas. Orai em toda circunstância, pelo Espírito, no qual perseverai em intensa vigília de súplica por todos os cristãos.

19 E orai também por mim, para que me seja dado anunciar corajosamente o mistério do Evangelho,

20 do qual eu sou embaixador, prisioneiro. E que eu saiba apregoá-lo publicamente, e com desassombro, como é meu dever!

21 E para que também vós estejais a par da minha situação e do que faço aqui, Tíquico, o irmão muito amado e fiel ministro no Senhor, vos informará de tudo.

22 Eu vo-lo envio precisamente para isto: para que sejais informados do que se passa conosco e para que ele conforte os vossos corações.

23 Paz aos irmãos, amor e fé, da parte de Deus Pai e do Senhor Jesus Cristo.

24 A graça esteja com todos os que amam nosso Senhor Jesus Cristo com amor inalterável e eterno.

14State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricam justitiæ,

15et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis,

16in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere:

17et galeam salutis assumite, et gladium spiritus (quod est verbum Dei),

18per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis:

19et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Evangelii:

20pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam, prout oportet me loqui.

21Ut autem et vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus, carissimus frater, et fidelis minister in Domino:

22quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, et consoletur corda vestra.

23Pax fratribus, et caritas cum fide a Deo Patre et Domino Jesu Christo.

24Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. Amen.

# Filipenses

## Filipenses 1

[1] Paulo e Timóteo, servos de Jesus Cristo, a todos os santos em Jesus Cristo, que se acham em Filipos, juntamente com os bispos e diáconos:

[2] a vós, graça e paz da parte de Deus, nosso Pai, e da parte do Senhor Jesus Cristo!

[3] Dou graças a meu Deus, cada vez que de vós me lembro.

[4] Em todas as minhas orações, rezo sempre com alegria por todos vós,

[5] recordando-me da cooperação que haveis dado na difusão do Evangelho, desde o primeiro dia até agora.

[6] Estou persuadido de que aquele que iniciou em vós esta obra excelente lhe dará o acabamento até o dia de Jesus Cristo.

[7] É justo que eu tenha bom conceito de todos vós, porque vos trago no coração, por terdes tomado parte na graça que me foi dada, tanto na minha prisão como na defesa e na confirmação do Evangelho.

[8] Deus me é testemunha da ternura que vos consagro a todos, pelo entranhado amor de Jesus Cristo!

[9] Peço, na minha oração, que a vossa caridade se enriqueça cada vez mais de compreensão e critério,

[10] com que possais discernir o que é mais perfeito e vos torneis puros e irrepreensíveis para o dia de Cristo,

[11] cheios de frutos da justiça, que provêm de Jesus Cristo, para a glória e louvor de Deus.

[12] Meus irmãos, quero fazer-vos saber que os acontecimentos que me envolvem estão redundando em maior proveito do Evangelho.

[13] Em todo o pretório e por toda parte tornou-se conhecido que é por causa de Cristo que estou preso.

[14] A maior parte dos irmãos, ante a notícia das minhas cadeias, cobrou nova confiança

# Philippenses

## Philippenses 1

[1]Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus.

[2]Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

[3]Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri,

[4]semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens,

[5]super communicatione vestra in Evangelio Christi a prima die usque nunc.

[6]Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu:

[7]sicut est mihi justum hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensione, et confirmatione Evangelii, socios gaudii mei omnes vos esse.

[8]Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi.

[9]Et hoc oro, ut caritas vestra magis ac magis abundet in scientia, et in omni sensu:

[10]ut probetis potiora, ut sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi,

[11]repleti fructu justitiæ per Jesum Christum, in gloriam et laudem Dei.

[12]Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii:

[13]ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, et in ceteris omnibus,

[14]et plures e fratribus in Domino confidentes vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.

[15]Quidam quidem et propter invidiam et contentionem: quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prædicant:

no Senhor e maior entusiasmo em anunciar sem temor a Palavra de Deus.

15 É verdade que alguns pregam Cristo por inveja a mim e por discórdia, mas outros o fazem com a melhor boa vontade.

16 Estes, por caridade, sabendo que tenho por missão a defesa do Evangelho;

17 aqueles, ao contrário, pregam Cristo por espírito de intriga, e não com reta intenção, no intuito de agravar meu sofrimento nesta prisão.

18 Mas não faz mal! Contanto que de todas as maneiras, por pretexto ou por verdade, Cristo seja anunciado, nisto não só me alegro, mas sempre me alegrarei.

19 Pois sei que isto me resultará em salvação, graças às vossas orações e ao socorro do Espírito de Jesus Cristo.

20 Meu ardente desejo e minha esperança são que em nada serei confundido, mas que, hoje como sempre, Cristo será glorificado no meu corpo (tenho toda a certeza disto), quer pela minha vida, quer pela minha morte.

21 Porque para mim o viver é Cristo e o morrer é lucro.

22 Mas, se o viver no corpo é útil para o meu trabalho, não sei então o que devo preferir.

23 Sinto-me pressionado dos dois lados: por uma parte, desejaria desprender-me para estar com Cristo – o que seria imensamente melhor;

24 mas, de outra parte, continuar a viver é mais necessário, por causa de vós...

25 Persuadido disso, sei que ficarei e continuarei com todos vós, para proveito vosso e consolação da vossa fé.

26 Assim, minha volta para junto de vós vos dará um novo motivo de alegria em Cristo Jesus.

27 Cumpre, somente, que vos mostreis em vosso proceder dignos do Evangelho de Cristo. Quer eu vá ter convosco, quer permaneça ausente, desejo ouvir que estais firmes em um só espírito, lutando unanimemente pela fé do Evangelho,

16quidam ex caritate, scientes quoniam in defensionem Evangelii positus sum.

17Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.

18Quid enim? Dum omni modo sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur: et in hoc gaudeo, sed et gaudebo.

7 Assim, irmãos, fomos consolados por vós, no meio de todas as nossas angústias e tribulações, em virtude da vossa fé.

8 Agora, sim, tornamos a viver, porque permaneceis firmes no Senhor.

9 E como poderíamos agradecer a Deus por vós, por toda a alegria que tivemos diante dele por vossa causa?!

10 Noite e dia, com intenso, extremo fervor, oramos para que nos seja dado ver novamente a vossa face e completar o que ainda falta à vossa fé.

11 Que Deus, nosso Pai, e nosso Senhor Jesus nos preparem o caminho até vós!

12 Que o Senhor vos faça crescer e avantajar na caridade mútua e para com todos os homens, como é o nosso amor para convosco.

13 Que ele confirme os vossos corações, e os torne irrepreensíveis e santos na presença de Deus, nosso Pai, por ocasião da vinda de nosso Senhor Jesus com todos os seus santos!

6Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, et annuntiante nobis fidem et caritatem vestram, et quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut et nos quoque vos:

7ideo consolati sumus, fratres, in vobis in omni necessitate et tribulatione nostra, per fidem vestram,

8quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino.

9Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum,

10nocte ac die abundantius orantes, ut videamus faciem vestram, et compleamus ea quæ desunt fidei vestræ?

11Ipse autem Deus, et Pater noster, et Dominus noster Jesus Christus, dirigat viam nostram ad vos.

12Vos autem Dominus multiplicet, et abundare faciat caritatem vestram in invicem, et in omnes, quemadmodum et nos in vobis:

13ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum et Patrem nostrum, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus. Amen.

## 1 Tessalonicenses 4

1 No mais, irmãos, aprendestes de nós a maneira como deveis proceder para agradar a Deus – e já o fazeis. Rogamo-vos, pois, e vos exortamos no Senhor Jesus a que progridais sempre mais.

2 Pois conheceis que preceitos vos demos da parte do Senhor Jesus.

3 Esta é a vontade de Deus: a vossa santificação; que eviteis a impureza;

4 que cada um de vós saiba possuir o seu corpo santa e honestamente,

## Thessalonicenses I 4

1De cetero ergo, fratres, rogamus vos et obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare, et placere Deo, sic et ambuletis ut abundetis magis.

2Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum.

3Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione,

4ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, et honore:

[5] sem se deixar levar pelas paixões desregradas, como os pagãos que não conhecem a Deus;

[6] e que ninguém, nesta matéria, oprima nem defraude a seu irmão, porque o Senhor faz justiça de todas estas coisas, como já antes vo-lo temos dito e asseverado.

[7] Pois Deus não nos chamou para a impureza, mas para a santidade.

[8] Por conseguinte, desprezar estes preceitos é desprezar não a um homem, mas a Deus, que nos deu o seu Espírito Santo.

[9] A respeito da caridade fraterna, não temos necessidade de vos escrever, porquanto vós mesmos aprendestes de Deus a vos amar uns aos outros.

[10] E é o que estais praticando para com todos os irmãos em toda a Macedônia. Mas ainda vos rogamos, irmãos, que vos aperfeiçoeis mais e mais.

[11] Procurai viver com serenidade, ocupando-vos das vossas próprias coisas e trabalhando com vossas mãos, como vo-lo temos recomendado.

[12] É assim que vivereis honrosamente em presença dos de fora e não sereis pesados a ninguém.

[13] Irmãos, não queremos que ignoreis coisa alguma a respeito dos mortos, para que não vos entristeçais, como os outros homens que não têm esperança.

[14] Se cremos que Jesus morreu e ressuscitou, cremos também que Deus levará com Jesus os que nele morreram.

[15] Eis o que vos declaramos, conforme a palavra do Senhor: por ocasião da vinda do Senhor, nós que ficamos ainda vivos não precederemos os mortos.

[16] Quando for dado o sinal, à voz do arcanjo e ao som da trombeta de Deus, o mesmo Senhor descerá do céu e os que morreram em Cristo ressurgirão primeiro.

[17] Depois nós, os vivos, os que estamos ainda na terra, seremos arrebatados juntamente com eles sobre nuvens ao

[5]non in passione desiderii, sicut et gentes, quæ ignorant Deum:

[6]et ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, et testificati sumus.

[7]Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.

[8]Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum Sanctum in nobis.

[9]De caritate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos a Deo didicistis ut diligatis invicem.

[10]Etenim illud facitis in omnes fratres in universa Macedonia. Rogamus autem vos, fratres, ut abundetis magis,

[11]et operam detis ut quieti sitis, et ut vestrum negotium agatis, et operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis:

[12]et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: et nullius aliquid desideretis.

[13]Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri, qui spem non habent.

[14]Si enim credimus quod Jesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.

[15]Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.

[16]Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.

[17]Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra, et sic semper cum Domino erimus.

[18]Itaque consolamini invicem in verbis istis.

encontro do Senhor nos ares, e assim estaremos para sempre com o Senhor.

[18] Portanto, consolai-vos uns aos outros com estas palavras.

## 1 Tessalonicenses 5

[1] A respeito da época e do momento, não há necessidade, irmãos, de que vos escrevamos.

[2] Pois vós mesmos sabeis muito bem que o dia do Senhor virá como um ladrão de noite.

[3] Quando os homens disserem: “Paz e segurança!”, então repentinamente lhes sobrevirá a destruição, como as dores à mulher grávida. E não escaparão.

[4] Mas vós, irmãos, não estais em trevas, de modo que esse dia vos surpreenda como um ladrão.

[5] Porque todos vós sois filhos da luz e filhos do dia. Não somos da noite nem das trevas.

[6] Não durmamos, pois, como os demais. Mas vigiemos e sejamos sóbrios.

[7] Porque os que dormem, dormem de noite; e os que se embriagam, embriagam-se de noite.

[8] Nós, ao contrário, que somos do dia, sejamos sóbrios. Tomemos por couraça a fé e a caridade, e por capacete a esperança da salvação.

[9] Porquanto não nos destinou Deus para a ira, mas para alcançar a salvação por nosso Senhor Jesus Cristo.

[10] Ele morreu por nós, a fim de que nós, quer em estado de vigília, quer de sono, vivamos em união com ele.

[11] Assim, pois, consolai-vos mutuamente e edificai-vos uns aos outros, como já o fazeis.

[12] Suplicamo-vos, irmãos, que reconheçais aqueles que arduamente trabalham entre vós para dirigir-vos no Senhor e vos admoestar.

[13] Tende para com eles singular amor, em vista do cargo que exercem. Conservai a paz entre vós.

## Thessalonicenses I 5

[1]De temporibus autem, et momentis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis.

[2]Ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet:

[3]cum enim dixerint: Pax et securitas: tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habenti, et non effugient.

[4]Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tamquam fur comprehendat:

[5]omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei: non sumus noctis, neque tenebrarum.

[6]Igitur non dormiamus sicut et ceteri, sed vigilemus, et sobrii simus.

[7]Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

[8]Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus, induti loricam fidei et caritatis, et galeam spem salutis:

[9]quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum,

[10]qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus.

[11]Propter quod consolamini invicem, et ædificate alterutrum, sicut et facitis.

[12]Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos, et præsunt vobis in Domino, et monent vos,

[13]ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum: pacem habete cum eis.

[14]Rogamus autem vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

[14] Pedimo-vos, porém, irmãos, corrigi os desordeiros, encorajai os tímidos, amparai os fracos e tende paciência para com todos.

[15] Vede que ninguém pague a outro mal por mal. Antes, procurai sempre praticar o bem entre vós e para com todos.

[16] Vivei sempre contentes.

[17] Orai sem cessar.

[18] Em todas as circunstâncias, dai graças, porque esta é a vosso respeito a vontade de Deus em Jesus Cristo.

[19] Não extingais o Espírito.

[20] Não desprezeis as profecias.

[21] Examinai tudo: abraçai o que é bom.

[22] Guardai-vos de toda a espécie de mal.

[23] O Deus da paz vos conceda santidade perfeita. Que todo o vosso ser, espírito, alma e corpo, seja conservado irrepreensível para a vinda de nosso Senhor Jesus Cristo!

[24] Fiel é aquele que vos chama, e o cumprirá.

[25] Irmãos, orai também por nós.

[26] Saudai a todos os irmãos com o ósculo santo.

[27] Peço-vos encarecidamente, no Senhor, que esta carta seja lida a todos os irmãos.

[28] A graça de nosso Senhor Jesus Cristo esteja convosco!

[15]Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in invicem, et in omnes.

[16]Semper gaudete.

[17]Sine intermissione orate.

[18]In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis.

[19]Spiritum nolite extinguere.

[20]Prophetias nolite spernere.

[21]Omnia autem probate: quod bonum est tenete.

[22]Ab omni specie mala abstinete vos.

[23]Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester, et anima, et corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.

[24]Fidelis est, qui vocavit vos: qui etiam faciet.

[25]Fratres, orate pro nobis.

[26]Salutate fratres omnes in osculo sancto.

[27]Adjuro vos per Dominum ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.

[28]Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen.

# 2 Tessalonicenses

## 2 Tessalonicenses 1

[1] Paulo, Silvano e Timóteo à igreja dos tessalonicenses, reunida em Deus, nosso Pai, e no Senhor Jesus Cristo.

[2] A vós, graça e paz da parte de Deus Pai e do Senhor Jesus Cristo!

[3] Sentimo-nos na obrigação de incessantemente dar graças a Deus a respeito de vós, irmãos. Aliás, com muita razão, visto que a vossa fé vai progredindo sempre mais e desenvolvendo-se a caridade que tendes uns para com os outros.

[4] De sorte que nos gloriamos de vós nas igrejas de Deus, pela vossa constância e fidelidade no meio de todas as perseguições e tribulações que sofreis.

[5] Elas constituem um indício do justo juízo de Deus e de que sereis considerados dignos do Reino de Deus, pelo qual padeceis.

[6] De fato, justo é que Deus dê em paga aflição àqueles que vos afligem;

[7] e a vós, que sois afligidos, o alívio, juntamente conosco, no dia da manifestação do Senhor Jesus. Ele descerá do céu com os mensageiros do seu poder,

[8] por entre chamas de fogo, para fazer justiça àqueles que não reconhecem a Deus e aos que não obedecem ao Evangelho de nosso Senhor Jesus.

[9] Eles sofrerão como castigo a perdição eterna, longe da face do Senhor, e da sua suprema glória.

[10] Naquele dia ele virá e será a glória dos seus santos e a admiração de todos os fiéis, e vossa também, porque crestes no testemunho que vos demos.

[11] Nessa esperança, suplicamos incessantemente por vós, para que nosso Deus vos faça dignos da vossa vocação e que leve eficazmente a bom termo todo o vosso zelo pelo bem e a atividade de vossa fé.

# Thessalonicenses II

## Thessalonicenses II 1

[1]Paulus, et Sylvanus, et Timotheus, ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

[2]Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

[3]Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, et abundat caritas uniuscujusque vestrum in invicem:

[4]ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis Dei, pro patientia vestra, et fide, et in omnibus persecutionibus vestris, et tribulationibus, quas sustinetis

[5]in exemplum justi judicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo et patimini.

[6]Si tamen justum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui vos tribulant:

[7]et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de cælo cum angelis virtutis ejus,

[8]in flamma ignis dantis vindictam iis qui non noverunt Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi,

[9]qui pœnas dabunt in interitu æternas a facie Domini, et a gloria virtutis ejus:

[10]cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo.

[11]In quo etiam oramus semper pro vobis: ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis, et opus fidei in virtute,

[12]ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo secundum gratiam Dei nostri, et Domini Jesu Christi.

[12] Para que seja glorificado o nome de nosso Senhor Jesus em vós, e vós nele, segundo a graça de nosso Deus e do Senhor Jesus Cristo.

## 2 Tessalonicenses 2

[1] No que diz respeito à vinda de nosso Senhor Jesus Cristo e nossa reunião com ele, rogamo-vos, irmãos,

[2] não vos deixeis facilmente perturbar o espírito e alarmar-vos, nem por alguma pretensa revelação nem por palavra ou carta tidas como procedentes de nós e que vos afirmassem estar iminente o dia do Senhor.

[3] Ninguém de modo algum vos engane. Porque primeiro deve vir a apostasia, e deve manifestar-se o homem da iniquidade, o filho da perdição,

[4] o adversário, aquele que se levanta contra tudo o que é divino e sagrado, a ponto de tomar lugar no Templo de Deus, e apresentar-se como se fosse Deus.

[5] Não vos lembrais de que vos dizia estas coisas, quando estava ainda convosco?

[6] Agora, sabeis perfeitamente que algo o detém, de modo que ele só se manifestará a seu tempo.

[7] Porque o mistério da iniquidade já está em ação, apenas esperando o desaparecimento daquele que o detém.

[8] Então, o tal ímpio se manifestará. Mas o Senhor Jesus o destruirá com o sopro de sua boca e o aniquilará com o resplendor da sua vinda.

[9] A manifestação do ímpio será acompanhada, graças ao poder de Satanás, de toda a sorte de portentos, sinais e prodígios enganadores.

[10] Ele usará de todas as seduções do mal com aqueles que se perdem, por não terem cultivado o amor à verdade que os teria podido salvar.

[11] Por isso, Deus lhes enviará um poder que os enganará e os induzirá a acreditar no erro.

## Thessalonicenses II 2

[1]Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et nostræ congregationis in ipsum:

[2]ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Domini.

[3]Ne quis vos seducat ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati filius perditionis,

[4]qui adversatur, et extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus.

[5]Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?

[6]et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore.

[7]Nam mysterium jam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat.

[8]Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui eum:

[9]cujus est adventus secundum operationem Satanæ in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus,

[10]et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt: eo quod caritatem veritatis non receperunt ut salvi fierent.

[11]Ideo mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio,

[12]ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

[13]Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Deo, quod elegerit vos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus, et in fide veritatis:

[12] Desse modo, serão julgados e condenados todos os que não deram crédito à verdade, mas consentiram no mal.

[13] Nós, porém, sentimo-nos na obrigação de incessantemente dar graças a Deus a respeito de vós, irmãos queridos de Deus, porque desde o princípio vos escolheu Deus para vos dar a salvação, pela santificação do Espírito e pela fé na verdade.

[14] E pelo anúncio do nosso Evangelho vos chamou para tomardes parte na glória de nosso Senhor Jesus Cristo.

[15] Assim, pois, irmãos, ficai firmes e conservai os ensinamentos que de nós aprendestes, seja por palavras, seja por carta nossa.

[16] Nosso Senhor Jesus Cristo e Deus, nosso Pai, que nos amou e nos deu consolação eterna e boa esperança pela sua graça, consolem os vossos corações e os confirmem para toda boa obra e palavra!

[14]in qua et vocavit vos per Evangelium nostrum in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.

[15]Itaque fratres, state: et tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.

[16]Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem æternam, et spem bonam in gratia,

[17]exhortetur corda vestra, et confirmet in omni opere et sermone bono.

## 2 Tessalonicenses 3

[1] Por fim, irmãos, orai por nós, para que a palavra do Senhor se propague e seja estimada, tal como acontece entre vós,

[2] e para que sejamos livres dos homens perversos e maus; porque nem todos possuem a fé.

[3] Mas o Senhor é fiel, e ele há de vos dar forças e vos preservar do mal.

[4] Quanto a vós, temos plena certeza no Senhor de que estareis cumprindo e continuareis a cumprir o que vos prescrevemos.

[5] Que o Senhor dirija os vossos corações para o amor de Deus e a paciência de Cristo.

[6] Intimamo-vos, irmãos, em nome de nosso Senhor Jesus Cristo, que eviteis a convivência de todo irmão que leve vida ociosa e contrária à tradição que de nós tendes recebido.

[7] Sabeis perfeitamente o que deveis fazer para nos imitar. Não temos vivido entre vós desregradamente,

## Thessalonicenses II 3

[1]De cetero fratres, orate pro nobis ut sermo Dei currat, et clarificetur, sicut et apud vos:

[2]et ut liberemur ab importunis, et malis hominibus: non enim omnium est fides.

[3]Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, et custodiet a malo.

[4]Confidimus autem de vobis, in Domino, quoniam quæ præcepimus, et facitis, et facietis.

[5]Dominus autem dirigat corda vestra in caritate Dei, et patientia Christi.

[6]Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis.

[7]Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos:

[8]neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore, et in fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus.

[8] nem temos comido de graça o pão de ninguém. Mas, com trabalho e fadiga, labutamos noite e dia, para não sermos pesados a nenhum de vós.

[9] Não porque não tivéssemos direito para isso, mas foi para vos oferecer em nós mesmos um exemplo a imitar.

[10] Aliás, quando estávamos convosco, nós vos dizíamos formalmente: Quem não quiser trabalhar não tem o direito de comer.

[11] Entretanto, soubemos que entre vós há alguns desordeiros, vadios, que só se preocupam em intrometer-se em assuntos alheios.

[12] A esses indivíduos ordenamos e exortamos a que se dediquem tranquilamente ao trabalho para merecerem ganhar o que comer.

[13] Vós, irmãos, não vos canseis de fazer o bem.

[14] Se alguém não obedecer ao que ordenamos por esta carta, notai-o e, para que ele se envergonhe, deixai de ter familiaridade com ele.

[15] Porém, não deveis considerá-lo como inimigo, mas repreendê-lo como irmão.

[16] O Senhor da paz vos conceda a paz em todo o tempo e em todas as circunstâncias. O Senhor esteja com todos vós.

[17] A saudação vai de meu próprio punho: PAULO. É esta a minha assinatura em todas as minhas cartas. É assim que eu escrevo.

[18] A graça de nosso Senhor Jesus Cristo esteja com todos vós!

[9]Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

[10]Nam et cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet.

[11]Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes.

[12]Iis autem, qui ejusmodi sunt, denuntiemus, et obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent.

[13]Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes.

[14]Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et ne commisceamini cum illo ut confundatur:

[15]et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.

[16]Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis.

[17]Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola, ita scribo.

[18]Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

| 1 Timóteo | Timotheum I |
|---|---|

## 1 Timóteo 1

[1] Paulo, apóstolo de Jesus Cristo por ordem de Deus, nosso Salvador, e de Jesus Cristo, nossa esperança,

[2] a Timóteo, meu verdadeiro filho na fé: graça, misericórdia, paz da parte de Deus Pai e de Jesus Cristo, nosso Senhor!

[3] Torno a lembrar-te a recomendação que te dei, quando parti para a Macedônia: devias permanecer em Éfeso para impedir que certas pessoas andassem a ensinar doutrinas extravagantes,

[4] e a preocupar-se com fábulas e genealogias. Essas coisas, em vez de promoverem a obra de Deus, que se baseia na fé, só servem para ocasionar disputas.

[5] Essa recomendação só visa a estabelecer a caridade, nascida de um coração puro, de uma boa consciência e de uma fé sincera.

[6] Apartando-se desta norma, alguns se entregaram a discursos vãos.

[7] Pretensos doutores da Lei, que não compreendem nem o que dizem nem o que afirmam.

[8] Sabemos que a Lei é boa, contanto que se faça dela uso legítimo,

[9] e se tenha em conta que a Lei não foi feita para o justo, mas para os transgressores e os rebeldes, para os ímpios e os pecadores, para os irreligiosos e os profanadores, para os que ultrajam pai e mãe, os homicidas,

[10] os impudicos, os infames, os traficantes de homens, os mentirosos, os perjuros e tudo o que se opõe à sã doutrina

[11] e ao Evangelho glorioso de Deus bendito, que me foi confiado.

[12] Dou graças àquele que me deu forças, Jesus Cristo, nosso Senhor, porque me julgou digno de confiança e me chamou ao ministério,

[13] a mim que outrora era blasfemo, perseguidor e injuriador. Mas alcancei

## Timotheum I 1

[1]Paulus Apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri, et Christi Jesu spei nostræ,

[2]Timotheo dilecto filio in fide. Gratia, misericordia, et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Domino nostro.

[3]Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent,

[4]neque intenderent fabulis, et genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem Dei, quæ est in fide.

[5]Finis autem præcepti est caritas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.

[6]A quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium,

[7]volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

[8]Scimus autem quia bona est lex si quis ea legitime utatur:

[9]sciens hoc quia lex justo non est posita, sed injustis, et non subditis, impiis, et peccatoribus, sceleratis, et contaminatis, parricidis, et matricidis, homicidis,

[10]fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, et perjuris, et si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur,

[11]quæ est secundum Evangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.

[12]Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio:

[13]qui prius blasphemus fui, et persecutor, et contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.

[14]Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide, et dilectione, quæ est in Christo Jesu.

misericórdia, porque ainda não tinha recebido a fé e o fazia por ignorância.

14 E a graça de nosso Senhor foi imensa, juntamente com a fé e a caridade que está em Jesus Cristo.

15 Eis uma verdade absolutamente certa e merecedora de fé: Jesus Cristo veio a este mundo para salvar os pecadores, dos quais sou eu o primeiro.

16 Se encontrei misericórdia, foi para que em mim primeiro Jesus Cristo manifestasse toda a sua magnanimidade e eu servisse de exemplo para todos os que, a seguir, nele crerem, para a vida eterna.

17 Ao Rei dos séculos, Deus único, invisível e imortal, honra e glória pelos séculos dos séculos! Amém.

18 Eis aqui uma recomendação que te dou, meu filho Timóteo, de acordo com aquelas profecias que foram feitas a teu respeito: amparado nelas, sustenta o bom combate,

19 com fidelidade e boa consciência, que alguns desprezaram e naufragaram na fé.

20 É o caso de Himeneu e Alexandre, que entreguei a Satanás, para que aprendam a não blasfemar.

15Fidelis sermo, et omni acceptione dignus: quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.

16Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi, in vitam æternam.

17Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli Deo honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

18Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam,

19habens fidem, et bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt:

20ex quibus est Hymenæus, et Alexander: quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare.

## 1 Timóteo 2

1 Acima de tudo, recomendo que se façam preces, orações, súplicas, ações de graças por todos os homens,

2 pelos reis e por todos os que estão constituídos em autoridade, para que possamos viver uma vida calma e tranquila, com toda a piedade e honestidade.

3 Isto é bom e agradável diante de Deus, nosso Salvador,

4 o qual deseja que todos os homens se salvem e cheguem ao conhecimento da verdade.

5 Porque há um só Deus e há um só mediador entre Deus e os homens: Jesus Cristo, homem

6 que se entregou como resgate por todos. Tal é o fato, atestado em seu tempo;

## Timotheum I 2

1Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus:

2pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate, et castitate:

3hoc enim bonum est, et acceptum coram Salvatore nostro Deo,

4qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.

5Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Jesus:

6qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis:

[7] e deste fato – digo a verdade, não minto – fui constituído pregador, apóstolo e doutor dos gentios, na fé e na verdade.

[8] Quero, pois, que os homens orem em todo lugar, levantando as mãos puras, superando todo ódio e ressentimento.

[9] Do mesmo modo, quero que as mulheres usem traje honesto, ataviando-se com modéstia e sobriedade. Seus enfeites consistam não em primorosos penteados, ouro, pérolas, vestidos de luxo,

[10] e sim em boas obras, como convém a mulheres que professam a piedade.

[11] A mulher ouça a instrução em silêncio, com espírito de submissão.

[12] Não permito à mulher que ensine nem que se arrogue autoridade sobre o homem, mas permaneça em silêncio.

[13] Pois o primeiro a ser criado foi Adão, depois Eva.

[14] E não foi Adão que se deixou iludir, e sim a mulher que, enganada, se tornou culpada de transgressão.

[15] Contudo, ela poderá salvar-se, cumprindo os deveres de mãe, contanto que permaneça com modéstia na fé, na caridade e na santidade.

[7]in quo positus sum ego prædicator, et Apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor gentium in fide, et veritate.

[8]Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione.

[9]Similiter et mulieres in habitu ornato, cum verecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa:

[10]sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

[11]Mulier in silentio discat cum omni subjectione.

[12]Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: sed esse in silentio.

[13]Adam enim primus formatus est: deinde Heva:

[14]et Adam non est seductus: mulier autem seducta in prævaricatione fuit.

[15]Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, et dilectione, et sanctificatione cum sobrietate.

## 1 Timóteo 3

[1] Eis uma coisa certa: quem aspira ao episcopado, saiba que está desejando uma função sublime.

[2] Porque o bispo tem o dever de ser irrepreensível, casado uma só vez, sóbrio, prudente, regrado no seu proceder, hospitaleiro, capaz de ensinar.

[3] Não deve ser dado a bebidas, nem violento, mas condescendente, pacífico, desinteressado;

[4] deve saber governar bem a sua casa, educar os seus filhos na obediência e na castidade.

[5] Pois quem não sabe governar a sua própria casa, como terá cuidado da Igreja de Deus?

## Timotheum I 3

[1]Fidelis sermo: si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

[2]Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem,

[3]non vinolentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, sed

[4]suæ domui bene præpositum: filios habentem subditos cum omni castitate.

[5]Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit?

[6]Non neophytum: ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli.

[6] Não pode ser um recém-convertido, para não acontecer que, ofuscado pela vaidade, venha a cair na mesma condenação que o demônio.

[7] Importa, outrossim, que goze de boa consideração por parte dos de fora, para que não se exponha ao desprezo e caia assim nas ciladas diabólicas.

[8] Do mesmo modo, os diáconos sejam honestos, não de duas atitudes nem propensos ao excesso da bebida e ao espírito de lucro;

[9] que guardem o mistério da fé numa consciência pura.

[10] Antes de poderem exercer o seu ministério, sejam provados para que se tenha certeza de que são irrepreensíveis.

[11] As mulheres também sejam honestas, não difamadoras, mas sóbrias e fiéis em tudo.

[12] Os diáconos não sejam casados senão uma vez, e saibam governar os filhos e a casa.

[13] E os que desempenharem bem estse ministério, alcançarão honrosa posição e grande confiança na fé, em Jesus Cristo.

[14] Estas coisas te escrevo, mas espero ir visitar-te muito em breve.

[15] Todavia, se eu tardar, quero que saibas como deves portar-te na casa de Deus, que é a Igreja de Deus vivo, coluna e sustentáculo da verdade.

[16] Sim, é tão sublime – unanimemente o proclamamos – o mistério da bondade divina: "manifestado na carne, justificado no Espírito, visto pelos anjos, anunciado aos povos, acreditado no mundo, exaltado na glória!".

[7]Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, et in laqueum diaboli.

[8]Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes:

[9]habentes mysterium fidei in conscientia pura.

[10]Et hi autem probentur primum: et sic ministrent, nullum crimen habentes.

[11]Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

[12]Diaconi sint unius uxoris viri, qui filiis suis bene præsint, et suis domibus.

[13]Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent, et multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu.

[14]Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire cito:

[15]si autem tardavero, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis.

[16]Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

## 1 Timóteo 4

[1] O Espírito diz expressamente que, nos tempos vindouros, alguns hão de apostatar da fé, dando ouvidos a espíritos embusteiros e a doutrinas diabólicas,

## Timotheum I 4

[1]Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmoniorum,

[2]in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam,

[2] de hipócritas e impostores que, marcados na própria consciência com o ferrete da infâmia,

[3] proíbem o casamento, assim como o uso de alimentos que Deus criou para que sejam tomados com ação de graças pelos fiéis e pelos que conhecem a verdade.

[4] Pois tudo o que Deus criou é bom e nada há de reprovável, quando se usa com ação de graças.

[5] Porque se torna santificado pela Palavra de Deus e pela oração.

[6] Recomenda esta doutrina aos irmãos, e serás bom ministro de Jesus Cristo, alimentado com as palavras da fé e da sã doutrina que até agora seguiste com exatidão.

[7] Quanto às fábulas profanas, esses contos extravagantes de comadres, rejeita-as.

[8] Exercita-te na piedade. Se o exercício corporal traz algum pequeno proveito, a piedade, esta sim, é útil para tudo, porque tem a promessa da vida presente e da futura.

[9] Eis uma verdade absolutamente certa e digna de fé:

[10] se nos afadigamos e sofremos ultrajes, é porque pusemos a nossa esperança em Deus vivo, que é o Salvador de todos os homens, sobretudo dos fiéis.

[11] Seja este o objeto de tuas prescrições e dos teus ensinamentos.

[12] Ninguém te despreze por seres jovem. Ao contrário, torna-te modelo para os fiéis, no modo de falar e de viver, na caridade, na fé, na castidade.

[13] Enquanto eu não chegar, aplica-te à leitura, à exortação, ao ensino.

[14] Não negligencies o carisma que está em ti e que te foi dado por profecia, quando a assembleia dos anciãos te impôs as mãos.

[15] Põe nisto toda a diligência e empenho, de tal modo que se torne manifesto a todos o teu aproveitamento.

[3]prohibentium nubere, abstinere a cibis, quod Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et iis qui cognoverunt veritatem.

[4]Quia omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur:

[5]sanctificatur enim per verbum Dei, et orationem.

[6]Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Jesu enutritus verbis fidei, et bonæ doctrinæ, quam assecutus es.

[7]Ineptas autem, et aniles fabulas devita: exerce autem teipsum ad pietatem.

[8]Nam corporalis exercitatio, ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ.

[9]Fidelis sermo, et omni acceptione dignus.

[10]In hoc enim laboramus, et maledicimur, quia speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime fidelium.

[11]Præcipe hæc, et doce.

[12]Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate.

[13]Dum venio, attende lectioni, exhortationi, et doctrinæ.

[14]Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.

[15]Hæc meditare, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus.

[16]Attende tibi, et doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos qui te audiunt.

[16] Olha por ti e pela instrução dos outros. E persevera nestas coisas. Se isto fizeres, tu te salvarás a ti mesmo e aos que te ouvirem.

## 1 Timóteo 5

[1] Ao ancião não repreendas com aspereza, mas adverte-o como a um pai, aos moços como a irmãos,

[2] às mulheres de idade como a mães, às jovens como a irmãs, com toda a pureza.

[3] Honra as viúvas que são realmente viúvas.

[4] Se uma viúva tem filhos ou netos, como primeira obrigação aprendam estes a exercer com a própria família o dever da piedade filial e a retribuir aos pais o que deles receberam, porque isto é agradável a Deus.

[5] Mas a que verdadeiramente é viúva e desamparada, põe a sua esperança em Deus e persevera noite e dia em orações e súplicas.

[6] Aquela, pelo contrário, que vive nos prazeres, embora viva, está morta.

[7] Recorda-lhes isto, para que sejam irrepreensíveis.

[8] Quem se descuida dos seus, e principalmente dos de sua própria família, é um renegado, pior que um infiel.

[9] Poderá ser inscrita como viúva apenas quem tenha pelo menos sessenta anos de idade, casada uma só vez,

[10] conhecida pelo seu bom comportamento, tenha educado bem os filhos, exercido a hospitalidade, lavado os pés dos santos, socorrido os infelizes e praticado toda espécie de boas obras.

[11] Não admitas viúvas jovens, porque, ao sentirem os atrativos da paixão contrária a Cristo, quererão casar-se outra vez

[12] e incorrerão na censura de ter violado o primeiro compromisso.

[13] Além disso, habituam-se a andar ociosas de casa em casa; e não só ociosas, mas também indiscretas e curiosas, falando coisas que não devem.

## Timotheum I 5

[1]Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem: juvenes, ut fratres:

[2]anus, ut matres: juvenculas, ut sorores in omni castitate:

[3]viduas honora, quæ vere viduæ sunt.

[4]Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, et mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo.

[5]Quæ autem vere vidua est, et desolata, speret in Deum, et instet obsecrationibus, et orationibus nocte ac die.

[6]Nam quæ in deliciis est, vivens mortua est.

[7]Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint.

[8]Si quis autem suorum, et maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior.

[9]Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor,

[10]in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est.

[11]Adolescentiores autem viduas devita: cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt:

[12]habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt;

[13]simul autem et otiosæ discunt circuire domos: non solum otiosæ, sed et verbosæ, et curiosæ, loquentes quæ non oportet.

[14]Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia.

[15]Jam enim quædam conversæ sunt retro Satanam.

[14] Quero, pois, que as viúvas jovens se casem, cumpram os deveres de mãe e cuidem do próprio lar, para não dar a ninguém ensejo de crítica.

[15] Algumas já se perverteram, para irem após Satanás.

[16] Se algum fiel tem viúvas em casa, procure dar-lhes assistência, de tal maneira que elas não sejam um peso para a Igreja, a fim de que esta possa socorrer as que verdadeiramente são viúvas.

[17] Os presbíteros que desempenham bem o encargo de presidir sejam honrados com dupla remuneração, principalmente os que trabalham na pregação e no ensino.

[18] Pois diz a Escritura: Não atarás a boca ao boi quando ele pisar o grão (Dt 25,4); e ainda: O operário é digno do seu salário (Lc 10,7).

[19] Não recebas acusação contra um presbítero, senão por duas ou três testemunhas.

[20] Aos que faltam às suas obrigações, repreende-os diante de todos, para que também os demais se atemorizem.

[21] Eu te conjuro, diante de Deus e de Cristo Jesus e dos anjos escolhidos, a que guardes essas regras sem prevenção, nada fazendo por espírito de parcialidade.

[22] A ninguém imponhas as mãos inconsideradamente, para que não venhas a tornar-te cúmplice dos pecados alheios. Conserva-te puro.

[23] Não continues a beber só água, mas toma também um pouco de vinho, por causa do teu estômago e das tuas frequentes indisposições.

[24] Os pecados dos homens às vezes são conhecidos já antes de levados a juízo; outras vezes o serão depois.

[25] Da mesma forma, as boas obras: ou já são manifestas ou não poderão permanecer ocultas.

[16]Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, et non gravetur ecclesia: ut iis quæ vere viduæ sunt, sufficiat.

[17]Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo et doctrina.

[18]Dicit enim Scriptura: Non alligabis os bovi trituranti. Et: Dignus est operarius mercede sua.

[19]Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.

[20]Peccantes coram omnibus argue: ut et ceteri timorem habeant.

[21]Testor coram Deo et Christo Jesu, et electis angelis, ut hæc custodias sine præjudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.

[22]Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. Teipsum castum custodi.

[23]Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates.

[24]Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium: quosdam autem et subsequuntur.

[25]Similiter et facta bona, manifesta sunt: et quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

## 1 Timóteo 6

## Timotheum I 6

[1] Todos os que vivem sob o jugo da servidão considerem seus senhores dignos de toda honra, para que não sejam caluniados o nome de Deus e sua doutrina.

[2] E os que têm patrões que abraçaram a fé, nem por isso os menosprezem, sob pretexto de serem irmãos. Ao contrário, deverão servi-los ainda melhor, pelo fato de que eles são fiéis amados de Deus e participantes de seus benefícios. Tal deve ser o tema de teus ensinamentos e de tuas exortações.

[3] Quem ensina de outra forma e discorda das salutares palavras de nosso Senhor Jesus Cristo, bem como da doutrina conforme à piedade,

[4] é um obcecado pelo orgulho, um ignorante, doentio por questões ociosas e contendas de palavras. Daí se originam a inveja, a discórdia, os insultos, as suspeitas injustas,

[5] os vãos conflitos entre homens de coração corrompido e privados da verdade, que só veem na piedade uma fonte de lucro.

[6] Sem dúvida, grande fonte de lucro é a piedade, porém quando acompanhada de espírito de desprendimento.

[7] Porque nada trouxemos ao mundo, como tampouco nada poderemos levar.

[8] Tendo alimento e vestuário, contentemo-nos com isso.

[9] Aqueles que ambicionam tornar-se ricos caem nas armadilhas do demônio e em muitos desejos insensatos e nocivos, que precipitam os homens no abismo da ruína e da perdição.

[10] Porque a raiz de todos os males é o amor ao dinheiro. Acossados pela cobiça, alguns se desviaram da fé e se enredaram em muitas aflições.

[11] Mas tu, ó homem de Deus, foge desses vícios e procura com todo empenho a piedade, a fé, a caridade, a paciência, a mansidão.

[12] Combate o bom combate da fé. Conquista a vida eterna, para a qual foste chamado e

[1]Quicumque sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini et doctrina blasphemetur.

[2]Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis serviant, quia fideles sunt et dilecti, qui beneficii participes sunt. Hæc doce, et exhortare.

[3]Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ:

[4]superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, et pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ,

[5]conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.

[6]Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.

[7]Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus.

[8]Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus.

[9]Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia, et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem.

[10]Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.

[11]Tu autem, o homo Dei, hæc fuge: sectare vero justitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem.

[12]Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus.

[13]Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem,

fizeste aquela nobre profissão de fé perante muitas testemunhas.

[13] Em presença de Deus, que dá a vida a todas as coisas, e de Cristo Jesus, que ante Pôncio Pilatos abertamente testemunhou a verdade,

[14] recomendo-te que guardes o mandamento sem mácula, irrepreensível, até a aparição de nosso Senhor Jesus Cristo,

[15] a qual a seu tempo será realizada pelo bem-aventurado e único Soberano, Rei dos reis e Senhor dos senhores,

[16] o único que possui a imortalidade e habita em luz inacessível, a quem nenhum homem viu, nem pode ver. A ele, honra e poder eterno! Amém.

[17] Exorta os ricos deste mundo a que não sejam orgulhosos nem ponham sua esperança nas riquezas volúveis, mas em Deus, que nos dá abundantemente todas as coisas para delas fruirmos.

[18] Que pratiquem o bem, se enriqueçam de boas obras, sejam generosos, comunicativos,

[19] ajuntem um tesouro sólido e excelente para seu futuro, a fim de conquistarem a verdadeira vida.

[20] Ó Timóteo, guarda o bem que te foi confiado! Evita as conversas frívolas e mundanas, assim como as contradições de pretensa ciência.

[21] Alguns, por segui-las, se transviaram da fé. A graça esteja convosco.

[14]ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile usque in adventum Domini nostri Jesu Christi,

[15]quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens, Rex regum, et Dominus dominantium:

[16]qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, et imperium sempiternum. Amen.

[17]Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum)

[18]bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare,

[19]thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.

[20]O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiæ,

[21]quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

| 2 Timóteo | Timotheum II |
|---|---|

## 2 Timóteo 1

[1] Paulo, apóstolo de Jesus Cristo pela vontade de Deus para anunciar a promessa da vida que está em Jesus Cristo,

[2] a Timóteo, filho caríssimo: graça, misericórdia, paz, da parte de Deus Pai e de Jesus Cristo, nosso Senhor!

[3] Dou graças a Deus, a quem sirvo com pureza de consciência, tal como aprendi de meus pais, e me lembro de ti sem cessar nas minhas orações, de noite e de dia.

[4] Quando me vêm ao pensamento as tuas lágrimas, sinto grande desejo de te ver para me encher de alegria.

[5] Conservo a lembrança daquela tua fé tão sincera, que foi primeiro a de tua avó Loide e de tua mãe Eunice e que, não tenho a menor dúvida, habita em ti também.

[6] Por esse motivo, eu te exorto a reavivar a chama do dom de Deus que recebeste pela imposição das minhas mãos.

[7] Pois Deus não nos deu um espírito de timidez, mas de fortaleza, de amor e de sabedoria.

[8] Não te envergonhes, portanto, do testemunho de nosso Senhor, nem de mim, seu prisioneiro, mas sofre comigo pelo Evangelho, fortificado pelo poder de Deus.

[9] Deus nos salvou e chamou para a santidade, não em atenção às nossas obras, mas em virtude do seu desígnio, da graça que desde a eternidade nos destinou em Cristo Jesus,

[10] e agora nos manifestou mediante a aparição de nosso Salvador Jesus Cristo, que destruiu a morte e suscitou a vida e a imortalidade, pelo Evangelho,

[11] do qual fui constituído pregador, apóstolo e mestre entre os gentios.

[12] É esse o motivo por que estou sofrendo assim. Mas não me queixo, não. Sei em quem pus minha confiança, e estou certo de

## Timotheum II 1

[1]Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu,

[2]Timotheo carissimo filio: gratia, misericordia, pax a Deo Patre, et Christo Jesu Domino nostro.

[3]Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die

[4]desiderans te videre, memor lacrimarum tuarum, ut gaudio implear,

[5]recordationem accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta, quæ et habitavit primum in avia tua Loide, et matre tua Eunice, certus sum autem quod et in te.

[6]Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.

[7]Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris: sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis.

[8]Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus: sed collabora Evangelio secundum virtutem Dei:

[9]qui nos liberavit, et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, et gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia.

[10]Manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam, et incorruptionem per Evangelium:

[11]in quo positus sum ego prædicator, et Apostolus, et magister gentium.

[12]Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem.

que é assaz poderoso para guardar meu depósito até aquele dia.

13 Toma por modelo os ensinamentos salutares que recebeste de mim sobre a fé e o amor a Jesus Cristo.

14 Guarda o precioso depósito, pela virtude do Espírito Santo que habita em nós.

15 Sabes que todos os da Ásia se apartaram de mim, entre eles Figelo e Hermógenes.

16 O Senhor conceda sua misericórdia à casa de Onesíforo, que muitas vezes me reconfortou e não se envergonhou das minhas cadeias!

17 Pelo contrário, quando veio a Roma, procurou-me com solicitude e me encontrou.

18 O Senhor lhe conceda a graça de obter misericórdia junto do Senhor naquele dia. Sabes melhor que ninguém quantos bons serviços ele prestou em Éfeso.

13Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide, et in dilectione in Christo Jesu.

14Bonum depositum custodi per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis.

15Scis hoc, quod aversi sunt a me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phigellus, et Hermogenes.

16Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit:

17sed cum Romam venisset, sollicite me quæsivit, et invenit.

18Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.

## 2 Timóteo 2

1 Tu, portanto, meu filho, procura progredir na graça de Jesus Cristo.

2 O que de mim ouviste em presença de muitas testemunhas, confia-o a homens fiéis que, por sua vez, sejam capazes de instruir a outros.

3 Suporta comigo os trabalhos, como bom soldado de Jesus Cristo.

4 Nenhum soldado pode implicar-se em negócios da vida civil, se quer agradar ao que o alistou.

5 Nenhum atleta será coroado, se não tiver lutado segundo as regras.

6 É preciso que o lavrador trabalhe antes com afinco, se quer boa colheita.

7 Entende bem o que eu quero dizer. O Senhor há de dar-te inteligência em tudo.

8 Lembra-te de Jesus Cristo, saído da estirpe de Davi e ressuscitado dos mortos, segundo o meu Evangelho,

9 pelo qual estou sofrendo até as cadeias como um malfeitor. Mas a Palavra de Deus, esta não se deixa acorrentar.

## Timotheum II 2

1Tu ergo fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu:

2et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erant et alios docere.

3Labora sicut bonus miles Christi Jesu.

4Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus: ut ei placeat, cui se probavit.

5Nam et qui certat in agone, non coronatur nisi legitime certaverit.

6Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.

7Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

8Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum,

9in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum.

10Ideo omnia sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria cælesti.

[10] Pelo que tudo suporto por amor dos escolhidos, para que também eles consigam a salvação em Jesus Cristo, com a glória eterna.

[11] Eis uma verdade absolutamente certa: Se morrermos com ele, com ele viveremos.

[12] Se soubermos perseverar, com ele reinaremos.

[13] Se, porém, o renegarmos, ele nos renegará. Se formos infiéis... ele continua fiel, e não pode desdizer-se.

[14] Lembra-lhes estas coisas e conjura-os, por Deus, a evitarem discussões de palavras, que só servem para a perdição dos ouvintes.

[15] Empenha-te em te apresentares diante de Deus como homem digno de aprovação, operário que não tem de que se envergonhar, íntegro distribuidor da palavra da verdade.

[16] Procura esquivar-te das conversas frívolas dos mundanos, que só contribuem para a impiedade.

[17] As palavras dessa gente destroem como a gangrena. Entre eles estão Himeneu e Fileto,

[18] que se desviaram da verdade dizendo que a ressurreição já aconteceu e transtornaram a fé em alguns.

[19] Contudo, o sólido fundamento de Deus se mantém firme, porque vem selado com estas palavras: O Senhor conhece os que são seus (Nm 16,5); e: Renuncie à iniquidade todo aquele que pronuncia o nome do Senhor (Is 26,13).

[20] Numa grande casa não há somente utensílios de ouro e de prata, mas também de madeira e de barro. Aqueles para ocasiões finas, estes para uso ordinário.

[21] Quem, portanto, se conservar puro e isento dessas doutrinas, será um utensílio nobre, santificado, útil ao seu possuidor, preparado para todo uso benéfico.

[22] Foge das paixões da mocidade, busca com empenho a justiça, a fé, a caridade, a paz,

[11]Fidelis sermo: nam si commortui sumus, et convivemus:

[12]si sustinebimus, et conregnabimus: si negaverimus, et ille negabit nos:

[13]si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.

[14]Hæc commone, testificans coram Domino. Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.

[15]Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.

[16]Profana autem et vaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem:

[17]et sermo eorum ut cancer serpit: ex quibus est Hymenæus et Philetus,

[18]qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse jam factam, et subverterunt quorumdam fidem.

[19]Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognovit Dominus qui sunt ejus, et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.

[20]In magna autem domo non solum sunt vasa aurea, et argentea, sed et lignea, et fictilia: et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.

[21]Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, et utile Domino ad omne opus bonum paratum.

[22]Juvenilia autem desideria fuge, sectare vero justitiam, fidem, spem, caritatem, et pacem cum iis qui invocant Dominum de corde puro.

[23]Stultas autem et sine disciplina quæstiones devita: sciens quia generant lites.

[24]Servum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem,

[25]cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati, nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem,

[26]et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

com aqueles que invocam o Senhor com pureza de coração.

23 Rejeita as discussões tolas e absurdas, visto que geram contendas.

24 Não convém a um servo do Senhor altercar; bem ao contrário, seja ele condescendente com todos, capaz de ensinar, paciente em suportar os males.

25 É com brandura que deve corrigir os adversários, na esperança de que Deus lhes conceda o arrependimento e o conhecimento da verdade,

26 e voltem a si, uma vez livres dos laços do demônio, que os mantém cativos e submetidos aos seus caprichos.

## 2 Timóteo 3

1 Nota bem o seguinte: nos últimos dias haverá um período difícil.

2 Os homens se tornarão egoístas, avarentos, fanfarrões, soberbos, rebeldes aos pais, ingratos, malvados,

3 desalmados, desleais, caluniadores, devassos, cruéis, inimigos dos bons,

4 traidores, insolentes, cegos de orgulho, amigos dos prazeres e não de Deus,

5 ostentarão a aparência de piedade, mas desdenharão a realidade. Dessa gente, afasta-te!

6 Deles fazem parte os que se insinuam jeitosamente pelas casas e enfeitiçam mulherzinhas carregadas de pecados, atormentadas por toda espécie de paixões,

7 sempre a aprender sem nunca chegar ao conhecimento da verdade.

8 Como Janes e Jambres resistiram a Moisés, assim também estes homens de coração pervertido, reprovados na fé, tentam resistir à verdade.

9 Mas não irão longe, porque será manifesta a todos a sua insensatez, como o foi a daqueles dois.

10 Tu, pelo contrário, te aplicaste a seguir-me de perto na minha doutrina, no meu modo de vida, nos meus planos, na minha fé,

## Timotheum II 3

1Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa:

2erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti,

3sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate,

4proditores, protervi, tumidi, et voluptatum amatores magis quam Dei:

5habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita:

6ex his enim sunt qui penetrant domos, et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis:

7semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes.

8Quemadmodum autem Jannes et Mambres restiterunt Moysi: ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem;

9sed ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit.

10Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam,

na minha paciência, na minha caridade, na minha constância,

11 nas minhas perseguições, nas provações que me sobrevieram em Antioquia, em Icônio, em Listra. Que perseguições tive que sofrer! E de todas me livrou o Senhor.

12 Pois todos os que quiserem viver piedosamente, em Jesus Cristo, terão de sofrer a perseguição.

13 Mas os homens perversos e impostores irão de mal a pior, sedutores e seduzidos.

14 Tu, porém, permanece firme naquilo que aprendeste e creste. Sabes de quem aprendeste.

15 E desde a infância conheces as Sagradas Escrituras e sabes que elas têm o condão de te proporcionar a sabedoria que conduz à salvação, pela fé em Jesus Cristo.

16 Toda a Escritura é inspirada por Deus, e útil para ensinar, para repreender, para corrigir e para formar na justiça.

17 Por ela, o homem de Deus se torna perfeito, capacitado para toda boa obra.

11persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, et Lystris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Dominus.

12Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.

13Mali autem homines et seductores proficient in pejus, errantes, et in errorem mittentes.

14Tu vero permane in iis quæ didicisti, et credita sunt tibi: sciens a quo didiceris:

15et quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Jesu.

16Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia:

17ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

## 2 Timóteo 4

1 Eu te conjuro em presença de Deus e de Jesus Cristo, que há de julgar os vivos e os mortos, por sua aparição e por seu Reino:

2 prega a palavra, insiste oportuna e inoportunamente, repreende, ameaça, exorta com toda paciência e empenho de instruir.

3 Porque virá tempo em que os homens já não suportarão a sã doutrina da salvação. Levados pelas próprias paixões e pelo prurido de escutar novidades, ajustarão mestres para si.

4 Apartarão os ouvidos da verdade e se atirarão às fábulas.

5 Tu, porém, sê prudente em tudo, paciente nos sofrimentos, cumpre a missão de pregador do Evangelho, consagra-te ao teu ministério.

## Timotheum II 4

1Testificor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius, et regnum ejus:

2prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina.

3Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus,

4et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.

5Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto.

6Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat.

7Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi.

[6] Quanto a mim, estou a ponto de ser imolado e o instante da minha libertação se aproxima.

[7] Combati o bom combate, terminei a minha carreira, guardei a fé.

[8] Resta-me agora receber a coroa da justiça, que o Senhor, justo Juiz, me dará naquele dia, e não somente a mim, mas a todos aqueles que aguardam com amor a sua aparição.

[9] Procura vir ter comigo quanto antes.

[10] Demas me abandonou, por amor das coisas do século presente, e se foi para Tessalônica. Crescente, para a Galácia; Tito, para a Dalmácia.

[11] Só Lucas está comigo. Toma contigo Marcos e traze-o, porque me é bem útil para o ministério.

[12] Tíquico enviei-o para Éfeso.

[13] Quando vieres, traze contigo a capa que deixei em Trôade na casa de Carpo, e também os livros, principalmente os pergaminhos.

[14] Alexandre, o ferreiro, me tratou muito mal. O Senhor há de lhe pagar pela sua conduta.

[15] Tu também guarda-te dele, porque fez oposição cerrada à nossa pregação.

[16] Em minha primeira defesa não houve quem me assistisse; todos me desampararam! (Que isto não seja imputado.)

[17] Contudo, o Senhor me assistiu e me deu forças, para que, por meu intermédio, a boa mensagem fosse plenamente anunciada e chegasse aos ouvidos de todos os pagãos. E fui salvo das fauces do leão.

[18] O Senhor me salvará de todo mal e me preservará para o seu Reino celestial. A ele a glória por toda a eternidade! Amém.

[19] Saúda Prisca e Áquila, e a família de Onesíforo.

[20] Erasto ficou em Corinto. Deixei Trófimo doente em Mileto.

[8]In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum ejus. Festina ad me venire cito.

[9]Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum, et abiit Thessalonicam:

[10]Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

[11]Lucas est mecum solus. Marcum assume, et adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium.

[12]Tychicum autem misi Ephesum.

[13]Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, et libros, maxime autem membranas.

[14]Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundum opera ejus:

[15]quem et tu devita: valde enim restitit verbis nostris.

[16]In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.

[17]Dominus autem mihi astitit, et confortavit me, ut per me prædicatio impleatur, et audiant omnes gentes: et liberatus sum de ore leonis.

[18]Liberavit me Dominus ab omni opere malo: et salvum faciet in regnum suum cæleste, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[19]Saluta Priscam, et Aquilam, et Onesiphori domum.

[20]Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.

[21]Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus, et Pudens, et Linus, et Claudia, et fratres omnes.

[22]Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

21 Apressa-te a vir antes do inverno. Saúdam-te Eubulo, Pudente, Lino, Cláudia e todos os irmãos.

22 O Senhor esteja com o teu espírito! A graça esteja convosco!

| Tito | Titum |
|---|---|

## Tito 1

[1] Paulo, servo de Deus, apóstolo de Jesus Cristo para levar aos eleitos de Deus a fé e o profundo conhecimento da verdade que conduz à piedade,

[2] na esperança da vida eterna prometida em tempos longínquos por Deus veraz e fiel,

[3] que na ocasião escolhida manifestou a sua palavra mediante a pregação que me foi confiada por ordem de Deus, nosso Salvador,

[4] a Tito, meu verdadeiro filho em nossa fé comum: graça e paz da parte de Deus Pai e de Jesus Cristo, nosso Salvador!

[5] Eu te deixei em Creta para acabares de organizar tudo e estabeleceres anciãos em cada cidade, de acordo com as normas que te tracei.

[6] (Devem ser escolhidos entre) quem seja irrepreensível, casado uma só vez, tenha filhos fiéis e não acusados de má conduta ou insubordinação.

[7] Porquanto é mister que o bispo seja irrepreensível, como administrador que é posto por Deus. Não arrogante, nem colérico, nem intemperante, nem violento, nem cobiçoso.

[8] Ao contrário, seja hospitaleiro, amigo do bem, prudente, justo, piedoso, continente,

[9] firmemente apegado à doutrina da fé tal como foi ensinada, para poder exortar segundo a sã doutrina e rebater os que a contradizem.

[10] Com efeito, há muitos insubmissos, charlatães e sedutores, principalmente entre os da circuncisão.

[11] É necessário tapar-lhes a boca, porque transtornam famílias inteiras, ensinando o que não convém, e isso por vil espírito de lucro.

[12] Um dentre eles, o “profeta” deles disse: “Os cretenses são sempre mentirosos, feras selvagens, glutões preguiçosos”.

## Titum 1

[1]Paulus servus Dei, Apostolus autem Jesu Christi secundum fidem electorum Dei, et agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est

[2]in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur, Deus, ante tempora sæcularia:

[3]manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum Salvatoris nostri Dei:

[4]Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia, et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Salvatore nostro.

[5]Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt, corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi,

[6]si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.

[7]Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum:

[8]sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem,

[9]amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt, arguere.

[10]Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, et seductores: maxime qui de circumcisione sunt:

[11]quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

[12]Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

[13]Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide,

[13] Esta asserção reflete a verdade. Portanto, repreende-os severamente, para que se mantenham sãos na fé,

[14] e não dêem ouvidos a fábulas judaicas nem a preceitos de homens avessos à verdade.

[15] Para os puros todas as coisas são puras. Para os corruptos e descrentes nada é puro: até a sua mente e consciência são corrompidas.

[16] Proclamam que conhecem a Deus, mas na prática o renegam, detestáveis que são, rebeldes e incapazes de qualquer boa obra.

[14]non intendentes judaicis fabulis, et mandatis hominum, aversantium se a veritate.

[15]Omnia munda mundis: coinquinatis autem et infidelibus, nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum et mens et conscientia.

[16]Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cum sint abominati, et incredibiles, et ad omne opus bonum reprobi.

## Tito 2

[1] O teu ensinamento, porém, seja conforme à sã doutrina.

[2] Os mais velhos sejam sóbrios, graves, prudentes, fortes na fé, na caridade, na paciência.

[3] Assim também as mulheres de mais idade mostrem no seu exterior uma compostura santa, não sejam maldizentes nem intemperantes, mas mestras de bons conselhos.

[4] Que saibam ensinar as jovens a amarem seus maridos, a quererem bem seus filhos,

[5] a serem prudentes, castas, cuidadosas da casa, bondosas, submissas a seus maridos, para que a Palavra de Deus não seja desacreditada.

[6] Exorta igualmente os moços a serem morigerados,

[7] e mostra-te em tudo modelo de bom comportamento: pela integridade na doutrina, gravidade,

[8] linguagem sã e irrepreensível, para que o adversário seja confundido, não tendo a dizer de nós mal algum.

[9] Exorta os servos a que sejam submissos a seus senhores e atentos em agradar-lhes. Em lugar de reclamar deles

[10] e defraudá-los, procurem em tudo testemunhar-lhes incondicional fidelidade,

## Titum 2

[1]Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam:

[2]senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia:

[3]anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes:

[4]ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant,

[5]prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei.

[6]Juvenes similiter hortare ut sobrii sint.

[7]In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate,

[8]verbum sanum, irreprehensibile: ut is qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

[9]Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes,

[10]non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus.

[11]Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus,

[12]erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo,

para que por todos seja respeitada a doutrina de Deus, nosso Salvador.

11 Manifestou-se, com efeito, a graça de Deus, fonte de salvação para todos os homens.

12 Veio para nos ensinar a renunciar à impiedade e às paixões mundanas e a viver neste mundo com toda sobriedade, justiça e piedade,

13 na expectativa da nossa esperança feliz, a aparição gloriosa de nosso grande Deus e Salvador, Jesus Cristo,

14 que se entregou por nós, a fim de nos resgatar de toda a iniquidade, nos purificar e nos constituir seu povo de predileção, zeloso na prática do bem.

15 Eis o que deves ensinar, pregar e defender com toda a autoridade. E que ninguém te menospreze!

13exspectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi:

14qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

15Hæc loquere, et exhortare, et argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

## Tito 3

1 Admoesta-os a que sejam submissos aos magistrados e às autoridades, sejam obedientes, estejam prontos para qualquer obra boa,

2 não falem mal dos outros, sejam pacíficos, afáveis e saibam dar provas de toda mansidão para com todos os homens.

3 Porque também nós outrora éramos insensatos, rebeldes, transviados, escravos de paixões de toda espécie, vivendo na malícia e na inveja, detestáveis, odiando-nos uns aos outros.

4 Mas um dia apareceu a bondade de Deus, nosso Salvador, e o seu amor para com os homens.

5 E, não por causa de obras de justiça que tivéssemos praticado, mas unicamente em virtude de sua misericórdia, ele nos salvou mediante o batismo da regeneração e renovação, pelo Espírito Santo,

6 que nos foi concedido em profusão, por meio de Cristo, nosso Salvador,

7 para que a justificação obtida por sua graça nos torne, em esperança, herdeiros da vida eterna.

## Titum 3

1Admone illos principibus, et potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse:

2neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

3Eramus enim aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis, et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem.

4Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei,

5non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti,

6quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum:

7ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.

8Fidelis sermo est: et de his volo te confirmare: ut curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona, et utilia hominibus.

8 Certa é esta doutrina, e quero que a ensines com constância e firmeza, para que os que abraçaram a fé em Deus se esforcem por se aperfeiçoar na prática do bem. Isto é bom e útil aos homens.

9 Quanto a questões tolas, genealogias, contendas e disputas relativas à Lei, foge delas, porque são inúteis e vãs.

10 O homem que assim fomenta divisões, depois de advertido uma primeira e uma segunda vez, evita-o,

11 visto que esse tal é um perverso que, perseverando no seu pecado, se condena a si próprio.

12 Logo que eu te enviar Ártemas ou Tíquico, apressa-te a vir ter comigo em Nicópolis, onde decidi passar o inverno.

13 Prepara com cuidado a viagem do jurista Zenas e de Apolo, de maneira que nada lhes venha a faltar.

14 Urge também que os nossos aprendam a aplicar-se às boas obras para atender às necessidades mais prementes. Assim não ficarão infrutuosos.

15 Todos os que estão comigo te saúdam. Saúda todos aqueles que nos amam na fé. A graça esteja com todos vós!

9Stultas autem quæstiones, et genealogias, et contentiones, et pugnas legis devita: sunt enim inutiles, et vanæ.

10Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita:

11sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, et delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.

12Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hiemare.

13Zenam legisperitum et Apollo sollicite præmitte, ut nihil illis desit.

14Discant autem et nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios: ut non sint infructuosi.

15Salutant te qui mecum sunt omnes: saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

| Filemon | Philemonem |
|---|---|

## Filemon 1

[1] Paulo, prisioneiro de Jesus Cristo, e seu irmão Timóteo, a Filêmon, nosso muito amado colaborador,

[2] a Ápia, nossa irmã, a Arquipo, nosso companheiro de armas, e à igreja que se reúne em tua casa.

[3] A vós, graça e paz da parte de Deus, nosso Pai, e da parte do Senhor Jesus Cristo!

[4] Não cesso de dar graças a meu Deus e lembrar-me de ti nas minhas orações,

[5] ao receber notícia da tua caridade e da fé que tens no Senhor Jesus e para com todos os santos,

[6] para que esta tua fé, que compartilhas conosco, seja atuante e faça conhecer todo o bem que se realiza entre nós por causa de Cristo.

[7] Tua caridade me trouxe grande alegria e conforto, porque os corações dos santos encontraram alívio por teu intermédio, irmão.

[8] Por esse motivo, se bem que eu tenha plena autoridade em Cristo para prescrever-te o que é da tua obrigação,

[9] prefiro fazer apenas um apelo à tua caridade. Eu, Paulo, idoso como estou, e agora preso por Jesus Cristo,

[10] venho suplicar-te em favor deste filho meu, que gerei na prisão, Onésimo.

[11] Ele poderá ter sido de pouca serventia para ti, mas agora será muito útil tanto a ti como a mim.

[12] Torno a enviá-lo para junto de ti, e é como se fora o meu próprio coração.

[13] Quisera conservá-lo comigo, para que em teu nome ele continuasse a assistir-me nesta minha prisão pelo Evangelho.

[14] Mas, sem o teu consentimento, nada quis resolver, para que tenhas ocasião de praticar o bem (em meu favor), não por imposição, mas sim de livre vontade.

## Philemonem 1

[1]Paulus vinctus Christi Jesu, et Timotheus frater, Philemoni dilecto, et adjutori nostro,

[2]et Appiæ sorori carissimæ, et Archippo commilitoni nostro, et ecclesiæ, quæ in domo tua est.

[3]Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

[4]Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis,

[5]audiens caritatem tuam, et fidem, quam habes in Domino Jesu, et in omnes sanctos:

[6]ut communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu.

[7]Gaudium enim magnum habui, et consolationem in caritate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te, frater.

[8]Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod ad rem pertinet:

[9]propter caritatem magis obsecro, cum sis talis, ut Paulus senex, nunc autem et vinctus Jesu Christi:

[10]obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo,

[11]qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem et mihi et tibi utilis,

[12]quem remisi tibi. Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe:

[13]quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii:

[14]sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.

[15]Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, ut æternum illum reciperes:

[16]jam non ut servum, sed pro servo carissimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis tibi et in carne, et in Domino?

[15] Se ele se apartou de ti por algum tempo, foi sem dúvida para que o pudesses reaver para sempre.

[16] Agora, não já como escravo, mas bem mais do que escravo, como irmão caríssimo, meu e sobretudo teu, tanto por interesses temporais como no Senhor.

[17] Portanto, se me tens por amigo, recebe-o como a mim.

[18] Se ele te causou qualquer prejuízo ou está devendo alguma coisa, lança isso em minha conta.

[19] Eu, Paulo, escrevo de próprio punho: Eu pagarei. Para não te dizer que tu mesmo te deves inteiramente a mim!

[20] Sim, irmão, quisera eu receber de ti esta alegria no Senhor! Dá esta alegria ao meu coração, em Cristo!

[21] Eu te escrevi, certo de que me atenderás e sabendo que farás ainda mais do que estou pedindo.

[22] Ao mesmo tempo, prepara-me pousada, porque espero, pelas vossas orações, ser-vos restituído em breve.

[23] Enviam-te saudações Epafras, meu companheiro de prisão em Cristo Jesus,

[24] assim como Marcos, Aristarco, Demas e Lucas, meus colaboradores.

[25] A graça do Senhor Jesus Cristo esteja com o vosso espírito!

[17]Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me:

[18]si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.

[19]Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, ut non dicam tibi, quod et teipsum mihi debes:

[20]ita, frater. Ego te fruar in Domino: refice viscera mea in Domino.

[21]Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam et super id, quod dico, facies.

[22]Simul autem et para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis.

[23]Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu,

[24]Marcus, Aristarchus, Demas, et Lucas, adjutores mei.

[25]Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

## Hebreus 1

[1] Muitas vezes e de diversos modos outrora falou Deus aos nossos pais pelos profetas.

[2] Ultimamente nos falou por seu Filho, que constituiu herdeiro universal, pelo qual criou todas as coisas.

[3] Esplendor da glória (de Deus) e imagem do seu ser, sustenta o universo com o poder da sua palavra. Depois de ter realizado a purificação dos pecados, está sentado à direita da Majestade no mais alto dos céus,

[4] tão superior aos anjos quanto excede o deles o nome que herdou.

[5] Pois a quem dentre os anjos disse Deus alguma vez: Tu és meu Filho; eu hoje te gerei (Sl 2,7)? Ou, então: Eu serei para ele um pai e ele será para mim um Filho (2Sm 7,14)?

[6] E novamente, ao introduzir o seu Primogênito na terra, diz: Todos os anjos de Deus o adorem (Sl 96,7).

[7] Por outro lado, a respeito dos anjos, diz: Ele faz dos seus anjos sopros de vento e dos seus ministros chamas de fogo (Sl 103,4),

[8] ao passo que do Filho diz: O teu trono, ó Deus, subsiste para a eternidade. O cetro do teu Reino é cetro de justiça.

[9] Amaste a justiça e odiaste a iniquidade. Por isso, ó Deus, o teu Deus te ungiu com óleo de alegria, mais que aos teus companheiros (Sl 44,7s);

[10] e ainda: Tu, Senhor, no princípio dos tempos fundaste a terra, e os céus são obra de tuas mãos.

[11] Eles passarão, mas tu permaneces. Todos envelhecerão como uma veste;

[12] tu os envolvas como uma capa, e serão mudados. Tu, ao contrário, és sempre o mesmo e os teus anos não acabarão (Sl 103,26s).

[13] Pois a qual dos anjos disse alguma vez: Assenta-te à minha direita até que eu ponha

## Hebræos 1

[1]Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis:

[2]novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula:

[3]qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis:

[4]tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit.

[5]Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium?

[6]Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.

[7]Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis.

[8]Ad Filium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui.

[9]Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.

[10]Et: Tu in principio, Domine, terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt cæli.

[11]Ipsi peribunt, tu autem permanebis, et omnes ut vestimentum veterascent:

[12]et velut amictum mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

[13]Ad quem autem angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

os teus inimigos por escabelo dos teus pés (Sl 109,1)?

[14] Não são todos os anjos espíritos a serviço de Deus, que lhes confia missões para o bem daqueles que devem herdar a salvação?

[14]Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis?

## Hebreus 2

[1] Por isso, é necessário prestarmos a maior atenção à mensagem que temos recebido, para não acontecer que nos desviemos do caminho reto.

[2] A palavra anunciada por intermédio dos anjos era a tal ponto válida, que toda transgressão ou desobediência recebeu o justo castigo.

[3] Como, então, escaparemos nós se agora desprezarmos a mensagem da salvação, tão sublime, anunciada primeiramente pelo Senhor e depois confirmada pelos que a ouviram,

[4] comprovando-a o próprio Deus por sinais, prodígios, milagres e pelos dons do Espírito Santo, repartidos segundo a sua vontade?

[5] Não foi tampouco aos anjos que Deus submeteu o mundo vindouro, de que falamos.

[6] Alguém em certa passagem afirmou: Que é o homem para que dele te lembres, ou o filho do homem, para que o visites?

[7] Por pouco tempo o colocaste inferior aos anjos; de glória e de honra o coroaste,

[8] e sujeitaste a seus pés todas as coisas (Sl 8,5s). Ora, se lhe sujeitou todas as coisas, nada deixou que não lhe ficasse sujeito. Atualmente, é verdade, não vemos que tudo lhe esteja sujeito.

[9] Mas aquele que fora colocado por pouco tempo abaixo dos anjos, Jesus, nós o vemos, por sua Paixão e morte, coroado de glória e de honra. Assim, pela graça de Deus, a sua morte aproveita a todos os homens.

[10] Aquele para quem e por quem todas as coisas existem, desejando conduzir à glória numerosos filhos, deliberou elevar à perfeição, pelo sofrimento, o autor da salvação deles,

## Hebræos 2

[1]Propterea abundantius oportet observare nos ea quæ audivimus, ne forte pereffluamus.

[2]Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, et omnis prævaricatio, et inobedientia accepit justam mercedis retributionem:

[3]quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est,

[4]contestante Deo signis et portentis, et variis virtutibus, et Spiritus Sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

[5]Non enim angelis subjecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.

[6]Testatus est autem in quodam loco quis, dicens: Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum?

[7]Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum.

[8]Omnia subjecisti sub pedibus ejus. In eo enim quod omnia ei subjecit, nihil dimisit non subjectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subjecta ei.

[9]Eum autem, qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria et honore coronatum: ut, gratia Dei, pro omnibus gustaret mortem.

[10]Decebat enim eum, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.

[11] para que santificador e santificados formem um só todo. Por isso, (Jesus) não hesita em chamá-los seus irmãos,

[12] dizendo: Anunciarei teu nome a meus irmãos, no meio da assembleia cantarei os teus louvores (Sl 21,23).

[13] E outra vez: Quanto a mim, ponho nele a minha confiança (Is 8,17); e: Eis-me aqui, eu e os filhos que Deus me deu (Is 8,18).

[14] Porquanto os filhos participam da mesma natureza, da mesma carne e do sangue, também ele participou, a fim de destruir pela morte aquele que tinha o império da morte, isto é, o demônio,

[15] e libertar aqueles que, pelo medo da morte, estavam toda a vida sujeitos a uma verdadeira escravidão.

[16] Veio em socorro, não dos anjos, e sim da raça de Abraão;

[17] e por isso convinha que ele se tornasse em tudo semelhante aos seus irmãos, para ser um pontífice compassivo e fiel no serviço de Deus, capaz de expiar os pecados do povo.

[18] De fato, por ter ele mesmo suportado tribulações, está em condição de vir em auxílio dos que são atribulados.

[11]Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens:

[12]Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te.

[13]Et iterum: Ego ero fidens in eum. Et iterum: Ecce ego, et pueri mei, quos dedit mihi Deus.

[14]Quia ergo pueri communicaverunt carni, et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum:

[15]et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.

[16]Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.

[17]Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, et fidelis pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi.

[18]In eo enim, in quo passus est ipse et tentatus, potens est et eis, qui tentantur, auxiliari.

## Hebreus 3

[1] Portanto, irmãos santos, participantes da vocação que vos destina à herança do céu, considerai o mensageiro e pontífice da fé que professamos, Jesus.

[2] Ele é fiel àquele que o constituiu, como também Moisés o foi em toda a sua casa (Nm 12,7).

[3] Porém, é tido muito superior em glória a Moisés, tanto quanto o fundador de uma casa é mais digno do que a própria casa.

[4] Pois toda casa tem seu construtor, mas o construtor de todas as coisas é Deus.

[5] Moisés foi fiel em toda a sua casa, como servo e testemunha das palavras de Deus.

[6] Cristo, porém, o foi como Filho à frente de sua própria casa. E sua casa somos nós,

## Hebræos 3

[1]Unde, fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate Apostolum, et pontificem confessionis nostræ Jesum:

[2]qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut et Moyses in omni domo ejus.

[3]Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam.

[4]Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit, Deus est.

[5]Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus tamquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant:

[6]Christus vero tamquam filius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fiduciam, et

contanto que permaneçamos firmes, até o fim, professando intrepidamente a nossa fé e ufanos da esperança que nos pertence.

7 Por isso, como diz o Espírito Santo: Hoje, se ouvirdes a sua voz,

8 não endureçais os vossos corações, como por ocasião da revolta, como no dia da tentação no deserto,

9 quando vossos pais me puseram à prova e viram o meu poder por quarenta anos.

10 Eu me indignei contra aquela geração, porque andavam sempre extraviados em seu coração e não compreendiam absolutamente nada dos meus desígnios.

11 Por isso, em minha ira, jurei que não haveriam de entrar no lugar de descanso que lhes prometera (Sl 94,8-11)!

12 Tomai precaução, meus irmãos, para que ninguém de vós venha a perder interiormente a fé, a ponto de abandonar o Deus vivo.

13 Antes, animai-vos mutuamente cada dia durante todo o tempo compreendido na palavra hoje, para não acontecer que alguém se torne empedernido com a sedução do pecado.

14 Porque somos incorporados a Cristo, mas sob a condição de conservarmos firme até o fim nossa fé dos primeiros dias,

15 enquanto se nos diz: Hoje, se ouvirdes a sua voz, não endureçais os vossos corações, como aconteceu no tempo da Revolta.

16 E quais foram os que se revoltaram contra o Senhor depois de terem ouvido a sua voz? Não foram todos os que saíram do Egito, conduzidos por Moisés?

17 Contra quem esteve indignado o Senhor durante quarenta anos? Não foi contra os revoltosos, cujos corpos caíram no deserto?

18 E a quem jurou que não entrariam no seu descanso senão a estes rebeldes?

19 Portanto, estamos vendo: foi por causa da sua descrença que não puderam entrar.

## Hebreus 4

gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus.

7Quapropter sicut dicit Spiritus Sanctus: Hodie si vocem ejus audieritis,

8nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto,

9ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt, et viderunt opera mea

10quadraginta annis: propter quod infensus fui generationi huic, et dixi: Semper errant corde. Ipsi autem non cognoverunt vias meas,

11sicut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

12Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi a Deo vivo:

13sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

14Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ ejus usque ad finem firmum retineamus.

15Dum dicitur: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione.

16Quidam enim audientes exacerbaverunt: sed non universi qui profecti sunt ex Ægypto per Moysen.

17Quibus autem infensus est quadraginta annis? nonne illis qui peccaverunt, quorum cadavera prostrata sunt in deserto?

18Quibus autem juravit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt?

19Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

## Hebræos 4

[1] Enquanto, pois, subsiste a promessa de entrar no seu descanso, tenhamos cuidado em que ninguém de nós corra o risco de ser excluído.

[2] A Boa-Nova nos foi trazida a nós, como o foi a eles. Mas a eles de nada aproveitou, porque caíram na descrença.

[3] Nós, porém, se tivermos fé, haveremos de entrar no descanso. Ele disse: Eu jurei na minha ira: não entrarão no lugar do meu descanso. Ora, as obras de Deus estão concluídas desde a criação do mundo;

[4] pois, em certa passagem, falou do sétimo dia o seguinte: E, terminado o seu trabalho, descansou Deus no sétimo dia (Gn 2,2).

[5] Se, pois, ele repete: Não entrarão no lugar do meu descanso,

[6] é sinal de que outros são chamados a entrar nele. E como aqueles a quem primeiro foi anunciada a promessa não entraram por não ter tido a fé,

[7] Deus, após muitos anos, por meio de Davi, estabelece um novo dia, um hoje, ao pronunciar as palavras mencionadas: Hoje, se ouvirdes a sua voz, não endureçais os vossos corações.

[8] Se Josué lhes houvesse dado repouso, não teria depois disso falado dum outro dia.

[9] Por isso, resta um repouso sabático para o povo de Deus.

[10] E quem entrar nesse repouso descansará das suas obras, assim como descansou Deus das suas.

[11] Assim, apressemo-nos a entrar neste descanso para não cairmos por nossa vez na mesma incredulidade.

[12] Porque a Palavra de Deus é viva, eficaz, mais penetrante do que uma espada de dois gumes e atinge até a divisão da alma e do corpo, das juntas e medulas, e discerne os pensamentos e intenções do coração.

[13] Nenhuma criatura lhe é invisível. Tudo é nu e descoberto aos olhos daquele a quem havemos de prestar contas.

[14] Temos, portanto, um grande Sumo Sacerdote que penetrou nos céus, Jesus,

[1]Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introëundi in requiem ejus, existimetur aliquis ex vobis deesse.

[2]Etenim et nobis nuntiatum est, quemadmodum et illis: sed non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex iis quæ audierunt.

[3]Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus: quemadmodum dixit: Sicut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam: et quidem operibus ab institutione mundi perfectis.

[4]Dixit enim in quodam loco de die septima sic: Et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis.

[5]Et in isto rursum: Si introibunt in requiem meam.

[6]Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, et ii, quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem:

[7]iterum terminat diem quemdam, Hodie, in David dicendo, post tantum temporis, sicut supra dictum est: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.

[8]Nam si eis Jesus requiem præstitisset, numquam de alia loqueretur, posthac, die.

[9]Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.

[10]Qui enim ingressus est in requiem ejus, etiam ipse requievit ab operibus suis, sicut a suis Deus.

[11]Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

[12]Vivus est enim sermo Dei, et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus: compagum quoque ac medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis.

[13]Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo.

[14]Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit cælos, Jesum Filium Dei, teneamus confessionem.

Filho de Deus. Conservemos firme a nossa fé.

[15] Porque não temos nele um pontífice incapaz de compadecer-se das nossas fraquezas. Ao contrário, passou pelas mesmas provações que nós, com exceção do pecado.

[16] Aproximemo-nos, pois, confiadamente do trono da graça, a fim de alcançar misericórdia e achar a graça de um auxílio oportuno.

[15]Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

[16]Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

## Hebreus 5

[1] Em verdade, todo pontífice é escolhido entre os homens e constituído a favor dos homens como mediador nas coisas que dizem respeito a Deus, para oferecer dons e sacrifícios pelos pecados.

[2] Sabe compadecer-se dos que estão na ignorância e no erro, porque também ele está cercado de fraqueza.

[3] Por isso, ele deve oferecer sacrifícios tanto pelos próprios pecados quanto pelos pecados do povo.

[4] Ninguém se apropria desta honra, senão somente aquele que é chamado por Deus, como Aarão.

[5] Assim também Cristo não se atribuiu a si mesmo a glória de ser pontífice. Esta lhe foi dada por aquele que lhe disse: Tu és meu Filho, eu hoje te gerei (Sl 2,7),

[6] como também diz em outra passagem: Tu és sacerdote eternamente, segundo a ordem de Melquisedec (Sl 109,4).

[7] Nos dias de sua vida mortal, dirigiu preces e súplicas, entre clamores e lágrimas, àquele que o podia salvar da morte, e foi atendido pela sua piedade.

[8] Embora fosse Filho de Deus, aprendeu a obediência por meio dos sofrimentos que teve.

[9] E uma vez chegado ao seu termo, tornou-se autor da salvação eterna para todos os que lhe obedecem,

[10] porque Deus o proclamou sacerdote segundo a ordem de Melquisedec.

## Hebræos 5

[1]Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis:

[2]qui condolere possit iis qui ignorant et errant: quoniam et ipse circumdatus est infirmitate:

[3]et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis.

[4]Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron.

[5]Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

[19]et tubæ sonum, et vocem verborum, quam qui audierunt, excusaverunt se, ne eis fieret verbum.

[20]Non enim portabant quod dicebatur: Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur.

[21]Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum, et tremebundus.

[22]Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, et multorum millium angelorum frequentiam,

[23]et ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cælis, et judicem omnium Deum, et spiritus justorum perfectorum,

[24]et testamenti novi mediatorem Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel.

[25]Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis avertimus.

[26]Cujus vox movit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: Adhuc semel, et ego movebo non solum terram, sed et cælum.

[27]Quod autem, Adhuc semel, dicit: declarat mobilium translationem tamquam factorum, ut maneant ea quæ sunt immobilia.

[28]Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam serviamus placentes Deo, cum metu et reverentia.

[29]Etenim Deus noster ignis consumens est.

nosso culto com temor e respeito. Porque nosso Deus é um fogo devorador (Dt 4,24).

## Hebreus 13

[1] Conserve-se entre vós a caridade fraterna.

[2] Não vos esqueçais da hospitalidade, pela qual alguns, sem o saberem, hospedaram anjos.

[3] Lembrai-vos dos encarcerados, como se vós mesmos estivésseis presos com eles. E dos maltratados, como se habitásseis no mesmo corpo com eles.

[4] Vós todos considerai o matrimônio com respeito e conservai o leito conjugal imaculado, porque Deus julgará os impuros e os adúlteros.

[5] Vivei sem avareza. Contentai-vos com o que tendes, pois Deus mesmo disse: Não te deixarei nem desampararei (Dt 31,6).

[6] Por isso é que podemos dizer com confiança: O Senhor é meu socorro, e nada tenho que temer. Que me poderá fazer o homem (Sl 117,6)?

[7] Lembrai-vos de vossos guias que vos pregaram a Palavra de Deus. Considerai como souberam encerrar a carreira. E imitai-lhes a fé.

[8] Jesus Cristo é sempre o mesmo: ontem, hoje e por toda a eternidade.

[9] Não vos deixeis desviar pela diversidade de doutrinas estranhas. É muito melhor fortificar a alma pela graça do que por alimentos que nenhum proveito trazem aos que a eles se entregam.

[10] Temos um altar do qual não têm direito de comer os que se empregam no serviço do tabernáculo (mosaico).

[11] Porque, quando o sumo sacerdote levava ao santuário o sangue dos animais imolados para a expiação do pecado, os corpos desses animais eram inteiramente consumidos fora da entrada.

[12] Por esta razão, Jesus, querendo purificar o povo pelo seu próprio sangue, padeceu fora das portas.

## Hebræos 13

[1]Caritas fraternitatis maneat in vobis,

[2]et hospitalitatem nolite oblivisci: per hanc enim latuerunt quidam, angelis hospitio receptis.

[3]Mementote vinctorum, tamquam simul vincti: et laborantium, tamquam et ipsi in corpore morantes.

[4]Honorabile connubium in omnibus, et thorus immaculatus. Fornicatores enim, et adulteros judicabit Deus.

[5]Sint mores sine avaritia, contenti præsentibus: ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam:

[6]ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo.

[7]Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.

[8]Jesus Christus heri, et hodie: ipse et in sæcula.

[9]Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

[10]Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt.

[11]Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra.

[12]Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

[13]Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes.

[14]Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.

[15]Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus.

13 Saiamos, pois, a ele fora da entrada, levando a sua ignomínia.

14 Aliás, não temos aqui cidade permanente, mas vamos em busca da futura.

15 Por ele ofereçamos a Deus sem cessar sacrifícios de louvor, isto é, o fruto dos lábios que celebram o seu nome (Os 14,2).

16 Não negligencieis a beneficência e a liberalidade. Estes são sacrifícios que agradam a Deus!

17 Sede submissos e obedecei aos que vos guiam (pois eles velam por vossas almas e delas devem dar conta). Assim, eles o farão com alegria, e não a gemer, que isso vos seria funesto.

18 Orai por nós. Estamos persuadidos de ter a consciência em paz, pois estamos decididos a procurar o bem em tudo.

19 Com o maior encarecimento, porém, vos rogo que oreis, para que mais depressa eu vos seja restituído.

20 E o Deus da paz que, no sangue da eterna aliança, ressuscitou dos mortos o grande pastor das ovelhas, nosso Senhor Jesus,

21 queira dispor-vos ao bem e vos conceder que cumprais a sua vontade, realizando ele próprio em vós o que é agradável aos seus olhos, por Jesus Cristo, a quem seja dada a glória por toda a eternidade. Amém.

22 Rogo-vos, irmãos, que aceiteis de boa mente estas exortações, pois vos escrevi com brevidade.

23 Sabei que nosso irmão Timóteo foi posto em liberdade; se ele voltar a tempo, irei com ele ver-vos.

24 Saudai a todos os que vos guiam e a todos os santos. Os irmãos da Itália vos saúdam.

25 A graça esteja com todos vós. Amém.

16Beneficentiæ autem et communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.

17Obedite præpositis vestris, et subjacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes: hoc enim non expedit vobis.

18Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conversari.

19Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis.

20Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum,

21aptet vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per Jesum Christum: cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

22Rogo autem vos fratres, ut sufferatis verbum solatii. Etenim perpaucis scripsi vobis.

23Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos.

24Salutate omnes præpositos vestros, et omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres.

25Gratia cum omnibus vobis. Amen.

| Tiago | Jacobi |
|---|---|

## Tiago 1

[1] Tiago, servo de Deus e do Senhor Jesus Cristo, às doze tribos da dispersão, saudação!

[2] Considerai que é suma alegria, meus irmãos, quando passais por diversas provações,

[3] sabendo que a prova da vossa fé produz a paciência.

[4] Mas é preciso que a paciência efetue a sua obra, a fim de serdes perfeitos e íntegros, sem fraqueza alguma.

[5] Se alguém de vós necessita de sabedoria, peça-a a Deus – que a todos dá liberalmente, com simplicidade e sem recriminação – e lhe será dada.

[6] Mas peça-a com fé, sem nenhuma vacilação, porque o homem que vacila assemelha-se à onda do mar, levantada pelo vento e agitada de um lado para o outro.

[7] Não pense, portanto, tal homem que alcançará alguma coisa do Senhor,

[8] pois é um homem irresoluto, inconstante em todo o seu proceder.

[9] Mas que os irmãos humildes se gloriem de sua elevação;

[10] os ricos, pelo contrário, de sua humilhação, porque passarão como a flor dos campos.

[11] Desponta o sol com ardor, seca a erva, cai sua flor e perde a beleza do seu aspecto. Assim murcha também o rico em suas empresas.

[12] Feliz o homem que suporta a tentação. Porque, depois de sofrer a provação, receberá a coroa da vida que Deus prometeu aos que o amam.

[13] Ninguém, quando for tentado, diga: “É Deus quem me tenta”. Deus é inacessível ao mal e não tenta a ninguém.

[14] Cada um é tentado pela sua própria concupiscência, que o atrai e alicia.

## Jacobi 1

[1]Jacobus, Dei et Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem.

[2]Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis:

[3]scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur.

[4]Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes.

[5]Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat: et dabitur ei.

[6]Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur:

[7]non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino.

[8]Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.

[9]Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua:

[10]dives autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit;

[11]exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fœnum, et flos ejus decidit, et decor vultus ejus deperiit: ita et dives in itineribus suis marcescet.

[12]Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

[13]Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat.

[14]Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, et illectus.

[15]Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.

[16]Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi.

[15] A concupiscência, depois de conceber, dá à luz o pecado; e o pecado, uma vez consumado, gera a morte.

[16] Não vos iludais, pois, irmãos meus muito amados.

[17] Toda dádiva boa e todo dom perfeito vêm de cima: descem do Pai das luzes, no qual não há mudança, nem mesmo aparência de instabilidade.

[18] Por sua vontade é que nos gerou pela palavra da verdade, a fim de que sejamos como que as primícias das suas criaturas.

[19] Já o sabeis, meus diletíssimos irmãos: todo homem deve ser pronto para ouvir, porém tardo para falar e tardo para se irar;

[20] porque a ira do homem não cumpre a justiça de Deus.

[21] Rejeitai, pois, toda impureza e todo vestígio de malícia e recebei com mansidão a palavra em vós semeada, que pode salvar as vossas almas.

[22] Sede cumpridores da palavra e não apenas ouvintes; isto equivaleria a vos enganardes a vós mesmos.

[23] Aquele que escuta a palavra sem a realizar assemelha-se a alguém que contempla num espelho a fisionomia que a natureza lhe deu:

[24] contempla-se e, mal sai dali, esquece-se de como era.

[25] Mas aquele que procura meditar com atenção a Lei perfeita da liberdade e nela persevera – não como ouvinte que facilmente se esquece, mas como cumpridor fiel do preceito –, este será feliz no seu proceder.

[26] Se alguém pensa ser piedoso, mas não refreia a sua língua e engana o seu coração, então é vã a sua religião.

[27] A religião pura e sem mácula aos olhos de Deus e nosso Pai é esta: visitar os órfãos e as viúvas nas suas aflições, e conservar-se puro da corrupção deste mundo.

## Tiago 2

[17]Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

[18]Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus.

[19]Scitis, fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram.

[20]Ira enim viri justitiam Dei non operatur.

[21]Propter quod abjicientes omnem immunditiam, et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.

[22]Estote autem factores verbi, et non auditores tantum: fallentes vosmetipsos.

[23]Quia si quis auditor est verbi, et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo:

[24]consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit.

[25]Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit.

[26]Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.

[27]Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem, hæc est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

## Jacobi 2

[1] Meus irmãos, na vossa fé em nosso glorioso Senhor Jesus Cristo, guardai-vos de toda consideração de pessoas.

[2] Suponde que entre na vossa reunião um homem com anel de ouro e ricos trajes, e entre também um pobre com trajes gastos;

[3] se atenderdes ao que está magnificamente trajado, e lhe disserdes: "Senta-te aqui, neste lugar de honra", e disserdes ao pobre: "Fica ali de pé", ou: "Senta-te aqui junto ao estrado dos meus pés",

[4] não é verdade que fazeis distinção entre vós, e que sois juízes de pensamentos iníquos?

[5] Ouvi, meus caríssimos irmãos: porventura não escolheu Deus os pobres deste mundo para que fossem ricos na fé e herdeiros do Reino prometido por Deus aos que o amam?

[6] Mas vós desprezastes o pobre! Não são porventura os ricos os que vos oprimem e vos arrastam aos tribunais?

[7] Não blasfemam eles o belo nome que trazeis?

[8] Se cumprirdes a Lei régia da Escritura: Amarás o teu próximo como a ti mesmo (Lv 19,18), sem dúvida fazeis bem.

[9] Mas se vos deixais levar por distinção de pessoas, cometeis uma falta e sereis condenados pela Lei como transgressores.

[10] Pois quem guardar os preceitos da Lei, mas faltar em um só ponto, se tornará culpado de toda ela.

[11] Porque aquele que disse: Não cometerás adultério, disse também: Não matarás (Ex 20,13s). Se, pois, matares, embora não tenhas cometido adultério, tornas-te transgressor da Lei.

[12] Falai, pois, de tal modo e de tal modo procedei, como se estivésseis para ser julgados pela Lei da liberdade.

[13] Haverá juízo sem misericórdia para aquele que não usou de misericórdia. A misericórdia triunfa sobre o julgamento.

[14] De que aproveitará, irmãos, a alguém dizer que tem fé, se não tiver obras? Acaso essa fé poderá salvá-lo?

[1]Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ.

[2]Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu,

[3]et intendatis in eum qui indutus est veste præclara, et dixeritis ei: Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: Tu sta illic; aut sede sub scabello pedum meorum:

[4]nonne judicatis apud vosmetipsos, et facti estis judices cogitationum iniquarum?

[5]Audite, fratres mei dilectissimi: nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se?

[6]vos autem exhonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad judicia?

[7]nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod invocatum est super vos?

[8]Si tamen legem perficitis regalem secundum Scripturas: Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis:

[9]si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores.

[10]Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.

[11]Qui enim dixit: Non mœchaberis, dixit et: Non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

[12]Sic loquimini, et sic facite sicut per legem libertatis incipientes judicari.

[13]Judicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia judicium.

[14]Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides salvare eum?

[15]Si autem frater et soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano,

[15] Se a um irmão ou a uma irmã faltarem roupas e o alimento cotidiano,

[16] e algum de vós lhes disser: "Ide em paz, aquecei-vos e fartai-vos", mas não lhes der o necessário para o corpo, de que lhes aproveitará?

[17] Assim também a fé: se não tiver obras, é morta em si mesma.

[18] Mas alguém dirá: "Tu tens fé, e eu tenho obras". Mostra-me a tua fé sem obras e eu te mostrarei a minha fé pelas minhas obras.

[19] Crês que há um só Deus. Fazes bem. Também os demônios creem e tremem.

[20] Queres ver, ó homem vão, como a fé sem obras é estéril?

[21] Abraão, nosso pai, não foi justificado pelas obras, oferecendo o seu filho Isaac sobre o altar?

[22] Vês como a fé cooperava com as suas obras e era completada por elas.

[23] Assim se cumpriu a Escritura, que diz: Abraão creu em Deus e isto lhe foi tido em conta de justiça, e foi chamado amigo de Deus (Gn 15,6).

[24] Vedes como o homem é justificado pelas obras e não somente pela fé?

[25] Do mesmo modo Raab, a meretriz, não foi ela justificada pelas obras, por ter recebido os mensageiros e os ter feito sair por outro caminho?

[26] Assim como o corpo sem a alma é morto, assim também a fé sem obras é morta.

[16]dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini et saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?

[17]Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

[18]Sed dicet quis: Tu fidem habes, et ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus: et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

[19]Tu credis quoniam unus est Deus: bene facis: et dæmones credunt, et contremiscunt.

[20]Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est?

[21]Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?

[22]Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: et ex operibus fides consummata est?

[23]Et suppleta est Scriptura, dicens: Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam, et amicus Dei appellatus est.

[24]Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum?

[25]Similiter et Rahab meretrix, nonne ex operibus justificata est, suscipiens nuntios, et alia via ejiciens?

[26]Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.

## Tiago 3

[1] Meus irmãos, não haja muitos entre vós a se arvorar em mestres; sabeis que seremos julgados mais severamente,

[2] porque todos nós caímos em muitos pontos. Se alguém não cair por palavra, este é um homem perfeito, capaz de refrear todo o seu corpo.

[3] Quando pomos o freio na boca dos cavalos, para que nos obedeçam, governamos também todo o seu corpo.

## Jacobi 3

[1]Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis.

[2]In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir: potest etiam freno circumducere totum corpus.

[3]Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus.

[4]Ecce et naves, cum magnæ sint, et a ventis validis minentur, circumferuntur a modico

[4] Vede também os navios: por grandes que sejam e embora agitados por ventos impetuosos, são governados com um pequeno leme à vontade do piloto.

[5] Assim também a língua é um pequeno membro, mas pode gloriar-se de grandes coisas. Considerai como uma pequena chama pode incendiar uma grande floresta!

[6] Também a língua é um fogo, um mundo de iniquidade. A língua está entre os nossos membros e contamina todo o corpo; e sendo inflamada pelo inferno, incendeia o curso da nossa vida.

[7] Todas as espécies de feras selvagens, de aves, de répteis e de peixes do mar se domam e têm sido domadas pela espécie humana.

[8] A língua, porém, nenhum homem a pode domar. É um mal irrequieto, cheia de veneno mortífero.

[9] Com ela bendizemos o Senhor, nosso Pai, e com ela amaldiçoamos os homens, feitos à semelhança de Deus.

[10] De uma mesma boca procedem a bênção e a maldição. Não convém, meus irmãos, que seja assim.

[11] Porventura lança uma fonte por uma mesma bica água doce e água amargosa?

[12] Acaso, meus irmãos, pode a figueira dar azeitonas ou a videira dar figos? Do mesmo modo a fonte de água salobra não pode dar água doce.

[13] Quem dentre vós é sábio e inteligente? Mostre com um bom proceder as suas obras repassadas de doçura e de sabedoria.

[14] Mas, se tendes no coração um ciúme amargo e gosto pelas contendas, não vos glorieis, nem mintais contra a verdade.

[15] Esta não é a sabedoria que vem do alto, mas é uma sabedoria terrena, humana, diabólica.

[16] Onde houver ciúme e contenda, ali há também perturbação e toda espécie de vícios.

[17] A sabedoria, porém, que vem de cima, é primeiramente pura, depois pacífica,

gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit.

[5]Ita et lingua modicum quidem membrum est, et magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit!

[6]Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostræ inflammata a gehenna.

[7]Omnis enim natura bestiarum, et volucrum, et serpentium, et ceterorum domantur, et domita sunt a natura humana:

[8]linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero.

[9]In ipsa benedicimus Deum et Patrem: et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

[10]Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.

[11]Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam?

[12]Numquid potest, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam.

[13]Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.

[14]Quod si zelum amarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem:

[15]non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica.

[16]Ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum.

[17]Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis, non judicans, sine simulatione.

condescendente, conciliadora, cheia de misericórdia e de bons frutos, sem parcialidade, nem fingimento.

18 O fruto da justiça semeia-se na paz para aqueles que praticam a paz.

## Tiago 4

1 Donde vêm as lutas e as contendas entre vós? Não vêm elas de vossas paixões, que combatem em vossos membros?

2 Cobiçais, e não recebeis; sois invejosos e ciumentos, e não conseguis o que desejais; litigais e fazeis guerra. Não obtendes, porque não pedis.

3 Pedis e não recebeis, porque pedis mal, com o fim de satisfazerdes as vossas paixões.

4 Adúlteros, não sabeis que o amor do mundo é abominado por Deus? Todo aquele que quer ser amigo do mundo constitui-se inimigo de Deus.

5 Ou imaginais que em vão diz a Escritura: Sois amados até o ciúme pelo espírito que habita em vós?

6 Deus, porém, dá uma graça ainda mais abundante. Por isso, ele diz: Deus resiste aos soberbos, mas dá sua graça aos humildes (Pr 3,34).

7 Sede submissos a Deus. Resisti ao demônio, e ele fugirá para longe de vós.

8 Aproximai-vos de Deus, e ele se aproximará de vós. Lavai as mãos, pecadores, e purificai os vossos corações, ó homens de dupla atitude.

9 Reconhecei a vossa miséria, afligi-vos e chorai. Converta-se o vosso riso em pranto e a vossa alegria em tristeza.

10 Humilhai-vos na presença do Senhor, e ele vos exaltará.

11 Meus irmãos, não faleis mal uns dos outros. Quem fala mal de seu irmão, ou o julga, fala mal da Lei e julga a Lei. E se julgas a Lei, já não és observador da Lei, mas seu juiz.

18Fructus autem justitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.

## Jacobi 4

1Unde bella et lites in vobis? nonne hinc: ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris?

2concupiscitis, et non habetis: occiditis, et zelatis: et non potestis adipisci: litigatis, et belligeratis, et non habetis, propter quod non postulatis.

3Petitis, et non accipitis: eo quod male petatis: ut in concupiscentiis vestris insumatis.

4Adulteri, nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Dei? quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur.

5An putatis quia inaniter Scriptura dicat: Ad invidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis?

6majorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

7Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, et fugiet a vobis.

8Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: et purificate corda, duplices animo.

9Miseri estote, et lugete, et plorate: risus vester in luctum convertatur, et gaudium in mœrorem.

10Humiliamini in conspectu Domini, et exaltabit vos.

11Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, et judicat legem. Si autem judicas legem, non es factor legis, sed judex.

12Unus est legislator et judex, qui potest perdere et liberare.

13Tu autem quis es, qui judicas proximum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut crastino

[12] Não há mais que um legislador e um juiz: aquele que pode salvar e perder. Mas quem és tu, que julgas o teu próximo?

[13] Agora dizeis: “Hoje ou amanhã iremos à tal cidade, ficaremos ali um ano, comerciaremos e tiraremos o nosso lucro”.

[14] E, entretanto, não sabeis o que acontecerá amanhã! Pois que é a vossa vida? Sois um vapor que aparece por um instante e depois se desvanece.

[15] Em vez de dizerdes: “Se Deus quiser, viveremos e faremos esta ou aquela coisa”.

[16] Mas agora vós vos jactais das vossas presunções. Toda jactância desse gênero é viciosa.

[17] Aquele que souber fazer o bem, e não o faz, peca.

ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrum faciemus:

[14]qui ignoratis quid erit in crastino.

[15]Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur; pro eo ut dicatis: Si Dominus voluerit. Et: Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud.

[16]Nunc autem exsultatis in superbiis vestris. Omnis exsultatio talis, maligna est.

[17]Scienti igitur bonum facere, et non facienti, peccatum est illi.

## Tiago 5

[1] Vós, ricos, chorai e gemei por causa das desgraças que sobre vós virão.

[2] Vossas riquezas apodreceram e vossas roupas foram comidas pela traça.

[3] Vosso ouro e vossa prata enferrujaram-se e a sua ferrugem dará testemunho contra vós e devorará vossas carnes como fogo. Entesourastes nos últimos dias!

[4] Eis que o salário, que defraudastes aos trabalhadores que ceifavam os vossos campos, clama, e seus gritos de ceifadores chegaram aos ouvidos do Senhor dos exércitos.

[5] Tendes vivido em delícias e em dissoluções sobre a terra, e saciastes os vossos corações para o dia da matança!

[6] Condenastes e matastes o justo, e ele não vos resistiu.

[7] Tende, pois, paciência, meus irmãos, até a vinda do Senhor. Vede o lavrador: ele aguarda o precioso fruto da terra e tem paciência até receber a chuva do outono e a da primavera.

[8] Tende também vós paciência e fortalecei os vossos corações, porque a vinda do Senhor está próxima.

## Jacobi 5

[1]Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quæ advenient vobis.

[2]Divitiæ vestræ putrefactæ sunt, et vestimenta vestra a tineis comesta sunt.

[3]Aurum et argentum vestrum æruginavit: et ærugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus.

[4]Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat: et clamor eorum in aures Domini sabbaoth introivit.

[5]Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis.

[6]Addixistis, et occidistis justum, et non restitit vobis.

[7]Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum.

[8]Patientes igitur estote et vos, et confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit.

[9] Não vos queixeis uns dos outros, para que não sejais julgados. Eis que o juiz está à porta.

[10] Tomai, irmãos, por modelo de paciência e de coragem os profetas, que falaram em nome do Senhor.

[11] Vós sabeis que felicitamos os que suportam os sofrimentos de Jó. Vós conheceis o fim em que o Senhor o colocou, porque o Senhor é misericordioso e compassivo.

[12] Antes de mais nada, meus irmãos, abstende-vos de jurar. Não jureis nem pelo céu nem pela terra, nem empregueis qualquer outra fórmula de juramento. Que vosso sim, seja sim; que vosso não, seja não. Assim não caireis no golpe do julgamento.

[13] Alguém entre vós está triste? Reze! Está alegre? Cante.

[14] Está alguém enfermo? Chame os sacerdotes da Igreja, e estes façam oração sobre ele, ungindo-o com óleo em nome do Senhor.

[15] A oração da fé salvará o enfermo e o Senhor o restabelecerá. Se ele cometeu pecados, lhe serão perdoados.

[16] Confessai os vossos pecados uns aos outros, e orai uns pelos outros para serdes curados. A oração do justo tem grande eficácia.

[17] Elias era um homem pobre como nós e orou com fervor para que não chovesse sobre a terra, e por três anos e seis meses não choveu.

[18] Orou de novo, e o céu deu chuva, e a terra deu o seu fruto.

[19] Meus irmãos, se alguém fizer voltar ao bom caminho algum de vós que se afastou para longe da verdade,

[20] saiba: aquele que fizer um pecador retroceder do seu erro, salvará sua alma da morte e fará desaparecer uma multidão de pecados.

[9]Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum, ut non judicemini. Ecce judex ante januam assistit.

[10]Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, et patientiæ, prophetas qui locuti sunt in nomine Domini.

[11]Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, et miserator.

[12]Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: ut non sub judicio decidatis.

[13]Tristatur aliquis vestrum? oret. Æquo animo est? psallat.

[14]Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini:

[15]et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei.

[16]Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem ut salvemini: multum enim valet deprecatio justi assidua.

[17]Elias homo erat similis nobis passibilis: et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres, et menses sex.

[18]Et rursum oravit: et cælum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum.

[19]Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis eum:

[20]scire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum.

| 1 São Pedro | Petri I |
|---|---|

## 1 São Pedro 1

[1] Pedro, apóstolo de Jesus Cristo, aos eleitos que são estrangeiros e estão espalhados no Ponto, Galácia, Capadócia, Ásia e Bitínia

[2] – eleitos segundo a presciência de Deus Pai, e santificados pelo Espírito, para obedecer a Jesus Cristo e receber a sua parte da aspersão do seu sangue. A graça e a paz vos sejam dadas em abundância.

[3] Bendito seja Deus, o Pai de nosso Senhor Jesus Cristo! Na sua grande misericórdia ele nos fez renascer pela Ressurreição de Jesus Cristo dentre os mortos, para uma viva esperança,

[4] para uma herança incorruptível, incontaminável e imarcescível, reservada para vós nos céus;

[5] para vós que sois guardados pelo poder de Deus, por causa da vossa fé, para a salvação que está pronta para se manifestar nos últimos tempos.

[6] É isso o que constitui a vossa alegria, apesar das aflições passageiras a vos serem causadas ainda por diversas provações,

[7] para que a prova a que é submetida a vossa fé (mais preciosa que o ouro perecível, o qual, entretanto, não deixamos de provar ao fogo) redunde para vosso louvor, para vossa honra e para vossa glória, quando Jesus Cristo se manifestar.

[8] Esse Jesus vós o amais, sem o terdes visto; credes nele, sem o verdes ainda, e isso é para vós a fonte de uma alegria inefável e gloriosa,

[9] porque vós estais certos de obter, como preço de vossa fé, a salvação de vossas almas.

[10] Esta salvação tem sido o objeto das investigações e das meditações dos profetas que proferiram oráculos sobre a graça que vos era destinada.

[11] Eles investigaram a época e as circunstâncias indicadas pelo Espírito de

## Petri I 1

[1]Petrus Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, et Bithyniæ,

[2]secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, et aspersionem sanguinis Jesu Christi. Gratia vobis, et pax multiplicetur.

[3]Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis,

[4]in hæreditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in cælis in vobis,

[5]qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

[6]In quo exsultabis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus:

[7]ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, et gloriam, et honorem in revelatione Jesu Christi:

[8]quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exsultabitis lætitia inenarrabili, et glorificata:

[9]reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

[10]De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt:

[11]scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, et posteriores glorias:

[12]quibus revelatum est quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui evangelizaverunt vobis, Spiritu Sancto

Cristo, que neles estava e que profetizava os sofrimentos do mesmo Cristo e as glórias que os deviam seguir.

12 Foi-lhes revelado que propunham não para si mesmos, senão para vós, essas revelações que agora vos têm sido anunciadas por aqueles que vos pregaram o Evangelho da parte do Espírito Santo enviado do céu. Revelações essas que os próprios anjos desejam contemplar.

13 Cingi, portanto, os rins do vosso espírito, sede sóbrios e colocai toda vossa esperança na graça que vos será dada no dia em que Jesus Cristo aparecer.

14 À maneira de filhos obedientes, já não vos amoldeis aos desejos que tínheis antes, no tempo da vossa ignorância.

15 A exemplo da santidade daquele que vos chamou, sede também vós santos em todas as vossas ações, pois está escrito:

16 Sede santos, porque eu sou santo (Lv 11,44).

17 Se invocais como Pai aquele que, sem distinção de pessoas, julga cada um segundo as suas obras, vivei com temor durante o tempo da vossa peregrinação.

18 Porque vós sabeis que não é por bens perecíveis, como a prata e o ouro, que tendes sido resgatados da vossa vã maneira de viver, recebida por tradição de vossos pais, mas pelo precioso sangue de Cristo,

19 o Cordeiro imaculado e sem defeito algum, aquele que foi predestinado antes da criação do mundo

20 e que nos últimos tempos foi manifestado por amor de vós.

21 Por ele tendes fé em Deus, que o ressuscitou dos mortos e glorificou, a fim de que vossa fé e vossa esperança se fixem em Deus.

22 Em obediência à verdade, tendes purificado as vossas almas para praticardes um amor fraterno sincero. Amai-vos, pois, uns aos outros, ardentemente e do fundo do coração.

misso de cælo, in quem desiderant angeli prospicere.

13Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi:

14quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis:

15sed secundum eum qui vocavit vos, Sanctum: et ipsi in omni conversatione sancti sitis:

16quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.

17Et si patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum judicat secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini.

18Scientes quod non corruptibilibus, auro vel argento, redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis:

19sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati:

20præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter vos,

21qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, et dedit ei gloriam, ut fides vestra et spes esset in Deo:

22animas vestras castificantes in obedientia caritatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius:

23renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi, et permanentis in æternum:

24quia omnis caro ut fœnum: et omnis gloria ejus tamquam flos fœni: exaruit fœnum, et flos ejus decidit.

25Verbum autem Domini manet in æternum: hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vos.

[23] Pois fostes regenerados não de uma semente corruptível, mas pela Palavra de Deus, semente incorruptível, viva e eterna.

[24] Porque toda carne é como a erva, e toda a sua glória como a flor da erva. Seca-se a erva e cai a flor, mas a palavra do Senhor permanece eternamente (Is 40,6s). Ora, essa palavra é a que vos foi anunciada pelo Evangelho.

## 1 São Pedro 2

[1] Deponde, pois, toda malícia, toda astúcia, fingimentos, invejas e toda espécie de maledicência.

[2] Como crianças recém-nascidas, desejai com ardor o leite espiritual que vos fará crescer para a salvação,

[3] se é que tendes saboreado quão suave é o Senhor (Sl 33,9).

[4] Achegai-vos a ele, pedra viva que os homens rejeitaram, mas escolhida e preciosa aos olhos de Deus;

[5] e quais outras pedras vivas, vós também vos tornais os materiais deste edifício espiritual, um sacerdócio santo, para oferecer vítimas espirituais, agradáveis a Deus, por Jesus Cristo.

[6] Por isso lê-se na Escritura: Eis que ponho em Sião uma pedra angular, escolhida, preciosa: quem nela puser sua confiança não será confundido (Is 28,16).

[7] Para vós, portanto, que tendes crido, cabe a honra. Mas, para os incrédulos, a pedra que os edificadores rejeitaram tornou-se a pedra angular, uma pedra de tropeço, uma pedra de escândalo (Sl 117,22; Is 8,14).

[8] Nela tropeçam porque não obedecem à palavra; e realmente era tal o seu destino.

[9] Vós, porém, sois uma raça escolhida, um sacerdócio régio, uma nação santa, um povo adquirido para Deus, a fim de que publiqueis as virtudes daquele que das trevas vos chamou à sua luz maravilhosa.

[10] Vós que outrora não éreis seu povo, mas agora sois povo de Deus; vós que outrora

## Petri I 2

[1]Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones,

[2]sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite: ut in eo crescatis in salutem:

[3]si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus.

[4]Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum, et honorificatum:

[5]et ipsi tamquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum.

[6]Propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum: et qui crediderit in eum, non confundetur.

[7]Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt ædificantes: hic factus est in caput anguli,

[8]et lapis offensionis, et petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo et positi sunt.

[9]Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.

[10]Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti

não tínheis alcançado misericórdia (Os 2,25), mas agora alcançastes misericórdia.

11 Caríssimos, rogo-vos que, como estrangeiros e peregrinos, vos abstenhais dos desejos da carne, que combatem contra a alma.

12 Comportai-vos nobremente entre os pagãos. Assim, naquilo em que vos caluniam como malfeitores, chegarão, considerando vossas boas obras, a glorificar a Deus no dia em que ele os visitar.

13 Por amor do Senhor, sede submissos, pois, a toda autoridade humana,

14 quer ao rei como a soberano, quer aos governadores como enviados por ele para castigo dos malfeitores e para favorecer as pessoas honestas.

15 Porque esta é a vontade de Deus que, praticando o bem, façais emudecer a ignorância dos insensatos.

16 Comportai-vos como homens livres, e não à maneira dos que tomam a liberdade como véu para encobrir a malícia, mas vivendo como servos de Deus.

17 Sede educados para com todos, amai os irmãos, temei a Deus, respeitai o rei.

18 Servos, sede obedientes aos senhores com todo o respeito, não só aos bons e moderados, mas também aos de caráter difícil.

19 Com efeito, é coisa agradável a Deus sofrer contrariedades e padecer injustamente, por motivo de consciência para com Deus.

20 Que mérito teria alguém se suportasse pacientemente os açoites por ter praticado o mal? Ao contrário, se é por ter feito o bem que sois maltratados, e se o suportardes pacientemente, isso é coisa agradável aos olhos de Deus.

21 Ora, é para isso que fostes chamados. Também Cristo padeceu por vós, deixando-vos exemplo para que sigais os seus passos.

22 Ele não cometeu pecado, nem se achou falsidade em sua boca (Is 53,9).

misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

11Carissimi, obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam,

12conversationem vestram inter gentes habentes bonam: ut in eo quod detrectant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

13Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: sive regi quasi præcellenti:

14sive ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum:

15quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam:

16quasi liberi, et non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut servi Dei.

17Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: regem honorificate.

18Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis.

19Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens injuste.

20Quæ enim est gloria, si peccantes, et colaphizati suffertis? sed si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.

21In hoc enim vocati estis: quia et Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus:

22qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus:

23qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem judicanti se injuste:

24qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum; ut peccatis mortui, justitiæ vivamus: cujus livore sanati estis.

[23] Ele, ultrajado, não retribuía com idêntico ultraje; ele, maltratado, não proferia ameaças, mas entregava-se àquele que julga com justiça.

[24] Carregou os nossos pecados em seu corpo sobre o madeiro para que, mortos aos nossos pecados, vivamos para a justiça. Por fim, por suas chagas fomos curados (Is 53,5).

[25] Porque éreis como ovelhas desgarradas, mas agora retornastes ao Pastor e guarda das vossas almas.

[25]Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem, et episcopum animarum vestrarum.

## 1 São Pedro 3

[1] Vós, também, ó mulheres, sede submissas aos vossos maridos. Se alguns não obedecem à palavra, serão conquistados, mesmo sem a palavra da pregação, pelo simples procedimento de suas mulheres,

[2] ao observarem vossa vida casta e reservada.

[3] Não seja o vosso adorno o que aparece externamente: cabelos trançados, ornamentos de ouro, vestidos elegantes;

[4] mas tende aquele ornato interior e oculto do coração, a pureza incorruptível de um espírito suave e pacífico, o que é tão precioso aos olhos de Deus.

[5] Era assim que outrora se ornavam as santas mulheres que esperavam em Deus; eram submissas a seus maridos,

[6] como Sara que obedecia a Abraão, chamando-o de senhor. Dela vos tornais filhas pela prática do bem sem temor de perturbação alguma.

[7] Do mesmo modo vós, ó maridos, comportai-vos sabiamente no vosso convívio com as vossas mulheres, pois são de um sexo mais fraco. Porquanto elas são herdeiras, com o mesmo direito que vós outros, da graça que dá a vida. Tratai-as com todo o respeito, para que nada se oponha às vossas orações.

[8] Finalmente, tende todos um só coração e uma só alma, sentimentos de amor fraterno, de misericórdia, de humildade.

## Petri I 3

[1]Similiter et mulieres subditæ sint viris suis: ut etsi qui non credunt verbo, per mulierem conversationem sine verbo lucrifiant:

[2]considerantes in timore castam conversationem vestram.

[3]Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus:

[4]sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, et modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.

[5]Sic enim aliquando et sanctæ mulieres, sperantes in Deo, ornabant se, subjectæ propriis viris.

[6]Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cujus estis filiæ benefacientes, et non pertimentes ullam perturbationem.

[7]Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tamquam et cohæredibus gratiæ vitæ: ut non impediantur orationes vestræ.

[8]In fine autem omnes unanimes, compatientes fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles:

[9]non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis.

[9] Não pagueis mal com mal, nem injúria com injúria. Ao contrário, abençoai, pois para isso fostes chamados, para que sejais herdeiros da bênção.

[10] Com efeito, quem quiser amar a vida e ver dias felizes, refreie sua língua do mal e seus lábios de palavras enganadoras;

[11] aparte-se do mal e faça o bem, busque a paz e siga-a.

[12] Porque os olhos do Senhor estão sobre os justos e seus ouvidos, atentos a seus rogos; mas a força do Senhor está contra os que fazem o mal (Sl 33,13-17).

[13] Se fordes zelosos do bem, quem vos poderá fazer mal?

[14] E até sereis felizes, se padecerdes alguma coisa por causa da justiça!

[15] Portanto, não temais as suas ameaças e não vos turbeis. Antes, santificai em vossos corações Cristo, o Senhor. Estai sempre prontos a responder para vossa defesa a todo aquele que vos pedir a razão de vossa esperança, mas fazei-o com suavidade e respeito.

[16] Tende uma consciência reta a fim de que, mesmo naquilo em que dizem mal de vós, sejam confundidos os que desacreditam o vosso santo procedimento em Cristo.

[17] Aliás, é melhor padecer, se Deus assim o quiser, por fazer o bem do que por fazer o mal.

[18] Pois também Cristo morreu uma vez pelos nossos pecados – o Justo pelos injustos – para nos conduzir a Deus. Padeceu a morte em sua carne, mas foi vivificado quanto ao espírito.

[19] É nesse mesmo espírito que ele foi pregar aos espíritos que eram detidos no cárcere, àqueles que outrora, nos dias de Noé, tinham sido rebeldes,

[20] quando Deus aguardava com paciência, enquanto se edificava a arca, na qual poucas pessoas, isto é, apenas oito se salvaram por meio da água.

[21] Essa água prefigurava o batismo de agora, que vos salva também a vós, não pela

[10]Qui enim vult vitam diligere, et dies videre bonos, coërceat linguam suam a malo, et labia ejus ne loquantur dolum.

[11]Declinet a malo, et faciat bonum: inquirat pacem, et sequatur eam:

[12]quia oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala.

[15]et reges terræ, et principes, et tribuni, et divites, et fortes, et omnis servus, et liber absconderunt se in speluncis, et in petris montium:

[16]et dicunt montibus, et petris: Cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira Agni:

[17]quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: et quis poterit stare?

## Apocalipse 7

[1] Depois disso, vi quatro Anjos que se conservavam em pé nos quatro cantos da terra, detendo os quatro ventos da terra, para que nenhum vento soprasse sobre a terra, sobre o mar ou sobre árvore alguma.

[2] Vi ainda outro anjo subir do Oriente; trazia o selo de Deus vivo, e pôs-se a clamar com voz retumbante aos quatro Anjos, aos quais fora dado danificar a terra e o mar, dizendo:

[3] “Não danifiqueis a terra, nem o mar, nem as árvores, até que tenhamos assinalado os servos de nosso Deus em suas frontes”.

[4] Ouvi então o número dos assinalados: cento e quarenta e quatro mil assinalados, de toda tribo dos filhos de Israel;

[5] da tribo de Judá, doze mil assinalados; da tribo de Rúben, doze mil; da tribo de Gad, doze mil;

## Apocalypsis 7

[1]Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem.

[2]Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi: et clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ et mari,

[3]dicens: Nolite nocere terræ, et mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

[4]Et audivi numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israël.

[5]Ex tribu Juda duodecim millia signati: ex tribu Ruben duodecim millia signati: ex tribu Gad duodecim millia signati:

[6] da tribo de Aser, doze mil; da tribo de Neftali, doze mil; da tribo de Manassés, doze mil;

[7] da tribo de Simeão, doze mil; da tribo de Levi, doze mil; da tribo de Issacar, doze mil;

[8] da tribo de Zabulon, doze mil; da tribo de José, doze mil; da tribo de Benjamim, doze mil assinalados.

[9] Depois disso, vi uma grande multidão que ninguém podia contar, de toda nação, tribo, povo e língua: conservavam-se em pé diante do trono e diante do Cordeiro, de vestes brancas e palmas na mão,

[10] e bradavam em alta voz: "A salvação é obra de nosso Deus, que está assentado no trono, e do Cordeiro".

[11] E todos os Anjos estavam ao redor do trono, dos Anciãos e dos quatro Animais; prostravam-se de face em terra diante do trono e adoravam a Deus, dizendo:

[12] "Amém, louvor, glória, sabedoria, ação de graças, honra, poder e força ao nosso Deus pelos séculos dos séculos! Amém".

[13] Então, um dos Anciãos falou comigo e perguntou-me: "Esses, que estão revestidos de vestes brancas, quem são e de onde vêm?".

[14] Respondi-lhe: "Meu Senhor, tu o sabes". E ele me disse: "Esses são os sobreviventes da grande tribulação; lavaram as suas vestes e as alvejaram no sangue do Cordeiro.

[15] Por isso, estão diante do trono de Deus e o servem, dia e noite, no seu templo. Aquele que está sentado no trono os abrigará em sua tenda. Já não terão fome, nem sede, nem o sol ou calor algum os abrasará,

[16] porque o Cordeiro, que está no meio do trono, será o seu pastor e os levará às fontes das águas vivas; e Deus enxugará toda lágrima de seus olhos".

[6]ex tribu Aser duodecim millia signati: ex tribu Nephthali duodecim millia signati: ex tribu Manasse duodecim millia signati:

[7]ex tribu Simeon duodecim millia signati: ex tribu Levi duodecim millia signati: ex tribu Issachar duodecim millia signati:

[8]ex tribu Zabulon duodecim millia signati: ex tribu Joseph duodecim millia signati: ex tribu Benjamin duodecim millia signati.

[9]Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis, et linguis: stantes ante thronum, et in conspectu Agni, amicti stolis albis, et palmæ in manibus eorum:

[10]et clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno.

[11]Et omnes angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium: et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, et adoraverunt Deum,

[12]dicentes: Amen. Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.

[13]Et respondit unus de senioribus et dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venerunt?

[14]Et dixi illi: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni.

[15]Ideo sunt ante thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte in templo ejus: et qui sedet in throno, habitabit super illos:

[16]non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus æstus:

[17]quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos et deducet eos ad vitæ fontes aquarum, et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum.

## Apocalipse 8

[1] Quando, enfim, abriu o sétimo selo, fez-se silêncio no céu durante cerca de meia hora.

## Apocalypsis 8

[2] Eu vi os sete Anjos que assistem diante de Deus. Foram-lhes dadas sete trombetas.

[3] Adiantou-se outro anjo e pôs-se junto ao altar, com um turíbulo de ouro na mão. Foram-lhe dados muitos perfumes, para que os oferecesse com as orações de todos os santos no altar de ouro, que está adiante do trono.

[4] A fumaça dos perfumes subiu da mão do anjo com as orações dos santos, diante de Deus.

[5] Depois disso, o anjo tomou o turíbulo, encheu-o de brasas do altar e lançou-o por terra; e houve trovões, vozes, relâmpagos e terremotos.

[6] Então os sete Anjos, que tinham as trombetas, prepararam-se para tocar.

[7] O primeiro anjo tocou. Saraiva e fogo, misturados com sangue, foram lançados à terra; e queimou-se uma terça parte da terra, uma terça parte das árvores e toda erva verde.

[8] O segundo anjo tocou. Caiu então no mar como que grande montanha, ardendo em fogo, e transformou-se em sangue uma terça parte do mar,

[9] morreu uma terça parte das criaturas que estavam no mar e pereceu uma terça parte dos navios.

[10] O terceiro anjo tocou a trombeta. Caiu então do céu uma grande estrela a arder como um facho; caiu sobre a terça parte dos rios e sobre as fontes.

[11] O nome da estrela era "Absinto". Assim, uma terça parte das águas transformou-se em absinto e muitos homens morreram por ter bebido dessas águas envenenadas.

[12] O quarto anjo tocou. Foi atingida então uma terça parte do sol, da lua e das estrelas, de modo que se obscureceram em um terço; e o dia perdeu um terço da claridade, bem como a noite.

[13] A esta altura de minha visão, eu ouvi uma águia que voava pelo meio dos céus, clamando em alta voz: "Ai, ai, ai dos habitantes da terra, por causa dos restantes

[1]Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cælo, quasi media hora.

[2]Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei: et datæ sunt illis septem tubæ.

[3]Et alius angelus venit, et stetit ante altare habens thuribulum aureum: et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.

[4]Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo.

[5]Et accepit angelus thuribulum, et implevit illud de igne altaris, et misit in terram: et facta sunt tonitrua, et voces, et fulgura, et terræmotus magnus.

[6]Et septem angeli, qui habebant septem tubas, præparaverunt se ut tuba canerent.

[7]Et primus angelus tuba cecinit, et facta est grando, et ignis, mista in sanguine, et missum est in terram, et tertia pars terræ combusta est, et tertia pars arborum concremata est, et omne fœnum viride combustum est.

[8]Et secundus angelus tuba cecinit: et tamquam mons magnus igne ardens missus est in mare, et facta est tertia pars maris sanguis,

[9]et mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, et tertia pars navium interiit.

[10]Et tertius angelus tuba cecinit: et cecidit de cælo stella magna, ardens tamquam facula, et cecidit in tertiam partem fluminum, et in fontes aquarum:

[11]et nomen stellæ dicitur Absinthium, et facta est tertia pars aquarum in absinthium; et multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.

[12]Et quartus angelus tuba cecinit: et percussa est tertia pars solis, et tertia pars lunæ, et tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, et diei non luceret pars tertia, et noctis similiter.

sons das trombetas dos três Anjos que ainda vão tocar”.

[13]Et vidi, et audivi vocem unius aquilæ volantis per medium cæli dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra de ceteris vocibus trium angelorum, qui erant tuba canituri.

## Apocalipse 9

[1] O quinto anjo tocou a trombeta. Vi então uma estrela cair do céu na terra, e foi-lhe dada a chave do poço do abismo;

[2] ela o abriu e saiu do poço uma fumaça como a de uma grande fornalha. O sol e o ar obscureceram-se com a fumaça do poço.

[3] Da fumaça saíram gafanhotos pela terra, e foi-lhes dado poder semelhante ao dos escorpiões da terra.

[4] Mas foi-lhes dito que não causassem dano à erva, verdura, ou árvore alguma, mas somente aos homens que não têm o selo de Deus na fronte.

[5] Foi-lhes ordenado que não os matassem, mas os afligissem por cinco meses. Seu tormento era como o da picada do escorpião.

[6] Naqueles dias, os homens buscarão a morte e não a conseguirão; desejarão morrer, e a morte fugirá deles.

[7] O aspecto desses gafanhotos era o de cavalos aparelhados para a guerra. Nas suas cabeças havia uma espécie de coroa com reflexos dourados. Seus rostos eram como rostos de homem,

[8] seus cabelos como os de mulher e seus dentes, como os dentes de leão.

[9] Seus tórax pareciam envoltos em ferro, e o ruído de suas asas era como o ruído de carros de muitos cavalos, correndo para a guerra.

[10] Tinham caudas semelhantes à do escorpião, com ferrões e o poder de afligir os homens por cinco meses.

[11] Têm eles por rei o anjo do abismo; chama-se em hebraico Abadon e, em grego, Apolion.

[12] Terminado assim o primeiro “ai”, eis que, depois dele, vêm ainda dois outros.

## Apocalypsis 9

[1]Et quintus angelus tuba cecinit: et vidi stellam de cælo cecidisse in terram, et data est ei clavis putei abyssi.

[2]Et aperuit puteum abyssi: et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: et obscuratus est sol, et aër de fumo putei:

[3]et de fumo putei exierunt locustæ in terram, et data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ:

[4]et præceptum est illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis:

[5]et datum est illis ne occiderent eos: sed ut cruciarent mensibus quinque: et cruciatus eorum, ut cruciatus scorpii cum percutit hominem.

[6]Et in diebus illis quærent homines mortem, et non invenient eam: et desiderabunt mori, et fugiet mors ab eis.

[7]Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: et super capita earum tamquam coronæ similes auro: et facies earum tamquam facies hominum.

[8]Et habebant capillos sicut capillos mulierum. Et dentes earum, sicut dentes leonum erant:

[9]et habebant loricas sicut loricas ferreas, et vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum:

[10]et habebant caudas similes scorpionum, et aculei erant in caudis earum: et potestas earum nocere hominibus mensibus quinque:

[11]et habebant super se regem angelum abyssi cui nomen hebraice Abaddon, græce autem Apollyon, latine habens nomen Exterminans.

[13] O sexto anjo tocou a trombeta. Ouvi então uma voz que vinha dos quatro cantos do altar de ouro, que está diante de Deus,

[14] e que dizia ao sexto anjo que tinha a trombeta: “Solta os quatro Anjos que estão acorrentados à beira do grande rio Eufrates”.

[15] Então, foram soltos os quatro Anjos que se conservavam preparados para a hora, o dia, o mês e o ano da matança da terça parte dos homens...

[16] O número de soldados dessa cavalaria era de duzentos milhões. Eu ouvi o seu número.

[17] E foi assim que eu vi os cavalos e os que os montavam: estes últimos eram couraçados de uma chama sulfurosa azul. Os cavalos tinham crina como uma juba de leão e de suas narinas saíam fogo, fumaça e enxofre.

[18] E uma terça parte dos homens foi morta por esses três flagelos (fogo, fumaça e enxofre) que lhes saíam das narinas.

[19] Porque o poder nocivo dos cavalos estava também nas caudas; tinham cabeças como serpentes e causavam dano com elas.

[20] Mas o restante dos homens, que não foram mortos por esses três flagelos, não se arrependeu das obras de suas mãos. Não cessaram de adorar o demônio e os ídolos de ouro, de prata, de bronze, de pedra e de madeira, que não podem ver, nem ouvir, nem andar.

[21] Não se arrependeram de seus homicídios, seus malefícios, suas imundícies e furtos.

[12]Væ unum abiit, et ecce veniunt adhuc duo væ post hæc.

[13]Et sextus angelus tuba cecinit: et audivi vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei,

[14]dicentem sexto angelo, qui habebat tubam: Solve quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.

[15]Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam, et diem, et mensem, et annum, ut occiderent tertiam partem hominum.

[16]Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audivi numerum eorum.

[17]Et ita vidi equos in visione: et qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, et hyacinthinas, et sulphureas, et capita equorum erant tamquam capita leonum: et de ore eorum procedit ignis, et fumus, et sulphur.

[18]Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, et de fumo, et sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum.

[19]Potestas enim equorum in ore eorum est, et in caudis eorum, nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita: et in his nocent.

[20]Et ceteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, et simulacra aurea, et argentea, et ærea, et lapidea, et lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare,

[21]et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, neque a fornicatione sua, neque a furtis suis.

## Apocalipse 10

[1] Vi então outro anjo vigoroso descer do céu, revestido de uma nuvem e com o arco-íris em torno da cabeça. Seu rosto era como sol, e as suas pernas como colunas de fogo.

## Apocalypsis 10

[1]Et vidi alium angelum fortem descendentem de cælo amictum nube, et iris in capite ejus, et facies ejus erat ut sol, et pedes ejus tamquam columnæ ignis:

[2] Segurava na mão um pequeno livro aberto. Pôs o pé direito sobre o mar, o esquerdo sobre a terra

[3] e começou a clamar em alta voz, como um leão que ruge. Quando clamou, os sete trovões ressoaram.

[4] Quando cessaram de falar, dispunha-me a escrever, mas ouvi uma voz do céu que dizia: "Sela o que falaram os sete trovões e não o escrevas".

[5] Então o anjo, que eu vira de pé sobre o mar e a terra, levantou a mão direita para o céu

[6] e jurou por aquele que vive pelos séculos dos séculos, que criou o céu e tudo o que há nele, a terra e tudo o que ela contém, o mar e tudo o que encerra, que não haveria mais tempo;

[7] mas, nos dias em que soasse a trombeta do sétimo anjo, se cumpriria o mistério de Deus, de acordo com a Boa-Nova que confiou a seus servos, os profetas.

[8] Então, a voz que ouvi do céu falou-me de novo, e disse: "Vai e toma o pequeno livro aberto da mão do anjo que está em pé sobre o mar e a terra".

[9] Fui eu, pois, ter com o anjo, dizendo-lhe que me desse o pequeno livro. E ele me disse: "Toma e devora-o! Ele te será amargo nas entranhas, mas, na boca, doce como o mel".

[10] Tomei então o pequeno livro da mão do anjo e o comi. De fato, em minha boca tinha a doçura do mel, mas depois de o ter comido, amargou-me nas entranhas.

[11] Então, foi-me explicado: "Urge que ainda profetizes de novo a numerosas nações, povos, línguas e reis".

## Apocalipse 11

[1] Foi-me dada uma vara semelhante a uma vara de agrimensor, e disseram-me: "Levanta-te! Mede o templo de Deus e o altar com seus adoradores.

[2]et habebat in manu sua libellum apertum: et posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram:

[3]et clamavit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.

[4]Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: et audivi vocem de cælo dicentem mihi: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua: et noli ea scribere.

[5]Et angelus, quem vidi stantem super mare et super terram, levavit manum suam ad cælum:

[6]et juravit per viventem in sæcula sæculorum, qui creavit cælum, et ea quæ in eo sunt: et terram, et ea quæ in ea sunt: et mare, et ea quæ in eo sunt: Quia tempus non erit amplius:

[7]sed in diebus vocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei sicut evangelizavit per servos suos prophetas.

[8]Et audivi vocem de cælo iterum loquentem mecum, et dicentem: Vade, et accipe librum apertum de manu angeli stantis super mare, et super terram.

[9]Et abii ad angelum, dicens ei, ut daret mihi librum. Et dixit mihi: Accipe librum, et devora illum: et faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel.

[10]Et accepi librum de manu angeli, et devoravi illum: et erat in ore meo tamquam mel dulce, et cum devorassem eum, amaricatus est venter meus:

[11]et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare gentibus, et populis, et linguis, et regibus multis.

## Apocalypsis 11

[1]Et datus est mihi calamus similis virgæ, et dictum est mihi: Surge, et metire templum Dei, et altare, et adorantes in eo:

[2]atrium autem, quod est foris templum, ejice foras, et ne metiaris illud: quoniam

[2] O átrio fora do templo, porém, deixa-o de lado e não o meças: foi dado aos gentios, que hão de calcar aos pés a Cidade Santa por quarenta e dois meses.

[3] Mas incumbirei as minhas duas testemunhas, vestidas de saco, de profetizarem por mil duzentos e sessenta dias".

[4] São elas as duas oliveiras e os dois candelabros que se mantêm diante do Senhor da terra.

[5] Se alguém lhes quiser causar dano, sairá fogo de suas bocas e devorará os inimigos. Com efeito, se alguém os quiser ferir, cumpre que assim seja morto.

[6] Esses homens têm o poder de fechar o céu para que não caia chuva durante os dias de sua profecia; têm poder sobre as águas, para transformá-las em sangue, e de ferir a terra, sempre que quiserem, com toda sorte de flagelos.

[7] Mas, depois de terem terminado integralmente o seu testemunho, a Fera que sobe do abismo lhes fará guerra, os vencerá e os matará.

[8] Seus cadáveres (jazerão) na rua da grande cidade que se chama espiritualmente Sodoma e Egito (onde o seu Senhor foi crucificado).

[9] Muitos dentre os povos, tribos, línguas e nações virão para vê-los por três dias e meio, e não permitirão que sejam sepultados.

[10] Os habitantes da terra se alegrarão por causa deles, se felicitarão mutuamente e mandarão presentes uns aos outros, porque esses dois profetas tinham sido seu tormento.

[11] Mas, depois de três dias e meio, um sopro de vida, vindo de Deus, os penetrou. Puseram-se de pé e grande terror caiu sobre aqueles que os viam.

[12] Ouviram uma forte voz do céu que dizia: "Subi aqui!". Subiram então para o céu em uma nuvem, enquanto os seus inimigos os olhavam.

datum est gentibus, et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus:

[3]et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

[4]Hi sunt duæ olivæ et duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes.

[5]Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, et devorabit inimicos eorum: et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.

[6]Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: et potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, et percutere terram omni plaga quotiescumque voluerint.

[7]Et cum finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet adversum eos bellum, et vincet illos, et occidet eos.

[8]Et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, et Ægyptus, ubi et Dominus eorum crucifixus est.

[9]Et videbunt de tribubus, et populis, et linguis, et gentibus corpora eorum per tres dies et dimidium: et corpora eorum non sinent poni in monumentis:

[10]et inhabitantes terram gaudebunt super illos, et jucundabuntur: et munera mittent invicem, quoniam hi duo prophetæ cruciaverunt eos, qui habitabant super terram.

[11]Et post dies tres et dimidium, spiritus vitæ a Deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos, et timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos.

[12]Et audierunt vocem magnam de cælo, dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cælum in nube: et viderunt illos inimici eorum.

[13]Et in illa hora factus est terræmotus magnus, et decima pars civitatis cecidit: et occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia: et reliqui in timorem sunt missi, et dederunt gloriam Deo cæli.

[13] Naquela mesma hora produziu-se grande terremoto, caiu uma décima parte da cidade e pereceram no terremoto sete mil pessoas. As demais, aterrorizadas, deram glória ao Deus do céu.

[14] Terminou assim a segunda desgraça. E eis que depressa sobrevém a terceira.

[15] O sétimo anjo tocou a trombeta. Ressoaram então no céu altas vozes que diziam: "O império de nosso Senhor e de seu Cristo estabeleceu-se sobre o mundo, e ele reinará pelos séculos dos séculos".

[16] Os vinte e quatro Anciãos, que se assentam nos seus tronos diante de Deus, prostraram-se de rosto em terra e adoraram a Deus,

[17] dizendo: "Graças te damos, Senhor, Deus Dominador, que és e que eras, porque assumiste a plenitude de teu poder real.

[18] Irritaram-se os pagãos, mas eis que sobreveio a tua ira e o tempo de julgar os mortos, de dar a recompensa aos teus servos, aos profetas, aos santos, aos que temem o teu nome, pequenos e grandes, e de exterminar os que corromperam a terra".

[19] Abriu-se o Templo de Deus no céu e apareceu, no seu templo, a arca do seu testamento. Houve relâmpagos, vozes, trovões, terremotos e forte saraiva.

[14]Væ secundum abiit: et ecce væ tertium veniet cito.

[15]Et septimus angelus tuba cecinit: et factæ sunt voces magnæ in cælo dicentes: Factum est regnum hujus mundi, Domini nostri et Christi ejus, et regnabit in sæcula sæculorum. Amen.

[16]Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes:

[17]Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es, et qui eras, et qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, et regnasti.

[18]Et iratæ sunt gentes, et advenit ira tua et tempus mortuorum judicari, et reddere mercedem servis tuis prophetis, et sanctis, et timentibus nomen tuum pusillis et magnis, et exterminandi eos qui corruperunt terram.

[19]Et apertum est templum Dei in cælo: et visa est arca testamenti ejus in templo ejus, et facta sunt fulgura, et voces, et terræmotus, et grando magna.

## Apocalipse 12

[1] Apareceu em seguida um grande sinal no céu: uma Mulher revestida do sol, a lua debaixo dos seus pés e na cabeça uma coroa de doze estrelas.

[2] Estava grávida e gritava de dores, sentindo as angústias de dar à luz.

[3] Depois apareceu outro sinal no céu: um grande Dragão vermelho, com sete cabeças e dez chifres, e nas cabeças sete coroas.

[4] Varria com sua cauda uma terça parte das estrelas do céu, e as atirou à terra. Esse Dragão deteve-se diante da Mulher que estava para dar à luz, a fim de que, quando ela desse à luz, lhe devorasse o filho.

## Apocalypsis 12

[1]Et signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim:

[2]et in utero habens, clamabat parturiens, et cruciabatur ut pariat.

[3]Et visum est aliud signum in cælo: et ecce draco magnus rufus habens capita septem, et cornua decem: et in capitibus ejus diademata septem,

[4]et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cæli, et misit eas in terram: et draco stetit ante mulierem, quæ erat

5 Ela deu à luz um Filho, um menino, aquele que deve reger todas as nações pagãs com cetro de ferro. Mas seu Filho foi arrebatado para junto de Deus e do seu trono.

6 A Mulher fugiu então para o deserto, onde Deus lhe tinha preparado um retiro para aí ser sustentada por mil duzentos e sessenta dias.

7 Houve uma batalha no céu. Miguel e seus anjos tiveram de combater o Dragão. O Dragão e seus anjos travaram combate,

8 mas não prevaleceram. E já não houve lugar no céu para eles.

9 Foi então precipitado o grande Dragão, a primitiva Serpente, chamado Demônio e Satanás, o sedutor do mundo inteiro. Foi precipitado na terra, e com ele os seus anjos.

10 Eu ouvi no céu uma voz forte que dizia: "Agora chegou a salvação, o poder e a realeza de nosso Deus, assim como a autoridade de seu Cristo, porque foi precipitado o acusador de nossos irmãos, que os acusava, dia e noite, diante do nosso Deus.

11 Mas estes venceram-no por causa do sangue do Cordeiro e de seu eloquente testemunho. Desprezaram a vida até aceitar a morte.

12 Por isso alegrai-vos, ó céus, e todos que aí habitais. Mas, ó terra e mar, cuidado! Porque o Demônio desceu para vós, cheio de grande ira, sabendo que pouco tempo lhe resta".

13 O Dragão, vendo que fora precipitado na terra, perseguiu a Mulher que dera à luz o Menino.

14 Mas à Mulher foram dadas duas asas de grande águia, a fim de voar para o deserto, para o lugar de seu retiro, onde é alimentada por um tempo, dois tempos e a metade de um tempo, fora do alcance da cabeça da Serpente.

15 A Serpente vomitou contra a Mulher um rio de água, para fazê-la submergir.

paritura, ut cum peperisset, filium ejus devoraret.

5Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: et raptus est filius ejus ad Deum, et ad thronum ejus,

6et mulier fugit in solitudinem ubi habebat locum paratum a Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.

7Et factum est prælium magnum in cælo: Michaël et angeli ejus præliabantur cum dracone, et draco pugnabat, et angeli ejus:

8et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cælo.

9Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, et Satanas, qui seducit universum orbem: et projectus est in terram, et angeli ejus cum illo missi sunt.

10Et audivi vocem magnam in cælo dicentem: Nunc facta est salus, et virtus, et regnum Dei nostri, et potestas Christi ejus: quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.

11Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, et propter verbum testimonii sui, et non dilexerunt animas suas usque ad mortem.

12Propterea lætamini cæli, et qui habitatis in eis. Væ terræ, et mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.

13Et postquam vidit draco quod projectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum:

14et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ ut volaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus et tempora, et dimidium temporis a facie serpentis.

15Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tamquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine.

16Et adjuvit terra mulierem, et aperuit terra os suum, et absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo.

[16] A terra, porém, acudiu à Mulher, abrindo a boca para engolir o rio que o Dragão vomitara.

[17] Este, então, se irritou contra a Mulher e foi fazer guerra ao resto de sua descendência, aos que guardam os mandamentos de Deus e têm o testemunho de Jesus.

[18] E ele se estabeleceu na praia.

[17]Et iratus est draco in mulierem: et abiit facere prælium cum reliquis de semine ejus, qui custodiunt mandata Dei, et habent testimonium Jesu Christi.

[18]Et stetit supra arenam maris.

## Apocalipse 13

[1] Vi, então, levantar-se do mar uma Fera que tinha dez chifres e sete cabeças; sobre os chifres, dez diademas; e nas suas cabeças, nomes blasfematórios.

[2] A Fera que eu vi era semelhante a uma pantera: os pés como de urso, e as fauces como de leão. Deu-lhe o Dragão o seu poder, o seu trono e grande autoridade.

[3] Uma das suas cabeças estava como que ferida de morte, mas essa ferida de morte fora curada. E todos, pasmados de admiração, seguiram a Fera

[4] e prostraram-se diante do Dragão, porque dera seu prestígio à Fera, e prostraram-se igualmente diante da Fera, dizendo: “Quem é semelhante à Fera e quem poderá lutar com ela?”.

[5] Foi-lhe dada a faculdade de proferir arrogâncias e blasfêmias, e foi-lhe dado o poder de agir por quarenta e dois meses.

[6] Abriu, pois, a boca em blasfêmias contra Deus, para blasfemar o seu nome, o seu tabernáculo e os habitantes do céu.

[7] Foi-lhe dado, também, fazer guerra aos santos e vencê-los. Recebeu autoridade sobre toda tribo, povo, língua e nação,

[8] e hão de adorá-la todos os habitantes da terra, cujos nomes não estão escritos desde a origem do mundo no livro da vida do Cordeiro imolado.

[9] Quem tiver ouvidos ouça!

[10] Quem procura prender será preso. Quem matar pela espada, pela espada deve ser morto. Esta é a ocasião para a constância e a confiança dos santos!

## Apocalypsis 13

[1]Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, et cornua decem, et super cornua ejus decem diademata, et super capita ejus nomina blasphemiæ.

[2]Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, et pedes ejus sicut pedes ursi, et os ejus sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, et potestatem magnam.

[3]Et vidi unum de capitibus suis quasi occisum in mortem: et plaga mortis ejus curata est. Et admirata est universa terra post bestiam.

[4]Et adoraverunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ: et adoraverunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ? et quis poterit pugnare cum ea?

[5]Et datum est ei os loquens magna et blasphemias: et data est ei potestas facere menses quadraginta duos.

[6]Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, et tabernaculum ejus, et eos qui in cælo habitant.

[7]Et est datum illi bellum facere cum sanctis, et vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, et populum, et linguam, et gentem,

[8]et adoraverunt eam omnes, qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.

[9]Si quis habet aurem, audiat.

[10]Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadet: qui in gladio occiderit,

[11] Vi, então, outra Fera subir da terra. Tinha dois chifres como um cordeiro, mas falava como um dragão.

[12] Ela exercia todo o poder da primeira Fera, sob a vigilância desta, e fez com que a terra e os seus habitantes adorassem a primeira Fera (cuja ferida de morte havia sido curada).

[13] Realizou grandes prodígios, de modo que até fez descer fogo do céu sobre a terra, à vista dos homens.

[14] Seduziu os habitantes da terra com os prodígios que lhe era dado fazer sob a vigilância da Fera, persuadindo-os a fazer uma imagem da Fera que sobrevivera ao golpe da espada.

[15] Foi-lhe dado, também, comunicar espírito à imagem da Fera, de modo que essa imagem se pusesse a falar e fizesse com que fosse morto todo aquele que não se prostrasse diante dela.

[16] Conseguiu que todos, pequenos e grandes, ricos e pobres, livres e escravos, tivessem um sinal na mão direita e na fronte,

[17] e que ninguém pudesse comprar ou vender, se não fosse marcado com o nome da Fera, ou o número do seu nome.

[18] Eis aqui a sabedoria! Quem tiver inteligência, calcule o número da Fera, porque é número de um homem, e esse número é seiscentos e sessenta e seis.

## Apocalipse 14

[1] Eu vi ainda: o Cordeiro estava de pé no monte Sião, e perto dele cento e quarenta e quatro mil pessoas que traziam escritos na fronte o nome dele e o nome de seu Pai.

[2] Ouvia, entretanto, um coro celeste semelhante ao ruído de muitas águas e ao ribombar de potente trovão. Esse coro que eu ouvia era ainda semelhante a músicos tocando as suas cítaras.

[3] Cantavam como que um cântico novo diante do trono, diante dos quatro Animais e dos Anciãos. Ninguém podia aprender

oportet eum gladio occidi. Hic est patientia, et fides sanctorum.

[11]Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, et habebat cornua duo similia Agni, et loquebatur sicut draco.

[12]Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu ejus: et fecit terram, et habitantes in ea, adorare bestiam primam, cujus curata est plaga mortis.

[13]Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum.

[14]Et seduxit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladii, et vixit.

[15]Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiæ, et ut loquatur imago bestiæ: et faciat ut quicumque non adoraverint imaginem bestiæ, occidantur.

[16]Et faciet omnes pusillos, et magnos, et divites, et pauperes, et liberos, et servos habere caracterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis:

[17]et nequis possit emere, aut vendere, nisi qui habet caracterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis ejus.

[18]Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: et numerus ejus sexcenti sexaginta sex.

## Apocalypsis 14

[1]Et vidi: et ecce Agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

[2]Et audivi vocem de cælo, tamquam vocem aquarum multarum, et tamquam vocem tonitrui magni: et vocem, quam audivi, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.

[3]Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, et ante quatuor animalia, et

esse cântico, a não ser aqueles cento e quarenta e quatro mil que foram resgatados da terra.

4 Estes são os que não se contaminaram com mulheres, pois são virgens. São eles que acompanham o Cordeiro por onde quer que vá; foram resgatados dentre os homens, como primícias oferecidas a Deus e ao Cordeiro.

5 Em sua boca não se achou mentira, pois são irrepreensíveis.

6 Vi, então, outro anjo que voava pelo meio do céu, tendo um evangelho eterno para anunciar aos habitantes da terra e a toda nação, tribo, língua e povo.

7 Clamava em alta voz: "Temei a Deus, e dai-lhe glória, porque é chegada a hora do seu julgamento. Adorai aquele que fez o céu e a terra, o mar e as fontes".

8 Outro anjo seguiu-o, dizendo: "Caiu, caiu a grande Babilônia, por ter dado de beber a todas as nações do vinho de sua imundície desenfreada".

9 Um terceiro anjo seguiu-os, dizendo em alta voz: "Se alguém adorar a Fera e a sua imagem, e aceitar o seu sinal na fronte ou na mão,

10 há de beber também o vinho da cólera divina, o vinho puro deitado no cálice da sua ira. Será atormentado pelo fogo e pelo enxofre diante dos seus santos anjos e do Cordeiro.

11 A fumaça do seu tormento subirá pelos séculos dos séculos. Não terão descanso algum, dia e noite, esses que adoram a Fera e a sua imagem, e todo aquele que acaso tenha recebido o sinal do seu nome".

12 Eis o momento para apelar para a paciência dos santos, dos fiéis, aos mandamentos de Deus e à fé em Jesus.

13 Eu ouvi uma voz do céu, que dizia: "Escreve: Felizes os mortos que doravante morrem no Senhor. Sim, diz o Espírito, descansem dos seus trabalhos, pois as suas obras os seguem".

14 Eu vi ainda uma nuvem branca, sobre a qual se sentava como que um Filho do

seniores: et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.

4Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, et Agno:

5et in ore eorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

6Et vidi alterum angelum volantem per medium cæli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret sedentibus super terram, et super omnem gentem, et tribum, et linguam, et populum:

7dicens magna voce: Timete Dominum, et date illi honorem, quia venit hora judicii ejus: et adorate eum, qui fecit cælum, et terram, mare, et fontes aquarum.

8Et alius angelus secutus est dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna: quæ a vino iræ fornicationis suæ potavit omnes gentes.

9Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adoraverit bestiam, et imaginem ejus, et acceperit caracterem in fronte sua, aut in manu sua:

10et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, et cruciabitur igne, et sulphure in conspectu angelorum sanctorum, et ante conspectum Agni:

11et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adoraverunt bestiam, et imaginem ejus, et si quis acceperit caracterem nominis ejus.

12Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, et fidem Jesu.

13Et audivi vocem de cælo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.

14Et vidi: et ecce nubem candidam, et super nubem sedentem similem Filio hominis,

Homem, com a cabeça cingida de coroa de ouro e na mão uma foice afiada.

[15] Outro anjo saiu do templo, gritando em voz alta para aquele que estava assentado na nuvem: “Lança a tua foice e ceifa, porque é chegada a hora de ceifar, pois está madura a seara da terra”.

[16] O Ser que estava assentado na nuvem lançou então a foice à terra, e a terra foi ceifada.

[17] Outro anjo saiu do templo do céu. Tinha também uma foice afiada.

[18] E outro anjo, aquele que tem poder sobre o fogo, saiu do altar e bradou em alta voz para aquele que tinha a foice afiada: “Lança a foice afiada e vindima os cachos da vinha da terra, porque maduras estão as suas uvas”.

[19] O anjo lançou a sua foice à terra e vindimou a vinha da terra, e atirou os cachos no grande lagar da ira de Deus.

[20] O lagar foi pisado fora da cidade, e do lagar saiu sangue que atingiu até o nível dos freios dos cavalos pelo espaço de mil e seiscentos estádios.

habentem in capite suo coronam auream, et in manu sua falcem acutam.

[15]Et alius angelus exivit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam, et mete, quia venit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ.

[16]Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, et demessa est terra.

[17]Et alius angelus exivit de templo, quod est in cælo, habens et ipse falcem acutam.

[18]Et alius angelus exivit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: et clamavit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, et vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt uvæ ejus.

[19]Et misit angelus falcem suam acutam in terram, et vindemiavit vineam terræ, et misit in lacum iræ Dei magnum:

[20]et calcatus est lacus extra civitatem, et exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

## Apocalipse 15

[1] Vi ainda, no céu, outro sinal, grande e maravilhoso: sete Anjos que tinham os sete últimos flagelos, porque por eles é que se deve consumar a ira de Deus.

[2] Vi também como que um mar transparente, irisado de fogo, e os vencedores, que haviam escapado à Fera, à sua imagem e ao número do seu nome, conservavam-se de pé sobre esse mar com as cítaras de Deus.

[3] Cantavam o cântico de Moisés, o servo de Deus, e o cântico do Cordeiro, dizendo: “Grandes e admiráveis são as tuas obras, Senhor Deus Dominador. Justos e verdadeiros são os teus caminhos, ó Rei das nações!

[4] Quem não temerá, Senhor, e não glorificará o teu nome? Só tu és santo e todas as nações virão prostrar-se diante de

## Apocalypsis 15

[1]Et vidi aliud signum in cælo magnum et mirabile, angelos septem, habentes plagas septem novissimas: quoniam in illis consummata est ira Dei.

[2]Et vidi tamquam mare vitreum mistum igne, et eos, qui vicerunt bestiam, et imaginem ejus, et numerum nominis ejus, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei:

[3]et cantantes canticum Moysi servi Dei, et canticum Agni, dicentes: Magna et mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens: justæ et veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum.

[4]Quis non timebit te, Domine, et magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia tua manifesta sunt.

ti, porque se tornou manifesta a retidão dos teus juízos”.

5 Depois disso, eu vi abrir-se no céu o templo que encerra o Tabernáculo do Testemunho.

6 Os sete Anjos que tinham os sete flagelos saíram do templo, vestidos de linho puro e resplandecente, cingidos ao peito com cintos de ouro.

7 Um dos quatro Animais deu-lhes então sete taças de ouro, cheias da ira de Deus que vive pelos séculos dos séculos.

8 Encheu-se o templo de fumaça provinda da glória de Deus e do seu poder. E ninguém podia entrar, enquanto não se consumassem os sete flagelos dos sete Anjos.

5Et post hæc vidi: et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in cælo,

6et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo et candido, et præcincti circa pectora zonis aureis.

7Et unum de quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viventis in sæcula sæculorum.

8Et impletum est templum fumo a majestate Dei, et de virtute ejus: et nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

## Apocalipse 16

1 Ouvi, então, uma voz forte saindo do templo, que dizia aos sete Anjos: “Ide, e derramai sobre a terra as sete taças da ira de Deus”.

2 O primeiro, portanto, pôs-se a derramar a sua taça sobre a terra. Formou-se uma úlcera atroz e maligna nos homens que tinham o sinal da Fera e que se prostravam diante de sua imagem.

3 O segundo derramou a sua taça sobre o mar. Este tornou-se sangue, como o de um morto, e pereceu todo ser que estava no mar.

4 O terceiro derramou a sua taça sobre os rios e as fontes das águas, que se transformaram em sangue.

5 Ouvi, então, o anjo das águas dizer: “Tu és justo, tu que és e que eras o Santo, que assim julgas.

6 Porque eles derramaram o sangue dos santos e dos profetas, tu lhes deste também sangue para beber. Eles o merecem”.

7 Ouvi o altar dizer: “Sim, Senhor Deus Dominador, são verdadeiros e justos os teus julgamentos”.

## Apocalypsis 16

1Et audivi vocem magnam de templo, dicentem septem angelis: Ite, et effundite septem phialas iræ Dei in terram.

2Et abiit primus, et effudit phialam suam in terram, et factum est vulnus sævum et pessimum in homines, qui habebant caracterem bestiæ, et in eos qui adoraverunt imaginem ejus.

3Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, et factus est sanguis tamquam mortui: et omnis anima vivens mortua est in mari.

4Et tertius effudit phialam suam super flumina, et super fontes aquarum, et factus est sanguis.

5Et audivi angelum aquarum dicentem: Justus es, Domine, qui es, et qui eras sanctus, qui hæc judicasti:

6quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt, et sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt.

7Et audivi alterum ab altari dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens, vera et justa judicia tua.

8Et quartus angelus effudit phialam suam in solem, et datum est illi æstu affligere homines, et igni:

[8] O quarto derramou a sua taça sobre o sol, e foi-lhe dado queimar os homens com o fogo.

[9] E os homens foram queimados por grande calor, e amaldiçoaram o nome de Deus, que pode desencadear esses flagelos; e não quiseram arrepender-se e dar-lhe glória.

[10] O quinto derramou a sua taça sobre o trono da Fera. Seu reino se escureceu e seus súditos mordiam a língua de dor.

[11] Amaldiçoaram o Deus do céu por causa de seus sofrimentos e das suas feridas, sem se arrependerem dos seus atos.

[12] O sexto derramou a sua taça sobre o grande rio Eufrates, e secaram-se as suas águas para que se abrisse caminho aos reis do Oriente.

[13] Vi (saírem) da boca do Dragão, da boca da Fera e da boca do falso profeta três espíritos imundos semelhantes a rãs;

[14] são os espíritos de demônios que realizam prodígios, e vão ter com os reis de toda a terra, a fim de reuni-los para a batalha do Grande Dia do Deus Dominador.

[15] (Eis que venho como um ladrão! Feliz aquele que vigia e guarda as suas vestes para que não ande nu, ostentando a sua vergonha!)

[16] Eles os reuniram num lugar chamado em hebraico Har-Magedon.

[17] O sétimo derramou a sua taça pelos ares e saiu do templo uma grande voz do trono, que dizia: "Está pronto!".

[18] Houve, então, relâmpagos, vozes e trovões, assim como um terremoto tão grande como jamais houve desde que há homens na terra.

[19] A grande cidade foi dividida em três partes, e as cidades das nações caíram, e Deus lembrou-se da grande Babilônia, para lhe dar de beber o cálice do vinho de sua ira ardente.

[20] Todas as ilhas fugiram, e montanha alguma foi encontrada.

[21] Grandes pedras de gelo, que podiam pesar um talento, caíram do céu sobre os

[9]et æstuaverunt homines æstu magno, et blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam ut darent illi gloriam.

[10]Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: et factum est regnum ejus tenebrosum, et commanducaverunt linguas suas præ dolore:

[11]et blasphemaverunt Deum cæli præ doloribus, et vulneribus suis, et non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.

[12]Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten: et siccavit aquam ejus, ut præpararetur via regibus ab ortu solis.

[13]Et vidi de ore draconis, et de ore bestiæ, et de ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum.

[14]Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, et procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.

[15]Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem ejus.

